



NAZIONALE VITT. EMANUELE
68
10 C
7 M

Coll. Rom. Socie. Jesu cat. inscrip.

REPETITIONES

RODERICI SVAREZ IVRIS-CONSVLTI,

In l. Quoniam in prioribus. C. de inoffic. testa. & in l. Post rem iudicatam. ff. de re iudic. necnon in alias fori. ll. & ordinamenti leges,

B. S.


NVNC PRIMVM AB *innumeris, quibus antea scatebant, mendis repurgatæ.*



LVGDVNI,
Apud hæredes Iacobi Iuntæ,
M. D. LX.

TYPOGRAPHVS LECTORI S.







SI NON minorem gratiam deberi Alexandro Magno existimandum est, quòd capta preciosa Persarum scrinia custodiendis versibus Homeri destinauerit, quàm ipsi Poëtæ qui primùm scripserit: cùm & ea ratione multorum veterum & grauissimorum Philosophorum opera penitus extincta fuerint, quòd non haberent qui lucubrationes doctorum virorum ad posteros fideliter transmitterent: Maximam profectò iis deberi, semper arbitrati sumus, qui optimos authores temporis iniuria squallentes, & innumeris mendis conspurcatos ac penè obrutos, in lucem proferunt castigatos, pristinóque nitori restitutos. Crescente enim in dies in authoribus excudendis errorum numero, quid aliud de iis sperandum est, quàm vt tandem, velut corruptissimi, nullum inueniant Lectorem, ac sensim (vt fit in cæteris mortalium rebus) ex hominum memoria labantur? Res profectò & cogitatione & miseratione digna, quæque nobis quotidie in omni bonarum artium genere mille monstra gignit, loca dubia reddit, obscura efficit, trūcata relinquit ac planè erronea plerunque proponit. Quæ pestis cùm hodie in omnibus ferè bonorum authorum vigiliis grassetur: mirum est tamen quo pacto, tam latè in hisce RODERICI SVAREZ, viri, si quis vnquam fuit, in respondendo de iure acutissimi, libris irrepserit: vt vix

tria verba vel oscitanter liceat legere, quin vspiam offendas, aut prorsus, quid sibi velit author ignores. Quod cùm animaduerteremus, pro nostro de literis bene merendi singulari studio, nihil prius habuimus, quàm hunc authorem nunc tandem aliquando sub incudem reuocare, suæq; integritati, tanquam vitæ restituere. Qua in re quantum labore & diligentia assecuti fuerimus, iis licebit æstimare, qui pristinas editiones cum nostra hac contulerint. Nam præter characterum elegantiam, diphthongorum, accentuum, ac periodorum ornamentum, mille in locis sententias integras restitutas, leges malè collocatas ad suos titulos reductas, Authores deprauatè citatos, ad veram lecturam repositos facilè agnoscas. Quam operam nobis sedulò præstitit Iacobus Boffæus, multísque in locis additionibus auctiorem reddidit, ac totum denique opus non sine magno labore perpolliuit. Quibus officiis si nos viri eruditissimi RODERICI SVAREZ manibus satisfecisse, & commodis tuis consuluisse existimas candide Lector, ad alios authores, qui eodem onere deprimuntur educendos, alacriores properabimus.

Vale.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI, AC PRINCIPI ILLVSTRISSIMO

Domino Ioanni de Tauera, Cardinali sancti Ioannis, Archiepiscopo Toletano, & Cæsareæ Maiestatis Præsidi obseruantissimo, Licenciatus Suarez

S. D.



VLTI sunt iam dies, Præsul illustrissime, ante quos pater meus varia multipliciáque adidit opera, ex quibus bona eorum pars apud me incorrupta manet. Neque in lucem hucusque prodidi: quia vehementer optabam, fragmenta hæc apud studiosos in precio esse, quo maior ardor efflagitandi à me, opus magnis vigiliis ac laboribus comparatum foret. Et video non sine numine diuûm, id esse factum, neque cessationem hanc damnandam: quando tu nobis & moderator & præsul existis: cui veluti patrono singulari dicarentur, & à quo tanquam à fulgentissimo speculo, hæ legum Repetitiones nitorem susciperent: quæ (in meum me fallit iudicium,) haud vulgarem conferent splendorem, quàmplurimis antiquorum legibus, in quibus non extat fortè germanus ille verus & antiquus sensus, quem earum authores tradiderunt, neque id iniuria, quando per temporum & vicissitudines, & varietates omnia degenerare, & ab antiquo & pristino suo candore demigrasse videntur. Nec erat alius profectò, cui illa iure optimo demandarentur, nisi tibi vni: in quo si integritatem morum, & vitæ perpetuum tenorem desideramus, tu

es qui postremam imposuisti manũ bonis artibus: si prudentiam ac iudicium quærimus, absoluisti omnes eius numeros: si eruditionem efflagitamus, testimonio est perpetuũ ac constans studium tuum, ac vigilantiam assiduam, quam in administrandis rebus in publico totius orbis Theatro geris, adeo absolute, vt per te vnum videamus vniuersam nostrã rempublicam in constanti ac assidua pace degentem. Quare nõ immerito ad te, velut ad sacram confugi anchoram: vt per te mihi liceat maleuolorũ linguas obturare atque compescere. Nec dubito quin huius operis autoritas (quæ te patronũ habet) cum antiquorum scriptis, possit iam ex æquo concertare. Is enim es tu, qui nihil, neque plebeium, nec humile sapis, vt ob id timendum sit, ne noua tibi non placeant, si in illis lectionem offenderis non vulgarem, & antiquitate dignam. Itaque bono me esse animo facit humanitas celsitudinis tuæ, quæ dum huic operi fauebit, faciet vt deinceps bonarũ literarum amatores, in lucem edant aliquid quod delicatissimis tuis auribus faciat satis. Siquidem ex æquo id omnes tibi debemus, tanquam pastori vigilantissimo, & gubernatori incorruptissimo. Vale.

ALPHONSI SOLISII TETRA-STICHON.

Qui bonus immensis errorum ambagibus Author
Implicitus nulli peruius ante fuit,
Nunc tandem tersus claro se lumine profert,
Atque iterum vitæ redditur ipse suæ.
Ergo iure nouum credas opus, & modò natum,
Aut aliud verè (nomina tolle) putes.

Summarium eorum quæ in hoc opere continentur.



LICENTIATI FERDINANDI DIAZ, AD CANDIDVM LECTOREM PRAEFATIO.



VM primum relectionũ æditio nostri Roderici Xuarez, me in Cæsarei fisci rebus agẽte prodierit in lucẽ, quisquis fuit primi indicis author stomachũ mouit: idque in primis nos impulit huic morbo mederi: quo factum est, vt pleraque apud hunc autorem loca quæ aut intacta, aut perperam exposita fuerãt aperuerim, quod ita se habere re ipsa prudens Lector intelliges, vt non occurrat tibi locus quem in hac nostra Epitome explicatũ non reperies, nec sine publico commodo. (Et si absque priuata laude) redactas sententias inspexeris proponenda nobis fuit compendiosior via quædã qua Lectori facile occurrat quod quæritur. Indicis virtutẽ esse copiam, & inueniendi facilitatem nemo est qui ignoret. Vnde non ociosum tibi videri debet candide Lector, nec oleum, & operam perdere, si te hac fasce leuarim. Non tantum quo loco singula quæque quærenda scias: Sed autoris mente ex omni parte absolutam sententiam noris, oscitans & quasi aliud agens omnia penetres, & intelligas. Vale.

INDEX COPIOSISSIMVS, AC POTIVS OPERIS TOTIVS EPITOME, PER ORdinem Alphabeticum digestus.

De litera A.

traria

tra

Super

excla

vnum

In

Legiti

para

sunt

Si

P

Pecu

cc 4

Procu

Relin

ib

FINIS.

PROLOGVS REPETITIONIS LEGIS, Quoniam in prioribus. C. de inoffic. testamento.

SVMMARIVM.

Ostendit author virorum & rerum illustrium tempore memoriam perijsse, & pariter seculi vanitatem in maioris & vinculis bonorum.



HAEC LEX, Quoniã in prioribus. situata est in titulo C. de inoffic. testamẽ. Et vt magistri nostri referunt est valde vtilis: quotidie versatur in practica: expertus loquor: profectò nimis famosa lex est & eius materia. A cuius principiis deriuãtur quæstiones quotidianæ, & arduissimę in materia successionum, tam in maioris, quàm in aliis bonis, quæ vinculantur in testamentis illustrium virorum, & nobilium, & hodie etiã aliorum: cùm omnes ferè studeãt ad domus, generis, nominísq; conseruationẽ: vt illud quodammodo in posteris quadã (vt ita dixerim) immortalitatis cupiditate perpetuet, quod credunt posse fieri; si bona sic vinculata relinquãt: vt ad maiorem natum generis sui fine diminutione, atque diuisione peruenire possent. Horum tamen inanis labor, & afflictio spiritus, cùm iam præcesserũt in seculis qui fuerũt ante nos, nec est priorum memoria, sed nec eorum quidem quæ postea futura sunt erit recordatio apud eos, qui futuri sunt in nouissimo: cuncta enim obliuione operiẽ - iuxta sapientis sententiam Ecclesiastes 1. Recolant isti domos illustriũ antiquorum: vbi nũc domus, nominis, generísque Xerxis Regis Persarũ memoria: qui vt Iustinus lib. ij. refert: septingẽta millia de regno proprio armauerat, & trecenta millia de auxiliis: vt non immeritò proditum sit, flumina ab exercitu eius siccata: qui fiducia virorum ante belli experimentum veluti naturæ ipsius do-

minus: & montes in planum deducebat: & conuexa valliū æquabat: qui quatuor millia armatorum Delphos ad templum Apollinis diripiendum miserat, quasi non cum gentibus tantùm, sed cum diis immortalibus bellū gereret: & paulò pòst (spectes) à Spartanis victus fugiens: cum paucis Abydon contendit: vbi cùm solutum pōtem hybernis tempestatibus offendisset: piscatoria scapha traiecit trepidus, erat res spectaculo digna, & ad æstimationem rerum humanæ sortis varietate miranda in exiguo latentem videre nauigio: quem paulò antè vix æquor omne capiebat: carentem etiam omni seruorū ministerio: cuius exercitus propter multitudinem, terræ graues erant. Vbi domus Alexandri Magni, eiúsq; progenies? cui mundus sic paruus arctúsque videbatur, vt eum in mūdo æstuasse tanquam in aëre clausum Iuuenalis referat. Et quemadmodum nec mundum posse duobus solibus regi: sic nec orbem summa duorum regna saluo statu terrarum habere respondisse Dario ab eo pacem exigenti, historiographi affirmant: qui tantā perpetuitatis gloriam sibi adquirere cupiens diuinitatis originem procurauit. Vnde ingrediens templum Ammonis antistites ab eo priùs subornati, vt Ammonis filium salutant: & ille lætus Dei adoptione: hoc se pariter cēseri iubet. Cuius tanta fuit opinio, vt Iustinus xij. lib. ait. Quòd dum post mortem eius suide diuidendo regno tractarent: hoc agebant posito in medio corpore Alexandri, vt maiestas eius testis decretorum esset. Quid de domibus Scæuolarū, Scipionum, Fabriciorum, Regulorum: aliorúmque illius temporis penè innumerabilium virorum illustrium? O si ad nostrā deueniamus Hispaniam! Quantam in antiquorum nobilium aliorúmq; domibus inueniemus mutationem: ita vt nullā ferè eodem successu illustrem domū: ignobilémve diu continuatam cernas: imò tela trūcata ad alios ex diuersis casibus bona sic vinculata quotidie translata videamus: vnde nō immeritò de hac vanitate plausibiliter Satyrus ille tractans ait:

Stemmata quid faciunt: quid prodest Pontice longo
Sanguine censeri: pictósque ostendere vultus,
Maiorum: & stantes in curribus Emilianos,
Et Curios iam dimidios: Nasúmque minorem?
Coruini, & Galbam auriculis nasóque carentem.

Theophrastus Philosophus quid

quidam Aristotelis discipulus, & successor in libro quodam de Nuptiis. Porrò inquit liberorum causa, vt nomen nostrum non pereat, vxorem ducere stolidissimũ est: quid enim ad nos recedẽtes à mundo pertinet: si nostro alius non vocetur, cùm & filius non statim patris vocabulum referat? Et innumerabiles sint qui eodem nomine apellantur. De hac vanitate propheta loquens Psalmo xxxviij. Ecce (inquit) mensurabiles posuisti dies meos & substantia mea tãquam nihilum ante te: verumtamen vniuersa vanitas omnis homo viuens: quia in imagine pertransiit homo: sed & frustra conturbatur: thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea: ac si diceret quòd frustrà homines conturbantur in actionibus, & desideriis rerum mundanarum: cùm omnia in morte relinquere debeant: & quia fortè quis diceret non ex hoc frustrari: quia licèt homo per seipsum non posset diu bona possidere: posset tamen per filium, vel hæredem qui eadem persona reputatur cum patre: hunc errorem excludens (inquit) thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea: quia nescit, scilicet, an filius suus in eis sibi succedat, an inimicus: & sic turbatio humana circa talia acquirenda, vel conseruanda omnino frustrabilis est. Ideo de his superbis reprobis memoriam nominis sui post mortem volentibus acquirere præ multitudine diuitiarum quas posteris relinquere intendunt, qui damnabuntur in inferno ex præsentis prosperitatis inordinato appetitu, & ex futurę fęlicitatis contemptu: dicitur Psalm. 48. Qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriãtur. Frater non redimit, scilicet, eum de pœna, & laborabit in ęternum, & viuet adhuc in finem, scilicet, in pœna inferni. Et relinquent alienis diuitias suas: & sepulchra eorum domus illorum in eternum, tabernacula eorum in progenie, & progenie: vocauerunt nomina sua in terris, hoc est quæsierunt vocari nomina sua post mortem per famam remanẽtem, & ad hoc fecerunt tabernacula, & ædificia magna quæ durant in progenie sua. Subditur istorum finis, & pręmium: & homo cùm in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Hæc via illorum scandalum ipsis: & in ore suo complacebunt. Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos, scilicet, mors gehennæ quæ semper

affliget eos. Ideò pulchrè Chrysostomus: O stulte quid tibi prodest post mortem ista memoria, si vbi es torqueris: & vbi non es laudaris? Et sic concluditur contra eos in dicto Psalmo. Et auxilium eorum veterascet in inferno à gloria eorum. Hoc est istud auxilium, in quo isti posuerunt spem, scilicet, in magnis ædificiis, in amplis patrimoniis, posteris relictis, veterascet, & ad nihilum redigetur eis in inferno, & etiam veterascet illa eorū memoria: donec in totum deleatur: quia licet maneant, & sepulchra ad vanam gloriam facta: tamen propter antiquitatem nomina fabricantium ignorantur, & sic veterascūt à gloria eorum, propter quam ipsi ea ædificauerunt. O mirabile saluatoris nostri cōsilium & exemplum, ad hanc superfluam, & vanam solicitudinem vitandā de illo diuite: de quo fit mentio Lucæ 12. Qui promittebat sibi plures annos in diuitiis, dicēs, Anima mea habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare: dixit autē illi Deus: Stulte hac nocte animā tuā repetēt à te: quę autē parasti cuius erūt? sic est q sibi thesaurizat, & non est in Deum diues: vnde Chrysostomus super dictis verbis, quæ autem parasti cuius erūt? sic ait. Hic enim ea deseres nō solum nullum inde percipiēs commodum, sed & sarcinā peccatorum portans super humeros proprios, & quæ quidem à te congesta sunt plerunq; in manus peruenient inimicorū: à te verò super iis ratio requiretur. Et Ambr. super Lucam. Frustrà enim congregat opes qui se iis nescit vsurum: nec enim nostra sunt quæ non possumus auferre nobiscum: sola virtus comes est defunctorū: sola nos sequitur misericordia: quę tabernacula defunctis acquiret æterna. Nec tamē improbatū est moderatè parētes thesaurizare filiis suis: & sic eis aliquid reseruare in quo filij succedant eis morientibus, iuxta Apostoli sententiam. 2. Corint. 12. Hoc tamen debet habere debitam in acquirēdo, & conseruando mensurā: quā non seruant isti, qui propter nominis ac generis sui memoriam conseruandam: quibuscunque viis, magna student posteris relinquere patrimonia: de quibus dicitur Iob. 12. Abūdant tabernacula prædonum, & audacter prouocant Deum, cùm ipse dederit omnia in manus eorum: hoc est quia isti bona aliorum per fas & nefas indifferenter sibi acquirunt, vt posteris magnas relinquant domos: & sic audacter, & sine timore prouocant & contemnunt

nunt Deum, cùm ipse dederit ad votum omnia in manibus eorum quibus ipsi vtuntur tanquam Deo ingrati, & sic cadũt in perpetuam sui damnationem. Itaq; cùm bonum consistat in debita mensura: necesse est, quòd per excessum illius mensuræ malum perueniat: ideò horum domus & memoria contrà votum suum plerũque citiùs periêre secundum illud Psal. 36. Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani: transiui & ecce non erat, quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. Et iterum verte: & non erit impius: est enim horũ ædificium ædificatum super fœnum, & stipulam, & Apostolus inquit 1. Corinth. 3. Super hoc enim secundum glo. ædificare dicuntur, qui cogitant quæ mundi sunt, & ea quæ pertinẽt ad dispositionem rerum mundanarum, & ad onera carnis, & exteriorem gloriam ordinantes studium vitæ suæ in temporalibus acquirendis & conseruandis. Thesaurizandum est, ergo iuxta saluatoris nostri consilium Matth. 6. dicentis. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi ærugo & tinea demolitur: & vbi fures effodiunt & furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in cœlo, vbi non ærugo non tinea demolitur, vbi fures non effodiunt nec furantur: vndè pulchrè Chrysostomus super Matthæum. Quid ergo melius est an in terra reponere, vbi incertus est cõseruationis euentus: an in cælo, vbi est certa custodia? Quæ autem stultitia est illic relinquere, vnde exiturus es, & illic non præmittere quo iturus es? illic ergo substantiam tuam colloca, vbi patriam habes perpetuam. Et sic postquam illud thesaurizandi consiliũ & alia ad nostram salutem pertinẽtia dominus noster posuit, subdit. Omnis ergo qui audit verba mea hæc & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum supra petram, & descendit pluuia, & venerunt flumina & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam & non recidit: fundata enim erat supra petram. Et omnis qui audit verba mea hęc, & non facit ea, similis erit viro stulto qui ædificauit domum suam super arenam, & descendit pluuia & venerunt flumina, & flauerunt venti & irruerunt in domum illam, & cecidit & fuit ruina eius magna. Sic igitur quia reproborũ domus sunt super arenam ædificatæ ruunt, & eorum memoria quã tantis viis cõseruandã curauerunt: & ipsi vinent sine fine apud inferos in tanti laboris præmium: vnde eorum

peribit memoria quæ non cõseruabitur in filiis suis nec eorum prosperitas aliquid mortuo patri solatiũ afferet cum illud ignorant. Hoc est quod amicis suis Iob respondit. 14. cap. Omnium labilitatẽ à memoria ostendens, mons cadẽs defluit, scilicet, à memoria hominum & saxum transfertur de loco suo: hoc est de lapidicina, nec ibi remanet eius memoria: lapides excauant aquæ: & alluuione paulatim terra consumitur: scilicet quãuis sit stabilis: & sic omnia ista pereunt de hominum memoria. Sic erit de eorum memoria: quia peribit, cùm sit minus stabilis: hoc est quod subdit, dicens. Et homines ergo similiter perdes, scilicet, à memoria hominum: roborasti eum paululum, vt in perpetuum transiret: hoc est roborasti eum fortitudine & diuitiis paulolum: in hac vita quæ breuis est, vt transiret à vita præsenti absq; reditu. Nec ad horũ solatium aliquid post mortem pertinere potest ꝙ filij eorum sint in potentia & honore cũ ipsi hoc nesciant vt eodem cap. concludit Iob dicens. Siue nobiles fuerint filij eius siue ignobiles non intelliget. Est alia bonorum vanitas propter quam sapiens omnẽ laboris sui industriam detestabatur, Ecclesiastes secundo. Rursus inquiens detestatus sum omnem industriam meam, qua sub Sole studiosissimè laboraui habiturus hæredem post me, quem ignoro vtrum sapiens an stultus futurus sit. Et dominabitur in laboribus meis quibus desudaui & sollicitus fui: & est quicquam tam vanũ? Vnde cessaui, renunciauitque cor meum vltra laborare sub Sole. Nam cùm alius laboret in sapientia & doctrina & solicitudine homini ocioso quæsita dimittit, & hoc quoq; vanitas, & magnũ malũ. Sed quia super huiuscemodi vanitate, & bonis vinculatis varia & ardua, tam in consulendo, quàm in iudicando mihi occurrerunt negotia dubitatissima reipublicæ, vtile mihi fuit visum huius legis cõmẽtũ humeris licet impar meis non recusare.

SVMMARIVM.

1 *Præmittit iura quæ emanarunt ante & post hanc legem & numero.16*

2 *Ius agendi ad supplementum quo iure fuit introductum.*

3 *Intellectus l. Si non mortis. ff. de inoffic. testamen.*

4 *Donatio facta à parente filiofamilias: vt imputet in legitimam, an valeat & numero.7.*

5 *Assignatio legitimæ facta filio familias valet & est irreuocabilis.*

6 *Insinuatio an requiratur in*

assig

aßignatione legitimæ facta filiofamilias: & nume. 8.

9 *Filia dotata cum parua dote an excludatur propter statutum excludens dotatam arbitrio boni viri.*

10 *Ius agendi ad supplementum cuius fauore sit introductum.*

11 *Petitio legitimæ an sit impugnatio testamenti.*

12 *Lex omnimodo. an habeat locum in patre & fratribus.*

13 *Frater non potest in legitima grauari instituta turpi persona.*

14 *Lex omnimodo. habet locum in filio: cui minus debito pro legitima relinquitur & prohibetur plus petere.*

15 *Si pater minus legitima filio relinquat instituta turpi persona, an poßit filius impugnare totum testamentum.*

16 *Titulus. C. de inoffic. donat. quid inducat de nouo.*

17 *Onus & grauamen quod tollitur hodie de legitima, an etiam tollebatur de iure Digestorum.*

18 *Hæc lex quantum differat à lege cùm patronus. ff. de legatis ij.*

19 *Grauamen iniunctum filio in legitima: in euentum quòd assequatur redditus vel beneficium non valet.*

20 *Filius an poßit grauari: in implemento voti paterni & singulariter de intellectu capi. licet. de voto.*

ADDITIO.

a *Ita summat Bartol.*

b *Euidentialia huius legis satis singularia.*

c *Vide singul. Phil. Decium in consil. lxxxvj. viso puncto. col. penul. versic. vlterius quæro:*

d *Adde Bal. in l. illud. in prin. C. de coll. quòd actio ad supplemen. legitimæ fuit introducta duplici fauore, scilicet, testatoris per primus & liberorum per posterius.*

e *Vide Ias. l. omnimodo. ij. notabi. C. isto titu.*

f *Vide Ias. in l. fratres. C. isto tit. fi. col. quòd communis opin. est quod odio instituit frater rumpit in totum testa. patris. & vi. eundẽ Ias. l. omnimodo. col. j. C. isto titulo.*

g *Contra Accursium autho. opinio.*

h *Quem tex. sing. amplia ex verbis Bal. in l. hac edictali. iiij. col. versic. iuxta hoc quære. C. de secun. nup. quem etiã vide in l. si quãdo. §. Et generaliter. C. isto titu. vide Philip. Deciũ cons. lxxxix. fi. col.*

i *Vide Phil. Deciũ cõs. ccccxcv. col. pen. nu. 22. vide Phil. Corn. consil. cclxv. circa primũ, & secundũ vo lu. j & pro ratione decidendi, vide Doct. de Segu. in repetitione l. cùm patronus. ff. de leg. ij. in pen. char. versic. reuertendo igitur.*

k *Cùm inter legitimum patroni & legitimã filij sint nõnullæ differentiæ: de quibus per Ias. in l. eũ qui. C. isto titu. per eundem in l. ij. C. de bon. poss. contra tabu. liber.*

l *De quo vide Host. & Io. Andr. in c. si hæredes. de testamen. & singul. per Ioan. Parisien. in tracta. de iu. pri. genit. lib. 3. quæst. vj.*

AD rem deueniēs secundū verum intellectū, sic sumitur hæc lex.
a matur hæc lex.[a] De legitima subducitur omne grauamen conditionis, vel téporis, seu alterius cuiuscunque oneris: & valet relictum legitimæ tanquam si tale grauamē scriptum, nec appositum esset.

1 AD † euidentiam [b] præ-
b mitte, ꝙ iura saltem nouissima in quantum potuerūt voluerunt prouidere filiis in legitima sibi quodam modo à iure naturæ debita: & eodem modo laborauerunt excusare, seu obuiare ne testamenta parentū subuerterentur per querelam inofficiosi testamenti, seu alio modo. Vnde ad prouidendū contra grauamen appositum filiis in legitima, primò emanauit l. omnimodo. C. de inoffic. testa. quæ venit ad prouidendum contra grauamen quātitatis. Nam olim si filio minus legitima erat relictum in testamento, competebat filio querela inofficiosi testament. l. parentibus. versi. qui autem. C. de inoffic. testa. l. cùm queritur. C. eod. tit. hodie inducitur contrarium per d. l. omnimodo Imò quòd non propter hoc irritetur testamētum nec filio competat querela inofficiosi testamenti. Sed competat sibi ius agēdi ad supplementū ita vt testamentum maneat firmum: & sine vlla mora & grauamine suppleatur filio integra legitima: casus est in d. l. omnimodo. Et tene menti ꝙ dispositio d. l. omnimodo. videtur habere fundamentum etiam de iure digestorum ex quadam l. singulari quæ incipit. si nō mortis. ff. de inoffic testa. vbi text. dicit: ꝙ si filius excluditur à querela inoffic. testam. si quartam suam habeat ex donatione inter viuos à patre sibi facta. Subdit Vlpianus, & in hoc facit, aut si minus habeat quod deest boni viri arbitratu repleatur. Et in tātum iste textus fuit visus aliquibus concordare cum d. l. omnimodo, ꝙ fatentur ꝙ compositores noui iuris sumpserunt dicta verba de repletione supplementi ex d. l. omnimodo, & illa addiderunt in d. l. si nō mortis. quasi vellent ꝙ semper fuit prius dispositio d. l. omnimodo. & in hac opinione fuit Accursius in d. l. omnimodo. & in d. l. si non mortis, quem aliqui sequuntur, ne aliàs dicamus Iustinianum fuisse mendacem, qui in d. l. omnimodo. hoc ius agendi ad supplementum tāquam

quàm ius nouum antè nõ dispositum induxisse fateatur, quod nõ esset si de iure.ff fuisset prouisum. Sed aliquibus modernioribus verisimili⁹ videtur ꝙ Imperator acceperit dispositionem d. l. omnimodo.ex similitudine d. l. si non mortis. Non tamen est credẽdum quòd compositores noui iuris miscuerunt iura noua veteribus: quod mihi plus placet: maximè quia gloss.in d.l. si non mortis. transiuit ad aliã solutionem. Et in quantum ibi Accursius dixit quòd dispositũ ibi de collatione fuit additũ per cõpositores noui iuris reprehẽditur per Bart.Ange.Paul.de Cast.& alios: quia compositores.ff. nõ cognouerunt iura nouissima authenticorum per quæ ex testamento fuit inducta collatio. Idem Accurs.in collatione, mutauit illã solutionẽ, scilicet quia ibi
2 loquit̃ ab intestato. † Ad incõueniens adductum.s.quia si hoc est verũ ꝙ ius supplemẽti fuit inductum de illo iure.ff. ergo nõ est ius nouum dispositum in d.l omnimodo. cuius contrarium firmat ibi Imperator, dicens. Volũtatibus testatorum prospiciẽtes magnã & innumerabilẽ occasionem: subuertendæ eorũ dispositionis amputare censemus: & ibi in certis casibus in quibus de inofficiosis defunctorũ testamẽtis vel alio modo subuertendis moueri solebat actio.

Respõdeo ego multipliciter, imò dico ꝙ semper manet ius nouũ atque amplissimũ dispositũ in d.l.omnimodo.
3 † Primo, quia tex.in d.l si nõ mortis loquitur in eo quod filio erat donatum inter viuos per donationẽ in qua filius semel cõsenserat: ideo excludebatur à querela sed agebat ad supplementũ argu.l parentibus. versi qui autẽ.C.de inoff.test. sed in eo quod relinquitur ex testamẽto filius nõ cõsentit à principio: ideo cõpetebat sibi querela si minus legitima relinquebatur, vt d.l cũ quæritur.& l parẽtibus.quod tollatur per d l. omnimo. nec hoc erat ꝓuisum in d.l.si nõ mortis. Et hæc solutio cõstat ex litera, ibi Hac tamẽ cõtẽplatione, vt in quartã imputaretur: & hoc modernioribus placet & Paul.in d.l.omnimodo. & habuit à Sali.ibi quãuis illum taceat, q dicit ꝙ d.l.si nõ mortis. nõ loquitur qñ inter viuos fuit donatũ pacto apposito: vt cõputaretur in quartã.d.l. omnimodo. qñ in vltima volũtate. Secũdo potest assignari alia dissimilitudo qa in d. l.si nõ.loquitur tex.ab intesta to solum in secũdo respon.in quãtũ loquit̃ de collatiõe ibi, aut cõferri.&c. Quod cõstat quia de iure antiquo ex testa-

mēto non habebat locū collatio, vt in l.j.C.de collatio. & ita firmat glo.secunda in d.l.si nō mortis.quæ approbatur l. omnimodo.ex testamento.Et adhuc ibi volūtariè fit suppletio, vt apparet ex illa disiūctiua ibi, aut cōferri: vt voluit Sali.in d.l.omnimodo.ex necessitate:prima respōsio melior. Cū ergo sit dissimilitudo aliqua inter casum dictarū legū, nō videtur mihi incōueniens excusare illā suppletionē dicendi esse additū à cōpositoribus noui iuris.Sed ꝙ vtraq; l. disponat in suo casu:& ꝙ ex similitudine aliqua Imperator sumpsit disponēdi causam ex d.l.si nō mortis.quæ nimis ampliatur per. d.l. omnimodo.
4 † Ad vnū tñ notabis illā l.si non mortis.in quantū tex. ibi facit mētionē de donatione facta inter patrem & filiū ea cōtemplatione: vt in quartam imputaretur: nescit enim Ang.ibi quomodo valuit donatio inter viuos inter patrē & filium, nisi ex eo ꝙ fuit facta adhoc, vt filius imputaret eā in legitima, quæ ideo valet secundū eum.&c.patre viuente:quia non est donatio mera: sed potiùs ob causam. quod
c nota.[c] Et refert ibi Ange.se consuluisse per d.l. quòd pater qui filium nolebat emancipare:sed solūmodo assignare sibi legitimā in vita ad hoc vt assignatam non posset sibi auferri per fratrem & fructus pertinerent ad filiū & omnia melioramenta: ꝙ pater non emanciparet filiū: sed faceret sibi donationem hoc expresso quòd illud sibi donabat pro sua legitima portione. Nam valida esset talis donatio inter patrē & filiū & irreuocabilis.quod not.facit l.si quādo. in §.& generaliter.C.de inoff. testa.& in §.igitur.Instit.eod. titu. ibi vel inter viuos. Et licèt ista doctrina non probetur concludenter ex illa lege quia ibi solūmodo dicit text. quod fuit facta donatio inter viuos filio hac contemplatione, vt in legitima imputaretur:tamē nihil ibi disponitur super validitate donationis: nec ad hoc disponēdū vel determinandū venit ille tex.tamen corroboratur ex hoc ꝙ filius in legitima censet quasi creditor: vt dicit illa gl.singu. in l.iij C.de iuris & facti ign. cui est similis in l.si duo.ff. de acqui.hære.est casus singu.in l.& quia.ff.pro socio.vbi Pau. inquit, plerunque à parente quasi debita nobis hæreditas obuenit:& in l.fina.§.sinautē. versi.quasi debita.C. de cura. furio.& sic non censetur mera donatio. Per prędicta ele- 5 ganter ampliabis doctrinā positam à Barto.in l.iiij.colum. penul.ff.ad legē Falci.qui argumento

gumento l.cum quo.§.fina.ff. eodem titu.tenuit,quòd pater potest si vult præuenire vltimũ iudiciũ & assignare filio legitimã in vita quã sequũtur alij,vt infra dicam: & probatur in §.igitur.& in d.l.si non mortis. vt illud obtineat in tantum quòd non possit reuocare etiam si per modũ donatiõis inter viuos assignasset filio existenti in potestate legitimam suã: de quo latius infrà in iiij.limitatiõe. Sed licèt per Ange.nihil allegetur allego contra eum textum in l.data.C.de dona.vbi est casus quòd solẽnitas insinuationis quæ à iure requiritur in donationibus excedẽtibus summam debet interuenire, vbi sit donatio inter coniunctas personas,vt coniunctarũ personarũ fraus,& calliditas euitetur.
6 Et dixit Bald. ibi eleganter ad propositum: quòd etiam si pater donaret filio in præmium emancipationis legitimam suam, tantummodo quidam dicebant ꝙ non esset insinuatio necessaria dato ꝙ excederet donatio ad mille millia florenorum per l.j. C. de impo.lucra.des.libro decimo.ipse dicit contrarium esse verum ex eo quòd viuo patre non debetur legitima filio.l. fin.ff de libe.agnoscen.Ideo si donatur legitima est ista mera liberalitas in vita patris,& per consequens requiritur insinuatio.Pro quo optim⁹ text. in dicta l.si quãdo.§.generaliter.vbi text.hãc assignationem factam filio de legitima vocat donationẽ inter viuos. facit d.l.si non mortis.& d.§. igitur. Præterea facit etiam contra hanc doctrinam Ang. tex.& ibi gl.notabi.& Bar.in d.l.iij.C.de iuris & facti ignorantia.vbi ponitur pro regula quòd licèt hæreditas sit filio quasi debita:tamen iudicatur de ea vt de simplici lucro in dispositione.l. de lucro loquentis:nã ibi nocet error iuris sicut in lucris qui nõ nocet in dãno. Itẽ facit id quod dixit Bal.in l. post mortẽ. C. de fideicõ.vbi dicit ꝙ si rogatus restituere post mortẽ suã aliquã rem illã restituat in vita: ista est donatio non restitutio ex fideicommisso secundũ cõmunem opinionem: de qua Barto.& Moderni in l.sed si ante.ff.ad trebellia. Ideo infertur singulariter,quòd cùm sit donatio:indigeret insinuatione si excederet quingentos aureos,ergo idem dicendum in legitima quæ filio vere nõ debetur in vita patris,
7 †Bene potest sustineri opinio Angel.pro qua in terminis allego elegantem conclusionem Bald.idem tenentis in l.cùm oportet.§.non autẽ.C. de bonis liber. vbi expresse dicit,

quòd

quòd ſicut filius eſt capax dotis etiam ſi ſit in poteſtate. l. Pomponius Philadel.ff. familiæ herciſcundæ.ita eodẽ modo eſt capax legitimæ. Vnde concludit, quòd valet donatio,ſeu aſsignatio legitimæ facta filio in poteſtate cùm in eius aſsignatione pater poſsit præuenire mortem ſuam filio conſentiente.l.cum quo de peculio.ff. ad legem Falcidiam. & l.finali.ff.de decur.& ita affirmat eſſe verum. Allego etiam tex.ſingula. in l.ſi vir.§. quòd vir. ff. de donationibus inter virum & vxo. vbi caſus quòd ſi maritus ſoluit vxori debitum in diem ante quàm veniat dies,iſta non eſt donatio.ideo non cenſetur inter virum & vxorem prohibita:ſed cùm legitima ſit filio debita, vel quaſi debita vt eſt caſus in l. ſi quis legatum. ff. de falſis. & in l.finali.ff.de liber.agnoſcen. & ibi Barto. ergo non eſt prohibita donatio ratione
8 legitimæ. † Nec obſtat contrarium de inſinuatione: quia non eſt verum,imò ipſe Bald. tenuit contrarium in lege,illud.iij.quæſtione.C.de ſacroſanct. eccleſiis. ſequutus Speculat. qui idem tenuit in titulo de donatio. verſicu. quid ſi pater. dicunt enim iſti quòd donatio facta per patrem filio in præmium emancipationis vſque ad legitimam non indiget inſinuatione: cùm hoc ſit potius ſoluere naturale debitum quàm donare. l. j. C. de impo.lucra. deſcri.lib.x. Ideo pater qui aſsignat filio legitimam, videtur cum eo diuidere. hanc dicit Bald. eſſe ſummam veritatem: quia licet filius non poſsit viuo patre legitimam petere: tamen poteſt pater in ſoluendo præuenire ſi vult: vt in d. l. cum quo. l. quoniam nouella.C. de inofficioſo teſtam. idem Bal.in l.& ſi mortis. C. ad legem Falcidiam. loquitur in filio in poteſtate. Quæ omnia nota ad defenſandã opinionem Ang. ſatis ſine fundamento poſitam. Et ad practicam iſta non ſunt paruæ importantiæ quæ multum limitant iura prohibentia donationem inter pa-
9 trem & filium. † Et per d.l. ſi non mortis. dicebat Bald.ſe conſuluiſſe vt refert ibi Paul. quòd ſi teſtamentum diceret, quòd filia dotata arbitrio boni viri non ſuccedat cum maſculo, quòd ſi filia eſſet dotata non tamen arbitrio boni viri: quia fortè paruã dotẽ habuit, ꝙ nihilominus erit excluſa à ſucceſsione; ſed competit ſibi ius agendi ad ſupplementum dotis congruæ arbitrio boni viri. Contrariũ ſentit Bal.in authent. res quæ.C.cõmu. de lega. & hoc clarius ſequitur Pau.de Caſt.in d.l.ſi nõ.& hoc pla

placet: nam dictum testamentũ erat odiosum. Excludebat filiã à successione, solũmodo in casu in quo esset dotata arbitrio boni viri. ergo illo solo casu est exclusa, scilicet quãdo tẽpore mortis nõ reperitur sic dotata, prout testamẽtũ dispo nebat, cessat statuti dispositio, & per consequens succedet ab intestato in integrũ tanquã in nihilum sibi obstet statutum.
10 †Aduerte [d] etiã hoc ius agen- d di ad supplementũ per d.l. omnimodo. fuit inductũ in fauorẽ testamentorũ. Secũdario in fauorẽ legitimę filiorũ, clarè hoc disponit tex. ibi in parte dum dicit. Magnã & innumerabilẽ occasionẽ subuerten dæ dispositionis, &c. & totum probatur ibi: tam mortuis cõsuluisse quàm liberis eorum. Idem Bal. iu l.j. in princ. C. de collat. licet aliqui dicant non esse in fauorẽ filiorũ: cùm vtilius eis fuisset testamẽtũ subuertere. Ad istũ tex. respõdent quòd cõseruat eos indẽnes, ne perdãt legitimã sibi à iure na turæ debitam; nõ tamen fauet eis in extorquẽdo plus: & hoc videtur Paulo placere. Et sic licet filius agat ad supplementũ legitimæ, nihilominus manet firmũ testamentũ, casus est
11 ibi firmũ, &c. †Maximè [e]; qa e petitio legitimæ non est propriè impugnatio testamẽti vt probat text. sing. in l. cũ lege. C. de episc. & cler. iuncta authentica presbyteros. C. eodẽ. vbi probatur exprefsè, ꝙ licet testamentũ non possit per filium impugnari: filius tamen hoc nõ obstante potest petere legitimã suã, & ad hoc extolluntur illa iura per Bal. in d.l. cũ lege. iij. not. Cum hac conclusione trãsiuit Ioan. de Ana. consulendo & etiam quidam modernior Mediolan. in d.l. omnimodo. & Pau. de Cast. in d.l. cum lege. Sed quærãt isti alia fundamẽta: quia mihi nõ sufficiũt illa quæ Bal. allegat. Nam verũ est quòd tex. in d.l. cum lege. expressè dicit, ꝙ clerici de peculiis quasi castrẽsibus possunt testari & nõ solũ testari, imò liberè testari ita vt eorum testamenta minimè subiaceant querelæ inofficiosi testamenti: sed postea superuenit tex. in d. authẽtica presbyteros. & dicit, ꝙ ita possunt testari dum tamen relinquãt filiis legitimã, & hoc per conditionem ex l. vt glo. ibi, nescio ego quo modo ex illis iuribus probetur quòd licet per filiũ non possit testamentum impugnari, per querelam nihilominus possit petere legitimam: & quòd petitio legitimæ non sit impugnatio testamenti. Nam ideo in illis legibus hoc permittitur: quia expressè hoc dispositum est in d. authentica presbyteros. quæ venit

venit correctiuè secũdum aliquos ad l.Codicis, vel secundũ alios limitatiuè, seu declaratiuè. Nam licet in d.l.cum lege. disponatur, ꝙ non haberet locũ querela: tamen in d.authentica, tanquam in ius nouũ continẽs statuitur secus esse in legitima: vnde parũ dubitationis est tunc ex quo à lege sic exprimitur. Sed si solũmodo ab aliqua lege fuerat prohibitum filiis querelare pro vt in d.l.cum lege. disponebatur, ꝙ non obstante quòd filius esset prohibitus querelare testamẽtum paternũ: nihilominus esset sibi permissum petere legitimam, si ab alia lege hoc sibi non cõcederetur, pro vt cõcessit d.authen.presbyteros. Nõ video fundamentũ: sed si expresse concederetur vt concedit d.authent.presbyteros. de nullo dubio deseruit: igitur istorum conclusio ex capite.

Sed ad sustentãdam opinionem Bal. ego allego glo. sing. secundum vnam solutionẽ in d.authen.presbyteros. vbi gl. mouet cõtrariũ de d.l.cum lege. quæ dicit quòd testamentũm illorũ non subiacet querelæ: cuius cõtrariũ videtur dicere tex. in d.authent. ex quo mandat filiis relinqui legitimam de necessario: ergo si nõ relinquitur querelabitur. Respõdet glo. ꝙ nõ querelabitur testamentum propter hoc: sed filius petet legitimã per conditionem ex l. quod est nimis diuersum. Nam querela rumpit, & aduocat in totũ, condictio ex l. solum legitimam: & sic dicit glo. ꝙ non est contraria d.authentica dictæ legi: ex quo apparet, ꝙ si non est contraria dato quòd filius petat legitimam non impugnat testamentum.

12 f † [f] Et dispositio d.l.omnimodo. non solum habet locũ in filiis: verùm etiam in parentibus, & etiam in fratribus vbi vocantur ad hæreditatẽ fratris, puta turpi persona instituta. tex. est in d.l.omnimodo. ibi, vel aliis personis quibus eadem actio cõpetere poterat. iuncta glos. quæ exemplificat in patre & fratre quod nota cũ hodie per leges fact. in curiis Thaur. ascẽdentes sint hæredes necessarij descendẽtibus suis. & allegat casum expressum in §.cæterũ. vt cùm de appel. cog. collat. viij. quæ loquitur expresse in patre, &c. Sed Guliel. de Cug. in l. fratres. C. de inofficioso testamen. tenuit contrarium in fratre: imò quòd turpi persona instituta in totum posit expugnare testamentũ etiam si aliquid esset sibi pro legitima relictum. Et idẽ sequitur Paulus de Castro in d.l.omnimodo. motus per legem Panthonius. ff. si quis à parente fuerit manum. vbi pater turpi

perso

persona instituta à filio, potest totum testamentum impugnare & totã hæreditatem aduocare: tamen si non esset turpis nõ posset petere nisi solùmodo legitimã. Idem Paul. in d. l. fratres: dicens ex hoc inferri ꝙ si frater in testamento reliquisset fratri integrã legitimã & in residuo instituisset turpem personam adhuc competeret fratri querela ad obtinendum residuum, & fuit hoc originale Guliel. ex relatione scribentium. Itaque tenent isti ꝙ instituta turpi persona, non solùm si frater aliquid in testamento reliquisset fratri suo: verùm etiam si totam integram legitimam ei reliquisset, posset querelare testamentum in totum & aduocare totam hæreditatem: fundãtur in duobus. Primò, in d. l. Panthonius. Secundò, quia dicit Guliel. ꝙ non meminit se legisse quanta sit legitima fratris quasi habeat totum pro legitima. Salicetus in l. fratres, C. de inoffic. testam. in tertia quæst. sequitur opinionẽ istorum. Mouetur quia querela datur principaliter in odiũ instituti qui est turpis persona, & propter eius vilitatem & infamiam: sed querela quæ datur filiis contra testamentum paternum, datur principaliter in odium patris filium exhæredantis, & illum ponentis extra hæreditatem & legitimam sibi debitam. Vnde cùm causæ sint diuersæ non infertur argumentum vt statutum in filio, habeat locum in fratre. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirenda possessione. Item quia legitima regulariter & indistinctè est filio debita nisi ex causis assignatis in §. causas. vt cùm de appellat. cogno. fratri verò è contra. Imò regulariter non est sibi debita legitima nisi turpi persona instituta. Item legitima filij exigit titulum institutionis quod secus est in fratre. in authent. de hæred. & falcidia. §. si verò. vnde cùm nimis distet de legitima filij ad legitimam fratris, non est concludens argumentum de vna ad aliam. Ex quibus concludit, ꝙ siue nihil fratri relictum sit, siue aliquid pro sua legitima ei à fratre sit relictum, quòd turpi persona instituta fratri cõpetat querela inofficiosi testamẽti etiam hodie sicut olim: quia quod non mutatur stare non prohibetur: quod potissimè operatur infamia instituti, pro quo allegat etiam d. l. Panthonius. In vno discrepat ab opinione istorum quod dicit secus esse vbi frater quartam integram reliquisset fratri suo: quia tunc non competeret ei querela turpi persona instituta:

ta: quia nec filius tunc querelam haberet, & sic residet. Et habuit à Bald. totum quod dicit in dicta l. fratres, vbi tenet: quòd si integra legitima fratri relicta esset, non haberet querelam alias in totum, vt retulit Salice. & hoc videtur esse de mente Bart. in dicta l. fratres. qui expressè tenet per d.l. Pãthonius, quòd testamentum fratris per querelam turpi persona instituta reuocetur in totum, & non solum vsque ad legitimam cum ista querela fui inuenta in odium instituti: tamen non loquitur Bar. vbi aliquid esset relictum fratri prout loquitur. d.l. omnimodo. Contrariam[g] opinionem teneo quam tenuit Accursius in dicta l. omnimodo. nam isti apertè dicunt contra text. in d.l. omnimodo. vbi tex. disponit non solum in filiis: sed etiã in omnibus aliis quibus competit querela inofficiosi testamẽti. sed fratri turpi persona instituta competit querela, vt in dicta l. fratres. Ergo vbi habemus casum legis expressum non expedit super hoc disputare, & sic euadũtur argumẽta debilia Salic. dicẽtis quod non mutatur quare stare prohibetur: quia imò mutatũ est per d.l. omnimodo Neq; obstat argumẽtum Guliel. dicẽtis se nõ meminisse quòd legerit de legitima fratris. nã contrariũ ego reperi scriptũ; imò quòd fratri debetur legitima turpi persona instituta quæ est quarta, vt olim filiis, iste est casus singula. in corpo. de hære. fal. colla. j. §. primum itaque ibi. Quia testantibus aliis quidẽ necessitatem imponit. l. distribuere, & quandã partẽ personis quibusdam tanquàm hęc pars secundum ipsam naturã eis debetur quale est filiis & nepotibus patribus ac matribus: interdum verò & fratribus iuncto fi. §. ibi quartam. ab intestato partem cõcedit. Et quòd legitima debeatur fratri tenuit glo. in authẽtica nouissima. C. de inof. testamẽ. quę dicit, quòd quarta debita fratri pro legitima instituta turpi persona non est aucta. Idẽ sentit glo. in d.l. omnimodo. sequitur & Bald. in dicta l. fratres licet Ange. dicat auctã. in l. prima. de inoff. testamen. vulgaris est quęstio. sufficit quòd omnes tenẽt quòd fratri est debita legitima; & per consequens cessat fundamentũ Guliel. de Cug.
13 †In tantum quòd glo. singu. in §. si verò expressim, in dict. authenti. de hære. & falc. tenuit quòd quemadmodum filio non potest appo ni grauamen in legitimã; ita etiam nec fratri turpi persona instituta, nec alij cuicunq; cui de necessario debeatur. Per quæ

quæ videtur vera conclusio ꝙ d.l.omnimodo. habeat locum in fratre vt non possit querelare turpi persona instituta si aliquid sibi esset relictum. Sed debet agere ad supplemētum: quam cōclusionem tenuit Angelus in dicta l. fratres, & in dicta l. omnimodo. & multi moderniorum Angel. notabiliter in l. j. ff. de inoffic. testam. Lex Panthonius. non obstat: quia ibi pater omnino fuit præteritus, vt idē Salic. expressè dicit dans hāc respōsio-
14 nē in d.l.fratres. † Habet etiā locum dispositio d.l. omnimodo. dato ꝙ pater reliquisset filio pro legitima aliquid non sufficiens ad legitimā, & prohibuisset eum ne plus posset petere vel habere in bonis suis, ꝙ non propter hoc competet filio querela: sed talis clausula nil operatur, nec quò ad impediendū legitimæ supplementum, nec quò ad testa-
15 mēti impugnationem. † [h] Iste
h est casus singul. in authent. vt cùm de appel.cogno.in §. cæterum.ibi. Etiā si certis rebus iussi fuerunt esse contenti ob hoc testamentum quidem nullatenus solui permittimus: quem ad hoc omnes extollūt.

Nec est omittendum vnum verbum elegans positum per Paul.in d.l. omnimodo. ad illius l. intellectum. dicit enim ꝙ si pater instituisset hęredem turpem personam, & filio aliquid relinqueret pro sua legitima: ꝙ tunc filius posset totū testamentum expugnare per querelā: & per consequens aduocare totam hæreditatē sine eo ꝙ haberet necesse agere ad supplementum: fundamētum facit in l. Panthonius. ff. si quis à parent. fue. manu. vbi est casus ꝙ pater turpi persona per filium instituta, potest totum testamentum impugnare per bonor.possess.contra tabulas, & totam hæreditatem aduocare: dicit enim Consultus, si turpes personas veluti meretricem hæredem fecisset emācipatus totorū bonorum cōtra tabulas possessio parenti datur. sed certum est quòd si non instituisset turpem personam, solùm peteret legitimam, vt textus dicit ibi, aut constitutæ partis si non turpis hæres esset institutus. Et si non dicatur quòd non reperitur scriptum quòd turpi persona instituta à patre si filio aliquid sit relictum non agat ad supplementum sed querela. Nā hoc probatur secundum eum per reductionem ad inconueniens: quia non debet esse deterioris conditionis filius contra testamentum patris, quàm è conuerso. Refert hoc esse menti tenendum: quia est vtilis valdè & magna limitatio ad d. l. omnimodo. & idem

tenet ipse in d.l.fratres. Mirabilis profecto limitatio ad dictam l.omnimodo.quę satis potest corroborari ex opinione tenentium, quod frater turpi persona instituta querelat in totū: de quo ante dictum est: sed non caret scrupulo. Primò, quia d. l. Panthonius.loquitur in casu nimis diuerso tam quia loquitur in patre filij emancipati:quàm etiāquia ibi loquitur textus in casu in quo pater erat in totum præteritus,vt voluit quidam Modernior Mediolanensis legēs Paduæ in d. l. omnimodo. & habuit illam responsionem à Salic.in d.l.fratres.iij. quæst. Sed d. l. omnimodo. loquitur in casu in quo filio aliquid esset relictum,& sic casus diuersus ideò non est licitum argumentum :ideò dictus Mediolanensis reprobat Paulum ibi.

Et mihi videtur rectè dictū: quòd cùm d.l.Panthonius. loquatur in suo speciali & specifico casu, abstinere debemus ab extēsione dimittētes vnāquanque legem in suis terminis. Sed cùm d. l. loquatur in patre omnino præterito & filio emancipato instituta turpi persona seruetur vt iacet. Sed dicta l. omnimodo. loquitur in filio cui per patrem aliquid relictum est licet minus legitima non distinguit quis instituatur,scilicet,persona turpis, vel ne. Igitur vt disponit seruanda est:& sic sentit glo. rectè ponderata in d. l. Panthonius. in parte constitutæ.

Et sic expressè firmat Bald. in l.fratres.C.de inoffic.testa. dicens quod non est l. de mundo quæ dicat : quòd si pater instituisset turpem personam hæredem filius cui minus legitima relictum esset, posset per querelam expugnare totum testamentum paternum atque totam patris hęreditatem aduocare. Et idem tenuit Paul. de Cast. sibi contrarius in consulendo,consil. lix. secundum numerum meum: & incipit, quo ad præsens videtur dictas sorores.vlt.col.circa medium: & ita teneo quod not. & hoc circa primam prouisionē inductam per l.omnimodo. cir-
16 ca grauamen quantitatis.†Superuenit secundò l. quæ nuper. C.de inoffic. testam.quæ venit declaratiuè, seu suppletiuè ad leg. omnimodo. quæ prouidebat solummodo vbi testamentum erat in scriptis. declarat dict. l. quæ nuper. vt etiam habeat locum in testamento nuncupatiuo & sine scripris. Superuenit tertiò hæc lex quæ prouidet quando integra legitima filio relicta est : tamen in ea apponitur grauamen aliquod, seu onus vt illud remoueatur ac si appositum non esset : & sic çon-

seq

sequitur filius legitimam sine aliquo onere & grauamine.

Quartò emanauit l. scimus. §.cùm autem. C. isto tit. quæ prouidet, vt non solùm grauamen reiiciatur de legitima si solummodo legitima ei relicta est: verùm etiam si vltra legitimam filio sit relictũ: nihilominus in legitima amouetur onus & grauamen, & in residuo vltra legitimam obtẽperatur onus. Sed adhuc per omnia hæc iura non erat plenè prouisum filiis. Nam cùm pater teneretur relinquere legitimam de bonis quæ habebat temporis mortis, in vita sua donabat maiorem partem bonorũ causa fraudandi filios in legitima vt tempore mortis pauca bona reperirentur, & de illis relinquebatur quarta l. Papinianus. §. quartam. de inoffic. testam. ff sed hoc prouisum est. per tit. C. de inoffi. dona. per quam consideratur legitima retro respectu omniũ bonorũ, tam donatorum, quàm nõ donatorũ: ita vt per querelã inofficiosæ donationis filius consequatur vsq; ad legitimam integrã, & tale grauamen inductum per immensam donationem non tollitur ipso iure, sed opus est, ꝙ filius agat querela & infra tẽpus limitatũ per illũ tex. vt ibi vult glo. in l. j. C. de inoffic donat. clarius Bald. ibi in iij. fol. primæ oppositionis. His præmissis deueniendum est ad pro-

17 priam l. materiam. † [i] Nota

i primò istum tex. quòd omnis conditio & grauamẽ seu onus filio appositum in legitima ipso iure subducitur & tollitur de medio, & habetur tanquam si appositum non esset: & in hoc continetur tota virtus huius legis dicentis. Ipsa conditio vel dilatio: vel alia dispositio moram vel quodcunque onus introducens tollatur, ita res procedat quasi nihil eorum testamento additum esset. Concordat l. scimus. §. cùm autem huius tituli. ibi. Quia nostra constitutio quæ antea cõposita est, omnem dilationem omnémque moram censuit esse subtrahendam: & in §. sancimus. eiusdẽ l. ibi qualiscunq; causa interueniens aliquod grauamẽ imponat, vel in quantitate, vel in tempore, &c. Et etiam ante hanc l. erat hoc prouisum. Ad quod pondero text. in d. l. omnimodo. ibi sine vlla mora vel grauamine exigere. Sed reperio quendam text singu. probantem ꝙ etiam de iure digestorum non tenebat grauamen appositum in legitima. & est casus in l. cùm patronus. ff. de legat. secundo. Vbi textus dicit, quòd si patronus in parte legitima sibi debita institutus est, non potest in ea

grauari onere fideicommissi. Et dicebat ibi Paul. de Cast. in illa l. ecce argumentũ imò casum quòd si filius fuit institutus in legitima: & in ea vel eius parte erat grauatus etiã de iure.ff.non tenebat grauamen: quia si non tenebat in legitima patroni: multò minus in legitima filij, quæ est magis debita: vt l.si quis legatum.ff. de fal. † Vnde propter
18 hoc quærebat ipse Paul.in d.l. cùm patronus.quid noui induxerit Iustinianus in hac l.quoniam in prioribus.in grauamine reiiciendo cùm hoc de iure digestorum esset prouisum. Respondet quòd licet non teneret grauamen de iure digestorum tamen causabat filio querelam per quam totum testamentum impugnabat. Hoc dicit tollere Iustinianum per hanc legem,vt sufficiat remouere grauamen & cesset querela fauore testamenti. Miror de doct. Paulo,qui non cũ deliberatione in hoc est locutus. Nam multò plus inductum est de nouo per hanc l.
k quàm ipse dicat. k Ad quod pondera: quia per d.l.cùm patronus. solùm remouebatur de legitima patroni onus seu grauamẽ fideicommissi: & sic nõ omne aliud.nec de iure digestorũ erat concludens argumẽtatio de legitima patrono debita ad legitimã filio debitam. Quia in legitima patroni bene tollerabatur aliquod grauamen etiam fideicõmissi relicti, liberis & parentibus ipsius liberti.ff.de cond.&demonst.l.si ancillæ, licet hodie patronus debet habere legitimam sine onere. in §. sed nostra.Inst.de succe.libert. Sed per hanc l.additur multum ad iura digestorũ, nã illo iure filius in legitima poterat institui sub conditione potestatiua nec reiiciebatur tale grauamen:sed ipsum adimplere tenebatur.l.si.ff.de con.instit.l. suus quoq;.ff.de hæred. instit, non tamẽ sub cõditione casuali,vel mixta vt dictis legibus: sed si sub tali conditione filius esset institutus: nec in defectũ eius exhæredatus testamentũ erat nullũ.l.si pater.C.de inst, sub cond.fa.Hodie illa iura digistorũ corriguntur & sic non tantũ querela: vt dicebat Pau. sed grauamen conditionis de quo in d.l.si & l.suus.quòd ibi tolerabatur remouetur ꝑ hãc legẽ.Et etiã statutum in d.l.si pater.Item quia in d.l.cùm patronus. solũ disponebatur de grauamine fideicommissi,hęc lex de omni grauamine, conditione & quocũq; onere: & sic plus noui inducit, quàm Paul. dicat nisi saluetur Pau.ꝙ fortè loquatur solũmodo circa grauamẽ cõmissi. Ideò hic ipse Paul.in præsenti melius est locutus:

cutus, mouet enim ipse hoc dubium de d. l. cùm patronus. & respondet, ꝙ illa l. loquitur in legitima patroni: sed in legitima filij hoc non reperiebatur nisi per hãc l. fuerat prouisum. Itẽ: quia inter patronũ & filiũ erat diuersa ratio. Nã filio potius expediebat ꝙ non reiiceretur conditio vt posset querelare testamentũ & totã hæreditatẽ aduocare. Sed in legitima patroni potius intererat eius ꝙ grauamen reiiceretur ipso iure, quàm ꝙ haberet cõtra tabulas. Cũ per eam nõ plus consequeretur quàm legitimã sine onere: & sic interer at sua: potius ꝙ onus tolleretur ipso iure, quàm ꝙ haberet litigare & facere ipsum tolli per iudicem, ideò necessa-

19 ria fuit huius l. prouisio. † Et ex huius l. generalitate reperio consuluisse Pet. de Ancha. consil. cxxviij. incip. In Christi nomine si hãc Francisco filij domini Sibendi. ꝙ cùm cuidam Francisco per patrẽ suũ fuissent relicti fructus certorũ bonorũ pro legitima sua donec fuisset assecutus beneficia ducentorum ducatorum valoris, quòd tale onus & grauamen nihil valet. Imò filius nõ solùm vsum fructum, verùm etiam proprietatem legitimæ æquiualentem debet habere & sine onere etiam postquam assecutus fuerit beneficium dicti valoris. Et dum essem aduocatus illustrissimi Admiraldi Castellæ, fuit mihi per eum ostensum testamentum magnifici genitoris sui, quo similis conditio apposita erat domino Ferdinando Henriquez fratri suo, nunc Abbati huius villæ Vallisoleti. Reliquerat enim sibi in dicto testamento certa bona magni valoris cum hac conditione vt statim quòd assecutus esset beneficia ecclesiastica, cuius redditus ascenderent quolibet anno ad sexcenta millia morapetinorum, ꝙ omnia dicta bona sibi relicta redirent ad filium suum maiorem, qui successisset in maioria & domo sua: quæ conditio non valeret nisi quia ad hoc habuit regiã facul-

20 tatem vt mihi affirmatũ fuit. † Per hanc l. determinatur etiã hæc quæst. Bart. Brix. q. cxij. inc. quia si pater votũ fecit peregrinationis vt refert Alberic. hic in princ. ꝙ si pater fecisset votum peregrinationis, deinde instituit filium in debita iure naturæ, sub conditione ꝙ votum peregrinationis adimpleat: quòd tale onus non tenet: per hanc l. & sic resi-

1 det. [1] Contra eos allego casum expressum in c. licet. de voto. vbi rex Vngariæ fecerat votũ Ierosolymitanã prouinciã in forti manu visitare, corde tamẽ humili. qui agens

in extremis Andreæ duci filio suo præcepit sub interminatiõe maledictionis exequẽdũ: mãdat papa dicto duci vt vsq; ad festum exaltationis sanctæ crucis impleat votũ paternum ne reddat se successione indignũ, si non impleuerit & here ditatis emolumẽto priuetur: ꝙ si nõ fecerit dicit ibi papa, sciat anathematis vinculo subiacere & ordine geniture priuandum quod sibi cõpetebat, si rex Vngariæ frater suus maior sine prole decederet & regnum ipsum ad minorẽ fratrem appellatione postposita deuoluendum. glo.elegans in d.capitu.licet.in parte priuandum sentit hanc difficultatem & dat tres solutiones. Prima est quòd licet iura priuent hæredem hæreditate, si non adimplet voluntatem defuncti. l.fina.cum authen.C.de fideicom.xj. quæst.j.c.legi. & in d. capit.licet:tamen secus fit quo ad legitimam vt in d.authent. hoc amplius. nec mirum si l. in hoc casu præiudicet canoni ratione æquitatis: & sic vult illa solutio quod di.capit.non haberet locum in legitima. & hæc solutio cõcordat cum opinione Alberici & Bartol. Brixien. Alia secunda solutio datur ibi per glos.quòd decretalis supradicta auxit pœnam ob fauorẽ terræ sanctæ, vt Io. And.quem sequitur Henricus in d.ca.licet.ad finẽ dicit quòd pater potest instituere sub cõditione si adimpleat vota sua si votorum executio sit potestatiua:secus si casualis vel mixta. Idem ibi Gofredus per l. si pater.C.de insti.sub condi. fac.sed istorum differentia apertè confunditur hodie per illum tex.vbi omnis conditio etiam potestatiua reiicitur de medio. Posset responderi ad d.ca.licet.qui vellet tenere opinionẽ Bar.Brixien.quia ibi filius in legitima non fuit obligat⁹ ex voto paterno:quia illud esset apertè cõtra istum tex.sed ex eo ꝙ ille dux filius dicti regis expressè post mortem patris promisit se impleturũ votũ paternũ,quod clarè constat ex litera ibi.(Et tu assumpto crucis signaculo te illud impleturũ sine dilatione qualibet promisisti)& certè sic intellect⁹ ille tex.cõcordaret cũ iure ciuili:nec esset necesse querere alias solutiones: & miror de Bernardo glosatore illius cap.qui nõ põderauit literã ad hoc:sed Hẽricus illã ponderauit dicẽs sic posse intelligi dicta cap. Tamẽ apertè reperio Innocen.nõ admittere hanc expositionem & intellectum. nam apostillans illam partem (promisisti) dicit idẽ est,& si non promisisset vel etiã si crucem nõ assumsit quantum ad hoc vt hæreditate priue

te priuetur. Sed præcisè vltra mare ire non cogitur: nisi voluerit vel signũ crucis acceperit: & sic apertè firmat Innoc. militare dispositionem illius capituli quo ad priuationem hæreditatis etiam non promisisset hæres, se obligari ex ꝓmissione defuncti. Magis cõmunis intellectus est quòd filius ibi priuatur etiam legitima si non impleuit conditionem sibi à patre positam super impletione illius voti. Et hoc est ideo: quia hęreditas filio relicta erat quid indiuisibile, putà, regnum, ducatus, vel comitatus, quo casu etiam legitimam amittit, si non adimplet dictam conditionem de qua ibi. Istam solutionem tenet ibi glosa ad finem, dicens quòd illud quod l. dicit de legitima relinquenda non potest habere locũ in huiusmodi dignitatibus quæ diuidi non possunt cùm regnum vnicum debet esse: & si diuideretur cito destrueretur: ideo ibi dicitur quòd si votũ non implesset totum regnum deuolueretur ad patrẽ. Hoc apertè tenet Innocent. ibi in parte (successionẽ) dicens ꝙ si esset alia hæreditas præter regnũ filius haberet legitimam: sed in regno secus, quia sectionem nõ patitur. & sic apertè sentit ꝙ filius ibi ideo priuatur legitima: quia erat sibi relicta res indiuisibilis. Abb. ibi idẽ dicẽs dictam vltimã solutionem gl. esse menti tenendam & aliis notabiliorem: & licèt loquatur de regno tamen idem secundum eum in comitatibus & aliis dignitatibus secularibus, vt probatur ibi, cùm ille secundo genitus erat dux: & priuatur ducatu absque eo ꝙ sibi relinquat legitima. Ex quibus infero elegãtem limitationem ad conclusionẽ positam per Alberi. & Barto. Brixien. vt non habeat locum in ducatibus, regnis, comitatibus & aliis dignitatibus seu bonis indiuisibilibus: quia in eis si filius fuit institutus sub conditione implendi votũ paternum, si non implet priuatur etiam legitima: nec talis conditio tollitur per hanc legem. Quod valde nota ad huius l. limitationẽ. Id etiam fuit de mente Bald. in Decreta. proœ. columna iij. vbi firmat expressè ꝙ rex qui nõ seruat testamẽtũ patris, vel quicũque alius dominus tẽporalis: poterit regno priuari. authoritate. d. cap. licet. Et idẽ firmat ipse Bal. in auth. hoc amplius. C. de fideicom. col. ij. dicens, quòd in d. cap. licet filius propter inobedientiam priuatur regno. Et dicit Bald. ꝙ illud est quia corona nõ potest diuidi. caue tamẽ quia licèt Bal. in dict. proœ. loquitur gene-

raliter:tamen dic q in d.cap. licet.est speciale in voto non impleto. Nec debet trahi ad consequentiam alterius præcepti:vnde dicit Bald.in d.authē.col.ij.se non putare quòd si Rex in testamento suo relinqueret legata vel fideicōmissa:q filius ei inobediēs priuaretur ob hoc sua Baronia,cùm speciale sit in voto. Quod nota.& sic nouiter limitabis hāc l.remouentē omne onus appositum in legitima:vt non procedat in onere voti paterni implendi per filiū:vbi hæreditas esset indiuisibilis:vt in his comitatibus,ducatibus,& in regnis. Quod perpetuo tene menti.

SVMMARIVM.

1 *Lex si pater.C.de insti.& substi. an corrigatur per hanc legem:doctores tenētes quod nō sit correcta referuntur.nu.2.*

3 *Opinio noua Alberi.de Rosat.*

4 *Imò quòd prædicta l.si pater sit correcta quæ opinio defenditur nu.6.& 7.*

5 *Intellectus l.scimus.§.cùm autē. isto tit.*

8 *Quando intellectus Bar.circa l.si pater.procedat etiam tenendo cōtra eum,& nu.9.*

10 *Intellectus prædicti Bart.approbatur per leges regni.*

11 *An omnis cōditio potestatiua casualis vel mixta tollatur de legitima,& de intellectu l.commodissimè.*

12 *Opinio Pauli de Castro reprehenditur:decisio quæstiōis Bar.in lege commodissimè.approbatur.*

ADDITIO.

a *Hæc tota repetitio legis Quoniam in prioribus.decem & sex ampliationibus constat,& decem & octo limitationibus.*

b *An in legitima posset apponi conditio casualis,vel mixta, vel potestatiua.*

c *Noua opinio Alber.de Rosa.*

d *Et est opinio cōmunis,& in ea resident Alexan. & moderni licet secundū Philip.Decium in eadem l.si pater.pen colū. contraria opinio sit verior. Vide late ibidē per Ias.pe.charta.nu.18.*

e *Probatio conclusionis.*

f *Ad argumenta contrariæ opinionis.*

g *Opinio Bartol. approbata, per ll. regni.*

h *Vide Gregoriū Lopez in d.l.xj. elegantissimè hunc locū citantem & decidentem.*

i *Dicit etiam Franc.Aret.in ea.l. commodissime.in ij.& iij.colum. quòd opinio Pau.ibidē est falsa: & quòd sine dubio est tenēda opi. contra illum.*

k *Et ita apparet Bart.cōsuluisse in cōsi.xxviij.incip.in quæst.pdicta.*

SEd ad pleniorē intellectū huius legis, primò subiicio quæstionē valde quotidianā,scilicet. Si habebit locum huius

a huius[a] legis dispositio: si fili⁹ sit institutus à patre sub cõditione casuali, vel mixta: nec in defectũ eius esset exhæredat⁹: quo casu testa. est nullũ secundũ l. si pater. C. de insti. & substi. sub con. fac. Itaque si erit correcta d. l. & per hãc legem reiiciatur talis conditio & testa. maneat firmũ. Et vt intelligas q̃stionẽ à radice præsuppono quod olim fili⁹ in potestate poterat institui sub cõditiõe potestatiua. ff. de hære. insti. l. suus. in principio. §. puto. & l. iam dubitari. ff. de condition. institu. l. fina. de cõditio. & demon[b]. l. Lucius. ff. de
b bonis liber. l. si libertus. §. existimo. Sed si fili⁹ institueretur sub cõditione casuali, vel mixta testamentũ nõ valeret nisi haberet cohæredẽ, & in defectum cõditionis fuisset exhæredatus: quia si exhæredatus nõ fuisset testamẽtũ esset nullũ: & excludetur cohæres. tex. in l. si pater. C. de insti. sub cõditione fac. Ratio quare testamentũ est nullum per d. l. si pater. erat quia filius reperiebat se preteritũ duobus tẽporibus, scilicet, interim pendẽte conditione & post defectũ conditionis. Cũ ergo præteritus, scilicet, quia nec institutus, nec exhęredatus: igitur testamẽ. nullũ: cùm inter cætera quæ ad ordinanda testamenta necessario desiderãtur: principale ius est de liberis hæredibus instituendis & exhæredãdis, ne præteritis istis rũpatur testamentũ, vt Caius cõsultus ait in l. inter cętera. ff. de libe. & posthu. ideo in d. l. si pater. lex requisiuit dictum cõsiliũ, vt filius taliter institutus in defectum conditionis exhæredatus esset: hęc fuit ratio gl. in dicta l. si pater. quæ cõmuniter approbatur. licèt quidã moderni quærant aliam causam subtilizãdi. Sed per alios moderniores & omnes antiquos sustinetur dicta ratio. Et quia ista non afferunt vtilitatem omittũtur. Hoc præsupposito succedit quæstio dicta quę singularis est, scilicet, si sit correcta d. l. si pater. vt conditio casualis vel mixta tollatur per hãc legem & testamẽtum maneat firmum vel testamentum sit nullũ manente in suo robore d. l. si pater. Effectus est magnus ad extraneũ cohæredem excludendũ: si testamentum est nullum: & alij quam plures effectus sequuntur, quos operatur nullitas vel validitas testamenti. Et in hac quæstiõe antecessores nostri non transierunt sine discordia, tamen vt breuius potero eorum intentiones recitabo.

Ferè enim omnes antiqui vsque ad tẽpora Bar. tenuerũt ꝙ d. l. si pater. non esset correcta per hanc legẽ. Imo ꝙ si si-

lius institueretur sub cōditione casuali vel mixta:nō reiice retur conditio,sed testamētū esset nullū,tanquā filij præteritione si in defectū conditionis non fuisset exhæredatus prout d.l.si pater.disponit.& sic illa maneret in suo robore hac l.non obstante.huius opiniōis fuit Guliel. de Cug.hic. Iacob.de Raue.Ray.& Cy.in d.l.si pater.ad finē.& Franc.de Rāpo.ibi sequuntur eos Bald. hic & in l.suus quoque. ff. de hære.insti.in prin.Ange.in l. filius à patre.ff.de libe.& posthu.& in d.l.suus quoque.Ange.& Fulg.in d.l.si pater.Bal. in repetit.l.in suis. fin. col.ff. de libe.& posth.Ang.in l.maximum vitiū in fine.C.de libe.præte.in lectura Florentina:quā ibi sequitur Fulgo.in cōsulendo secuti sunt hāc opinionē Ange.cōsi.cxvij.Incipit domina Catharina quondam Blasij & Antoni de Butrio cōsilio lvij.incipienti.visis actis & iuribus.referens quòd semper placuit sibi opinio Rayn. contra Barto.& quòd sic vidit pluries disputari & repetendo teneri. Inter alia quæ isti adduxerunt ad fundamentum suæ opinionis fuerunt hæc potissima.Primò textus in dicta l.maximum vitiū.in versiculo & si secundum nostræ constitutionis tenorem.Iuncta glo. in parte sentiret, quæ dicit quòd præterito nō datur supplementū.& sic sentit ibi textus iuncta glo quòd in præterito non habet locum hæc l. sed cùm institutus sub conditiōe casuali vel mixta interim est præteritus vt in dicta l.si pater.ergo in eo nō habet locum hæc l.& exclamat Angelus dicens illum esse fortissimum text.Contra Bart.fatetur nō esse recordatum de eo dum legeret dictam l.si pater. & sic residet Angelus in dicta l.maximum vitium. C. de libe. præte. Secundò adducūt text.in l.etiam.§.si patronus. ff.de bonis liber.ibi.quid ergo.inducendo illum sic. Sicut hodie de legitima subducitur omne grauamen vt hic,ita de iure fforum de legitima patroni detrahebatur atq; subducebatur omne grauamen. casus est in l. cùm patronus. ff.de lega.ij.melior in §. sed nostra.Institu.de succe. liber. ibi.(ita & sine onere) in authē.de hære.& falci.§. nō autem.colla.j.Sed in dicta l.etiā. expressè continetur quòd si patron⁹ institutus sit à liberto sub conditione quæ à potestate eius non dependet:dicitur præteritus, nec conditio habetur pro non apposita: ideo datur sibi bonorum possessio contra tabulas: ergo sic in filio. Tertiò allegant verba posita in hac lege

quæ

quæ sonat quòd in his solummodo casibus hæc lex venit ad prouidendum, vbi competebat filio querela inofficiosi testamenti, & sic testamentum erat validum: tamen quia licet filio relinquebatur legitima, relinquebatur cum aliquo onere, seu grauamine: ita quòd non videbatur relinqui legitima integra. & per consequens competeret filio querela. ex quo testamentum rescindebatur: quod prouidetur per hanc legem, vt queadmodum si minus re relinquebatur cessabat querela per l. omnimodo. ita si minus ratione grauaminis, vel conditionis: & tollatur grauamen de medio atque maneat firmum testamētum: & sic nec loquitur, nec disponit quando testamentum erat nullum quasi ex filij præteritione. Hoc probatur hic dum dicit tex. (Quoniam in priorib⁹ sanctionibus, &c.) & ibi. (Quæ ex antiquis legibus de inofficioso testamento actionem mouere poterant) & ibi. (Ne occasione minoris quantitatis testamentum rescindatur) & ibi. (Ne eorum iura qui ad memoratā actionē vocabantur.) Cùm ergo hæc lex loquitur signanter, vbi testamentum valebat: sed poterat querelari propter legitimam diminutam ex grauamine & onere non potest dici, quòd per eam corrigatur. d. l. si pater. quæ loquitur quando testamentum est nullum cùm filius institutus sub conditione casuali vel mixta reperiatur præteritus, vt ante dictum est. Et hoc probatur in d. l. omnimodo. C. isto titu. in §. si verò. ibi, (præterierint) & ibi, (tunc vetera iura locum habere sancimus,) vbi text. clarè aperit quòd illius l. dispositio quæ prouidet testamentū non querelari si minus legitima relictum sit. Sed id grauamen quātitatis reparari per actionem ad supplementum, habeat locum solummodo vbi testamentum esset aliquod: secus si nullum, puta, filij præteritione. Sed hæc lex tantummodo venit ad prouidendum in casu in quo loquitur d. l. omnimodo, & ad supplendum in aliis grauaminibus quòd in grauamine quantitatis ibi erat prouisum: vt constat ex litera ibi. (Quoniam in prioribus sanctionibus.) ergo debet intelligi, vt d. l. omnimodo. scilicet, nisi testamentum esset nullum ex causa præteritionis: vt & tunc iura antiqua maneāt incorrecta: quia cùm hæc lex sit facta ad supplementum d. l. omnimodo. ergo in casu illius legis intelligenda est in authen. de fil. ante dota. instru. na. §. fin. Præterea hæc lex inducta est in fauorē filiorum,

rum, sed si filius præteritus repelleretur à iure dicendi nullum, ita quòd conditio reiiceretur, & per consequens maneret firmum testamentum: retorqueretur huius legis priuilegium in damnum filiorũ contra l.quod fauore.de legi. cùm intersit filij facere patrẽ intestatum. Item quia hæc lex solùm remouet grauamẽ: sed conditio casualis, vel mixta non inducit grauamen, cùm testamentum sit nullum, & sic potius inducit fauorem, quia testamento existente nullo, filius excludet cohæredem extraneum: & per cõsequens ab intestato occupabit totam hæreditatem. Ista sunt quæ magis pungunt in fauorem sustinentium supradictam opinionem: & hanc opinionem tenent Odofred. & Alberi. hic.

3 †Sed reperio Albe. [c] de Rosa. hic qui ex quibusdam verbis istius tex. dicit quandã nouam opinionem: dicit enim quòd ratio quare non valet grauamen appositum in legitima est: quia legitima debetur filio vt æs alienum. l. Papinianus. §. si quis impubes. ff. de inofficio. testamen. ergo nõ recipit grauamen, arg. l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. l. si arrogator. §. sed an impuberi. ff. de adopt. ex quo infert quod quãdo integra legitima, vel plus filio relinquitur sub cõditione casuali mixta, vel potestatiua: & tũc quia cõditio vel grauamẽ sunt caussa minuendæ legitimæ, & sic se habẽt quòd eis habitis pro non appositis legitima remanet integra filio, tũc quælibet conditio habetur pro non apposita, & tollatur & militet indistinctè huius legis dispositio & corrigatur. d. l. si pater. Sed si minus legitima filio esset relictum, & etiam in eo quod relinquitur filio apponeretur grauamen conditionis. Itaque etiam sublata cõditione non est filio plenè consultum: cùm ei non remanet integra legitima: imò eget supplemento: & tunc non habeat locum hæc, sed d. l. si pater. & alia antiqua iura maneant in suo robore, & incorrecta, & hoc in odium testatorum minus legitima relinquentium. Mouetur quia tunc concurrerent duæ specialitates: vna in amotione conditionis: alia in petitione supplemẽti contra l. j. C. de dotis promissio. Pro secundo mouetur per hanc legem in quantum dicit eorum iura qui ad memoratã actionem vocabantur minuta esse videãtur, vt sic per l. omnimodo. sit succursum diminutioni legitimæ quę cõsistit in quantitate. Sed per hanc legẽ succurratur diminutioni contingẽti in cõditione, vel quolibet alio

alio grauamine, si verò in v-
troq; diminutio facta sit, scili-
cet in quantitate & cõditione
vt in exemplo ante posito iu-
ra antiqua maneãt incorrecta
quod est valde notandũ. si ve-
rum:& posset esse elegãs con-
cordia ad sedandas varietates
4 scribentium. †[d] Contrariam
d opinionem indistinctè tenuit
Accur. Imò quòd d.l.si pater.
sit correcta,& quòd huius l.dis
positio vendicet sibi locum in
quacunq; conditione potesta-
tiua casuali vel mixta. hoc te-
net glo. in d.l. si pater.& in l.
suus quoq;.in prin.in parte cõ
stat.ff.de hære. instit. est verũ
quòd quidam doctor moder.
nomine Rapha.in d.l.si pater.
dicit ꝙ istæ glo.nõ dicunt hoc
ad quod communiter allegan
tur,cùm nõ referuntur ad ca-
sum legis,qui loquitur de con
ditione casuali vel mixta, sed
ad principium glo.quæ loqui-
tur de potestatiua:ideo secun-
dum eum meritò reprehẽde-
bantur per antiquos. Sed hoc
non est nouũ:refert enim Pau.
de Ca.in d.l.si pater.quòd ista
fuit ponderatio quorundã an-
tiquorũ qui fuerunt antequam
d. Rapha. nasceretur in hoc
mundo,quos refert Pau.habe-
re in suo libro. non est vis in
hoc vt infrà dicetur: sufficit
quòd sic eas intellexit antiqui
tas. Et ante tempora Bart.
dictæ glo. fuerunt sine defen-
sore reprobatę ab omnibus.&
dicit ipse Bart. in d.l. si pater.
quòd in concursu lectionum
processit secundũ opinionem
antiquorum ante recitatam.
Sed cùm postea occurrisset si-
bi quęstio de facto volens me-
liùs & subtiliùs videre:adhæ-
sit opinioni dictarum glossa-
rum:quas approbat idem ipse
in d.l. suus quoque.dicens plu
ries tenuisse opinionem glos.
in cõsulendo: & ante eum fuit
opinio cuiusdam antiqui no-
mine Rizar.Mal. hanc opinio
nem fundat & approbat Ioan.
de Imo.in d.l. suus quoque.&
in l.fin.ff.de conditio. institu-
tio. vbi notabiliter loquitur
Salicetus hic idem, & in l.sci-
mus.§ cùm autẽ.isto tit. Paul.
de Cast.hic clarius in d.l. si pa
ter.& in d.l. suus quoq;.Alex.
in d.l. si pater. col.xj. versicu.
sed contraria opinio.& loqui-
5 tur notanter more suo. †Pro-
e batio[e] huius conclusionis stat
principaliter in casu valde sin
gul.qui est in l.scimus. §. cùm
autem. isto titu. vbi est casus
quòd testator instituit hære-
dem & illum rogauit,vt hære
ditatem cùm moreretur filio
suo restitueret,dicit ibi Impe-
rator quòd cùm legitima de-
beatur omni grauamine,con-
ditione atque submota, quòd
vsque ad legitimã statim re-
stituenda est filio:nõ expecta-
ta conditione atque dilatione
morte

morte hæredis: sed clarè constat quòd ibi fuit legitima filio relicta sub conditione casuali quæ non dependebat à volũtate filij, scilicet, cùm moreretur hæres. l. hæres meus. ij. respon. ff. de conditio. & demonst. & poterat etiam filius ante instituti mortem decedere. & sic dies fideicommissi nõ cederet, vt dixit text. not. in l. cùm hæres. ff. quãdo dies leg. ce. & sic filius dicebatur præteritus. l. ita tamen. §. qui rogatus. ff. ad Trebell. tamen apertè dicit text. quòd remouetur & tollitur de medio dicta conditio, per hanc l. iste tex. fuit allegatus per Barto. & aliqui dicunt antiquos prius allegasse à quibus Bar. habuit, sufficit quòd omnes faciunt fundamentum in d §. cùm autem. ideo tenentes opinionem contrariã molestè ferunt opinionem Bar. & eius fundamentũ. Nam cùm Raynerius legeret in ciuitate Paduæ: & audisset Barto. sustinentem dictas glo. per d. §. cùm autẽ. misit Perusij vbi legebat Bar. scripsit sibi multum mordaciter, dicẽs quòd nõ intelligebat d. § cùm ibi filius non erat institutus. & sic nõ loquitur in institutione quæ debet esse pura, sed in fideicommisso vniuersali & do. Bar. respõdit venustè Ray. dicens ꝙ secundũ tempora d. l. scimus. §. cùm autẽ. quoquo relicti titulo filius haberet legitimam, excludebatur à rumpendo l. omnimodo. in princ. C. eodem titulo. & in §. j. in authentico de trien. & semi. ideo nihil ad propositũ filius fuisset institu. vel non. per quã responsi. satis confundit motiuum Ray. nam de iure Codicis non requirebatur titulus institutionis: sed poterat filio relinqui legitima iure legati vel fideicõmissi. vt d. l. omnimodo. & sic titulus relicti fuit loco institutionis subrogatus: vnde sicut ante illam legem institutio vsque ad legitimam debebat esse pura ad hoc vt valeret testamentũ: Ita & post illam l. legatum, vel fideicommissum debebat esse purum ad hoc vt valeret: & debebat sapere naturam institutionis in cuius locum titulus relicti fuit subrogatus. l. si eũ. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. Ergo sicut filius institutus sub conditione non potestatiua censebatur præteritus: si in eius defectum non erat exhæredatus, & reddebatur testamentum nullum, vt d. l. si pater. sic debebat esse quando secundum ius Codicis titulo fideicommissi, vel alio relinquebatur filio legitima sub conditione non potestatiua, vnde si non fuisset factus ille §. cùm autem. si filio fuisset legitima relicta iure legati, vel

fidei

fideicommissi: sub cōditione casuali, vel mixta, non valuisset testamentum: nec per l. omnimodo. nec per hanc l. hoc erat prouisum: quia loquūtur in grauamine quod cadit sub cōditione potestatiua: sed per d. §. cùm autem. prouidetur etiam in cōditione casuali vt reiiciatur vsq; ad legitimam: sicut ergo reiicitur de fidei-commisso vniuersali subrogato in locum institutionis: ita & hodie cùm redeamus ad iura vetera, vt filius debeat habere legitimam iure institutionis, debet reiici de institutione. Per quæ repellitur responsio data per plures scribentium dicentes: quòd ille §. loquebatur in fideicommisso: quia non obstat, vt dictum est. Nec etiā obstat dum dicebat Ray. dictum §. esse correctum per authen. ex causa. C. de lib. præte. nam posito quòd hoc esset verum: quia glo. nō admittit, tamen solum in hoc corrigitur ꝙ filius debet habere iure institutionis, nec sufficeret aliquo relinqui titulo. Sed in quantum remouet conditionem casualem remouēdam ab eo quod relinquitur filio. nullam mutationem patitur secundum Bar. Alia solutio datur per Ange. dicentem quòd nunquam placuit sibi opinio Bar. & quòd in d. §. cùm autē. filius fuerat exhæredatus quæ solutio tanquam diuinatoria reprehenditur. & Bal. loquitur inter dentes, nec patitur se intelligi: vt dicūt moderni, & bene dicūt. Ideo tene intellectum Bar. ad d. §. cùm autē. cui reuera hucusq; per neminem scribentē data fuit cōgrua responsio: secūdū Pau. in d. l. si pater. dicēs quòd totus mundus sequitur opinionē Bar. secundum quā refert se pluries consuluisse. Secundū fundamentum istorū est d. l. omnimodo. iuncta hac l. inducēdo sic. Ista lex venit ad suppletionē & ampliationem d. l. omnimodo. & ad disponēdū in casu in quo illa loquebatur, vt dictū est: & patet hic in litera: dū dicit tex. (quoniā in prioribus sanctionibus), & cōstitutio seu lex interpretās debet intelligi secūdum terminos interpretatę: vt in d. authē. de filiis. an. dot. instru. na. sed d. l. omnimodo. nō solùm loquitur vbi testamētū poterat querelari, sed etiā vbi poterat impugnari ratione præteritionis per cōtra tabulas. Iste est casus in d. l. omnimodo. ibi, (vel alio modo subuertendis.) iuncta glo. quæ dicit: puta contra tabulas. & ibi, (liceat verò his pſonis quæ testamētū quasi inofficiosum vel alio modo subuertendū queri poterāt.) Nā fili⁹ in potestate cui aliquid est relictū sub cōditione casuali, & sic præteritus inte

landi datum præterito vt ante dictum est: patet hoc ex l. omnimodo. iuncto principio huius l. ad illam se referentis. & ꝙ d. l. omnimodo. prouideat etiam in remedio subuertendi testamentum: dato præterito per contra tabulas. patet ex d. l. omnimodo. vt proximè dixi. Ad tertium dum dicebatur ꝙ d. l. omnimodo. non obtinet in præterito, vt constat ex §. si verò. eiusdem l. ibi præterierint. vbi vetera iura seruat illæsa in casu præteritionis. ergo idem in hac l. ad eius supplementum facta. Fateor quando filius erat præteritus, ea præteritione, qua mentio de eo facta non erat, nec sibi aliquid erat relictum: sed vbi aliquid esset filio relictum: sed minus legitima, vel legitima integra: sed sub aliqua conditione casuali vel mixta, nec in eius defectum exhęredatus, tunc non loquitur d. §. si verò. imò habet locū hæc l. & d. l. omnimodo. in j. resp. & d. §. cùm autem. & per hoc repelles aliud argu. de d. l. maximum vitium. quod Angel. & Fulg. videbatur fortissimū, quia si aduertatur illa lex loquitur in filio qui est omnino præteritus, vt ibi dicit text. iuncta gl quam sic repellunt moderni quidam in d. l. si pater. & bene. Ad quartum dum dicebatur quòd hæc lex fuit facta in fauorem filiorum ad grauamen tollendum: sed vbi instituuntur sub tali conditione casuali vel mixta, non est suus fauor ꝙ reiciatur conditio: imò damnum cum testamento nullo pronuntiato, occupassent totum ab intestato, quod secus est si conditio reiciatur: Respondetur ꝙ hæc l. non solùm fuit inducta in fauorem filiorum: sed etiam in fauorem testatorū: ne eorum testamenta subuerterentur, vt patet hic de vtroq;. In fauorē filiorum ibi. (Ne eorum iura qui ad memoratam actionem vocabātur minuta esse videātur.) de fauore testamētorum ibi. (Ne occasione minoris quantitatis testamentum rescindatur.) quæ omnia referūtur etiam in d. l. omnimodo. ad quam ista se refert. Præterea vbi pater instituit filiū sub conditione casuali, vel mixta testamētum, licet sit nullum: vt dictum est: tamen saltem de facto ipse pater agit grauare; ad quod grauamen etiam hæc l. se refert ex quo comprehendit casum in quo ratione præteritionis testamētum in quo poterat contratabulari prout se refert ad d. l. omnimo. quæ hoc disponit, vt dicebat Imo. in d. l. fin. & quia præteritus satis dicitur grauatus: cùm sibi per præteritionē dicatur fieri iniuria. l. penult C. de fidei-

commiſ.& cùm text. ibi dicat ꝙ aliud eſt præterire & aliud grauare, loquitur quando filius eſt omnino pręteritus, ita ꝙ ſibi nihil relinquitur: in propoſito ſecus, quia bene relinquitur filio, ſed ſub tali conditione quòd dicitur præteritus interim vt dictum eſt. Nec obſtat ſi dicatur ꝙ d. §. cùm autem. loquitur in conditione quæ eſt certa, an, quia hæres neceſſariò debet mori licet ſit incerta reſpectu temporis, ſcilicet, quando: quia hæc conditio cùm morietur hæres: cùm apponitur in perſonam tertij per omnia eundem effectum operatur quod conditio caſualis. Caſus eſt in l. hæres meus. ff. de cond. & demonſt. quæ iura non faciunt differētiam de illa conditione ad alias. Per quæ manet opinio Bart. veriſſima & iuridicis fundamentis defenſata & optimè probatur ex verbis generalibus huius l. diſponentibus indiſtinctè in conditionibus & aliis grauaminibus ibi. (vt ſi conditionibus quibuſdam vel dilationibus aut aliqua diſpoſitione moram vel modum, vel aliud grauamen introducente &c.) Et hanc opinionem firmiter teneas: quam etiam ex fundamentis vulgaribus ſequitur quidam modernior Mediolanenſis nunc viuens, in d. l. ſi pa-
7 ter. † Ad intellectum Alberic. poſitum hic in quantum dixit hanc l. non procedere, vbi minus legitima relictum eſſet: & etiam ſub conditione, ne duæ ſpecialitates concurrant, ſtat facilis reſpōſio. Nā quādo minus legitima relinquitur, prouidetur per l. omnimodo. quo ad cōditionē vel grauamē prouidetur per hanc l. Ideò non eſt inconueniens ꝙ duæ ſpecialitates concurrant ex diuerſis legibus & ex diuerſis cauſis: vt latè hic traduntur in plurimis fallentiis quæ dantur ad l. j. de dotis promiſ. in l. ſi cùm dotem. §. ſi pater. ff. ſol. mat. per Bald. in l. j. ad ſi. quando li. ab empt. diſce. l. ſi ita facta. de iniuſto teſta. ideò ille intellectus reprehēditur hic per Pau. de Caſt. & dictum Mediolanē-
8 ſem. † Aduerte tamē ꝙ etiā ſi pertinaciter quis vellet inſiſtere contra Bart. propter opiniones antiquorum & modernorum ante relatas: tamē in duobus caſibus procedit ſecurè, etiam ſecundum contradictores ſuos. Primus eſt ſi ſtatutū permitteret ꝙ ſufficeret relinquere filiis legitimā quoquo relicti titulo: nam quia tunc non curatur præteritio: ſed capiendi effectus: & per conſequens valet teſtamētum, quaſi ſtatutum permittat pręteritionē, ſi apponeretur conditio caſualis vel mixta in tali relicto ſeu inſtitutione reiiceretur

vſque

vsq; ad legitimam portionẽ: & per consequẽs maneret correcta d. l. si pater. hoc probatur in d.§.cùm autẽ.l. scimus. attenta solutione quã quidam doct.posuerunt ad illum text. in supra dicta q. & per illum tex.hoc firmauit Bal.in l. suus quoq;.ij.col. ver.ideò si per statutũ.ff.de hæred.instit.Quod tene menti ad quandam l.huius regni quę est in ordinatione de Alcala tit. delos testamẽtos:quæ disponit hodie valere testamentum, & in eo relicta dato, quòd deficiat hæredis in
9 stitutio.† Secundus est in testamento à matre facto: vnde si mater instituit filium suũ sub conditione casuali, vel mixta, reiicitur talis conditio, nec testamẽtum esset nullum per d. l.si pater. Imò in hoc erit correcta. hanc conclusionem firmauit Bald.in l.si mater.ff. de vul.vbi dicit ꝙ hæc l. habet locũ in institutione factaàmatre sub cõditione casuali, vel mixta.Mouetur,quia olim pręteritio facta à matre habebat pro exhæredatione: & sic inducebat querelam inofficiosi testamenti, vt exhæredatio paterna. sed cùm hæc l.prouidet filio reiiciendo conditionẽ vbi ei competebat querela inofficiosi testamenti,ergo.&refert hoc esse nouũ dictũ in hac materia.Reperiò ꝙ Ang.in d.l.si mater. & ibi Ioan. de Imo. & idem Ang. in l. reprehendenda.C.de instit. & substit. sub cond. fa. impugnat hoc dictũ Bald.licet Imo. aliqualiter titubans (vt moris sui est)mouetur hoc fundamento, quia licet olim præteritio matris haberetur pro exhærcdatione, tamen hæc præteritio matris facta sine causa, non habetur pro exhæredatione, imò pro præteritione: & ita reddit testamentum nullum. glo. in §. exhæredatos: & ibi probatur in auth.de hæred.& falc. notatur in authent.ex causa. C. de libe. præte. vnde correcta ratione l.videtur correcta lex,iuxta id quod glo.& Bart.notãt in l.j.in princi. ff.de leg.tute. per doct.in l.si verò.§.de viro. ff.solut matr. Sed ratio huius legis erat, quia testamentum poterat querelari: quæ ratio hodie cessat in matre,licet tũc temporis militaret, ergo &c. Concludunt ꝙ in casu in quo d. l. si pater. non esset correcta per hanc l.idem esse iudicãdum in institutione facta à matre sub conditione casuali, vel mixta, sicut si esset facta à patre nihilominus tenebis mẽti dictũ Bal. positũ in d.l.si mater, ꝙ fuit nouũ secundum eũ.& idem tenuit ipse in d.l.si pater.C.de inst. & substit. sub cond.fact.v.col. & in rep.l. in suis.penul. col. ff. de liber. & posthum. & illum sequitur in

d.l.si mater. Do. Alexand. Rapha. Paul. de Cast. Alex in d. l. si pater, quasi ad finem. & Pau. de Cast. in l.j. de inst. & substi. Ad argumentum tenentium contrariam opinioné, respondetur: ꝙ verum est quòd vbicunq; filius non est pręteritus à matre, & sine causa: ita quòd nullo modo est institutus, tūc obtinent iura quæ dicunt, ꝙ hodie etiam præteritus à matre dicit testamentum nullū: sed quando filius esset institutus à matre sub conditione casuali vel mixta, non est omnino præteritus: & hoc casu cum per hanc l. reiiciatur conditio, h haberetur pro pure instituto: & per consequens dicta iura non corrigunt hanc legem vt latius dixit Alexand. satisfaciens huic argumento in d. l. si mater. & in d. l. si pater, & Pau. in d. l. j. de instit. & substi. & hoc tene mēti ad casum vbi iudex nollet sequi opinioné g Bart. de qua antea. quia illa g opinione habita pro vera, ista 10 quęstio esset sine dubio. † Quęsiui quid leges nostri regni super hoc disponant: & reperi opinionem domini Bart. approbatam, vt, scilicet, si filius instituatur sub conditione casuali vel mixta maneat firmū testamentum, & reiiciatur conditio per hanc legem. Ad hoc pondero duas leges singulares in vj. parte; vnam in titulo j. de los testamentos. l. xvij. incipit (religiosa vida) vbi tex. loquendo de legitima filiis debita dicit hæc verba. (Y deuen la auer libre y quita sin embargo, y sin agrauiamiento, y sin ninguna cōdicion.) Et sic loquitur text. per verbū vniuersale, scilicet ninguna condicion nullā admittendo. Allego etiam text. in l. xj. quæ incipit (libremente) tit. iiij. eadem parti. delas condiciones que pueden valer o noser puestas. vbi text. literaliter determinat, quasi ad nihil aliud facta sit dicta lex. dicit enim tex. hæc verba in princ. h Libremente y sin ningun agrauiamiento, y sin ninguna condicion deue auer el hijo su legitima parte de los bienes de su padre y de su madre.) Sequitur text. & facit (Pero si el padre, &c. vbi text. dicit, ꝙ si vltra legitimā aliquid pater relinquat filio in eo quòd vltra relinquat, potest sibi apponere cōditionem potestatiuam: sed non casualem vel mixtam. Ex quo claré datur intelligi quòd primum responsum d. l. vetantis conditionem apponi, imò si apponatur in legitima habeatur pro non apposita, vt in d. l. religiosa (de qua in d. l. fit mentio) debeat intelligi in vtraq; cōditione potestatiua, scilicet & casuali, vel mixta.

11 † Ex prędictis aliquantulū dilata

latatis sume singularem extẽsionem ad hanc legem quæ dis ponit conditionem reiiciẽdam de legitima vt habeat locum in omni conditione pote statiua vel casuali vel mixta: quã ampliationem intellige: vbi institutio cõditionalis fuit apposita filio certo & sic persona filij instituta. Secus si cer tificanda ex futuro euẽtu,quia filius esset incertus. Iste est casus famosus in l. commodissimè.ff.de liber. & posthu in fi. ibi.(Quia hic filius nec sub cõ ditione quidẽ scriptus hæres intelligitur, qui in hunc casum nascitur,qui non est testa mento comprehensus.)vbi est casus sing.ꝙ testator dixit instituo posthumum: si me viuo nascetur:quia si mortuo testatore nascatur tanquam præteritus rumpit testamentũ: quia ex quo testator prouidit solũ in vno casu,scilicet,instituẽdo eum,scilicet,si se viuo nasceretur: videtur in alio omittere & præterire, scilicet, si nascatur eo mortuo.& Bart. elegãter in d.l.commodissimè. fuit inuentor huius conclusionis: opponens enim de hac l vbi grauamen & omnis conditio reiicitur,soluit quòd quædam est conditio quæ apponitur in stitutioni de persona certa & reiiciatur:& obtinet hæc lex. Sed si esset conditio quæ appo nitur institutioni factæ de persona incerta, quæ non solùm habet vim conditionis,sed demonstrationis:& tunc non reiicitur deficiente conditione: cùm dicta persona non videatur instituta in casu dictę cõdi tionis deficiẽte.quod est singu

12 lare †Et Pau.de Cast.in d.l.cõ modissimè limitauit & intellexit illum tex.singulariter vt loquatur:quando testator non habuit respectum ad certum & determinatum posthumum: vt quia vxor non erat pregnãs tempore testamenti, vel quia si erat,testator dubitabat si esset vel ne:quod colligit ex litera in quantum tex. dicit: ꝙ ideo rumpit testamentum ille posthumus natus post mortẽ: quia nullo modo fuit institutus:sed si habuisset respectum ad certum posthumũ qui erat in vtero: vt quia vxor erat prę gnans,& hoc sciebat testator: tunc dicit quòd bene censetur institutus postumus: tamẽ sub conditione, si eo viuo nascatur,& sic si nascitur post mortem, cùm illa sit conditio non potestatiua: quæ per hanc legem reiicitur, secundum opinionem glos. & Bart. de qua super non rumpet hodie testamentum. Sed conditio illa tolletur de medio: cum isto casu, licet d. lex dicat ꝙ rumperet testamentum, tamen non rumpebat, eò quia non erat institutus: sed eò quòd

erat institutus sub conditione nõ potestatiua:sed cũ illa hodie reiiciatur secundũ dictam opinionem gl.ergo &c.ita re-
i sidet.[1] Mirabilis profectò lilimitatio & noua ponderatio ad l.si non caruisset fundamẽto:ideo tene intellectũ Bar.& eius limitationẽ sine dict.restrictione Pau. quã reprobat Alex.& bene licèt non fundamento vrgenti.dicit enim ꝙ ex quo nõ probat cessat quæst. xx.& quia secundum eũ quómodo potest dici simplicẽ institutionem posthumi concernere personam certã:antequã nasceretur cũ nasci posset abortiuus, vel monstruosus,nec constet an fœmina,vel masculus,& an vnus vel plures. In fundamento nihil dicit: quia secundũ hoc nec si nasceretur in vita videretur institutus: cuius cõtrarium dicit Consultus in d.l.commodissimè.vbi Papinianus ait quòd (commodissimè is qui nondum natus est,ita hæres instituitur, siue viuo me,siue mortuo natus sit hæres esto, aut purè neutrius temporis hábita mentione.) Sed ego dico,quòd consideratio Pauli nõ probatur lege:& cõfunditur apertè per d.l.cõmodissimè.& rationem decidendi ibi positam in quãtum text.dicit: quia hic filius &c. nam ratio decidendi fuit ibi, quia testator instituit posthumum solummodo in vno casu,scilicet,si eo viuo nascatur. ergo si eo mortuo nascatur certum est ꝙ nascitur in casu in testamẽto non cõprehenso: & sic apertè dicit text.ꝙ nec sub cõditione censetur institutus:quasi apertè dicat text. quòd nullo modo censetur institut⁹.Si ergo ille posthumus qui nascitur mortuo testatore nullo modo dicitur institut⁹: nec sub cõditione institutus: vt sunt verba tex.(impossibile est vt dicamus cõditionẽ reiici de institutiõe:quia nõ reiicitur cõditio de institutiõe quæ facta non censetur,)quæ ratio decidendi,ita stat quando testator sciebat vxorẽ prægnantem:sicut quando dubitat:cũ non se fundet text.nisi ex eo quòd solũmodo instituit eum in vno casu. Præterea ille solus censetur institutus in quo conditio verificatur,vt colligitur ex l.nuper.ff.de leg.iij. sed cùm solummodo instituit illũ qui se viuo nasceretur:nõ potest cõditio verificari in eo qui nascitur eo mortuo. ergo nullo modo potest dici institutus,& per cõsequens nõ habet locũ hæc l.ideo teneo intellectum & limitationem Barto. indistinctè quam etiã sequũtur ibi Bald.& Ang.per quod eleganter limitabitur hæc l. opinio cõmunis quæ habet vt l.si pater.corrigatur per istum text.

text. vt, scilicet filius si est institutus sub conditione casuali, vel mixta testamentum nō sit nullum: sed reiiciatur conditio per hāc legem, quia hoc obtineat nisi persona instituti esset certificāda ex futuro euētu: vt in exemplo ante posito.

13 ✝ Ex prædicta [k] l. commodissimè infert Barto. ad quæstionem de facto, in qua dicit se obtinuisse. testator instituit filiam suam nasciturā in mille si matrimonium contraheret: & si monasterium intrauerit in quingentis: contigit quòd nec matrimonium contraxit nec ingressa est monasterium, sed seruauit continētiam in domo, vel ingressa est religionem tertij ordinis sancti Francisci, quæ non dicitur religio cùm non profiteātur substātialia regulæ, concludit quòd ipsa censetur præterita: & per consequens testamentum est ruptum: quia non potest dici sub conditione instituta: imò nullo modo fuit instituta: vt de posthumo dictū est: eum sequuntur ibi Bald. Ange. Imo. & Alexand. licèt Pau. vadat per semitam primi intellectus dati ad illā legē, si ignorasset testator vxorē prægnantem, vel ne: vt proximè dixi: & dicit quòd Bart nimis audacter & indistinctè consuluit in l. si pater. vadit per aliā viam, cuius motiuis ante satisfactū est: & satisfacit Alextam in d. l. cōmodissimè. quā in dicta l. si pater. & forte latiùs infra dicetur. Hæc circa huius legis primā ampliationem sufficiant, & in aliis extensionibus & limitationibus examinabitur tota huius legis materia, maximè quia dulciùs & clariùs in hūc modum gustabitur tota huius legis substantia, ideo circa alia substantialia per hanc viā deueniendum censui.

SVMMARIVM.

1 *Quæ conditiones possunt apponi filio in eo quod relinquitur vltra legitimam iure communi, & regio.*

ADDITIO.

a *De qua l. meminit autor suprà in §. præceden. nu. 10. quæ lex apertè videtur corrigere text. in §. cùm autem. hic allegat.*

Secūdò potest mirabiliter ampliari hui⁹ legis dispositio: etiā in eo quod filio relinqueretur vltra legitimam a sub conditione [a] casuali, vel mixta: vt non noceat filio dictam conditionē non esse impletam. Ista est quædā lex valde famosa in vj. partita. titu. quarto de las cōdiciones que puedē ser puestas l. vndecima incipit libremēte, vbi tex. in principio dicit. (Libremēte y sin ningū agrauamiēto, y sin ninguna cōdicion deue auer el hijo su legitima parte de

los bienes de su padre y de su madre. &c.) Sequitur text.& facit.(Pero si el padre quisiere establecer su hijo por heredero en mas de su parte legitima en aquella quæ le dexa de mas bien puede el padre poner aquella condicion que es en poder del hijo de la cũplir, mas ninguna de las otras condiciones assi como las que acæscierẽ por vẽtura,o las que son mescladas no las puede ponar:y si las pone no empecen al hijo heredero maguer no se cumplan.(Mihi hæc lex videtur terribilis & apertè cõtra tex.in d.l.scimus.in §.cùm autem.vbi est casus,quod si filius instituatur vltra legitimã sub cõditione casuali,vel mixta:quo ad legitimã reiiciatur conditio: sed in residuo bene expectatur conditio d.l.parti. disponit contrariũ:imò quod etiam in eo quod relinquitur filio vltra legitimã, nõ posset institui sub cõditione casuali, vel mixta,nec noceat filio,dato quod dicta conditio nõ impleatur. Et certè quotidie mirabar de d.l.parti.cum ferè omnes ll.parti cõcordent cum iure communi: nescio qua de causa ita voluit d.l.parti.corrigere d.§.cùm autẽ. maximè cùm videatur iustũ quancunq; conditionem posse apponi in relicto vltra legitimam, cùm ad hoc censeatur extraneus filius Nisi fortè dicas quòd d.l. in sui principio disponit,put loquitur hęc lex quoniam.§.ꝙ legitima debet relinqui filio sine aliquo onere:in secundo respõso loquatur prout dispo nit d.l.suus quoque.ff.de hæred.insti.& l.iam dubitari ff. eo.titu.l.si pater.C.de insti.& substit.sub condi.fac quæ permittunt: vt filius posset institui sub conditione potestatiua:sed nõ sub casuali, vel mixta:cùm interim cẽseatur præteritus & quod inquantum d.l.parti.dicit quod non noceat sibi si conditio nõ impleatur: est propterea,quia testamẽtũ rũpitur quasi præteritione filij,vt d.l.si pater. Itaque hoc modo intelligatẽ d.l parti.scilicet in filio hęrede instituto vltra legitimã prout loquuntur dicta iura.Sed hoc non põt stare quia tex.in d.§.cùm autem. vult quod in residuo vltra legitimam attendatur cõditio ex eo quia quo ad legitimam institutio remanet firma & pura & sine grauamine: nam si filius fuit institutus in dimidia, sub cõditione casuali, vel mixta censetur institutus purè vsque ad legitimã,& hoc sufficit ad hoc vt valeat testamentum:nec curatur quòd in residuo pẽdeat cõditio,cùm testator relinquendo legitimã purè potest reliquum cuicunque relinquere,multò magis eidẽ filio

filio licet sub cõditione: vt in d.§.cùm autem.cuius contrarium sentit d.l.parti.ideo cogitabis: vel posset etiam intelligi quando ipse solus est hæres institutus nullo dato cohærede: nã cùm conditio reiiciatur de legitima: residuum habebit per ius accrescendi, non expectato conditionis euẽtu: ne testator decedat pro parte testatus & pro parte intestatus, in cõsequentiam reiicitur de toto, vt in l.si te solũ de hę re.inst.C.& sic limitauit Imo. d.§.cùm autem.in d.l.iam dubitari II.col.dicam latiùs in 6. ampliatione. ideo semper teneas menti d.l.partitæ. ne cures eam extrahere de propriis terminis, quia errabis fortè, sed semper super hoc cogitandum relinquo quid vellet sentire d.l.partitę.& tenebis mẽti laborem meũ in solutionibus & intellectu à me supra excogitatis: non vt determinem: sed vt petitori dem occasionem aut approbãdi, aut corrigendi, nã in practica est magnæ importantiæ.

SVMMARIVM.

1 *Grauamen reiicitur etiã de vsufructu legitimæ.*

2 *Bona relicta vltra legitimam filio non compensantur cũ vsufructu legitimæ cõtra opiniõẽ Ang.*

3 *Filius non potest institui in solo vsufructu bonorum pro legitima.*

4 *Pater si instituit filium in vsufructu debet intelligi vsusfructus coniunctus cum proprietate.*

5 *Filius vniuersaliter institutus relicto alteri vsufructu bonorum, potest omnia bona paterna quo ad proprietatẽ & vsumfructũ excepta quinta retinere pro legitima.*

6 *Quid intersit filij non admitti compensationem de nuda proprietate legitimam excedente ad fructus legitimæ.*

7 *Legatum vsusfructus bonorum factum vxori qualiter extimabitur.*

8 *Intellectus l.hæreditatum.ff.ad l.Falcid.& an generaliter procedat.nume.9.*

10 *Limitatur dupliciter l.hæreditatum.& nu.11.*

12 *Si legatarius vsusfructus sit iam sexagenarius qualiter extimabitur vsusfructus.*

13 *Pubertas in legato alimentorum quando terminetur.*

ADDITIO.

2 valde sing.de iure digestorum qui aliquam similitudinẽ habere videtur:cum d.§.cùm autem. & est l. si libertus patrono.in vers.quid ergo.ff.de bo. liber. vbi est casus, quòd si libertus relinquit patrono legitimã suã, & vltra, & apposuit aliquod onus: puta vt seruum manumitteret,quòd potest patronus acceptare solã legitimam, & repudiare onus,& id quod vltra legitimã sibi relictum est. Nec tacebo autorẽ: nam reperio Bal. põderãtẽ d. l.in l.scimus in prin.in iij.col. isto tit.in versi.quintò quęro. per quẽ infert, ꝙ si pater relinquit filio fundũ valentẽ vltra legitimã cum quodã onere:filius vult legitimã suam, & nihil vltra,nec onus implere, ꝙ potest istud relictũ diuidere,& petere simpliciter legitimam; qđ mihi videtur apertiùs probari in d.§.cùm autẽ. quẽ ipse nõ allegat. Reperio etiã Pau. de Cast.in l.fi.ff. de con. insti. in prin.vbi nulla facta mẽtione de d. §. cùm autem. refert quosdam dicere debere intelligi hanc legẽ, vbi filius esset institut⁹ in sola legitima. Sed si esset institutus in solidũ:vel vltra legitimã, nõ reiiceretur grauamen:imò cũ grauamine conditionis deberet cõpẽsare id quod habet vltra legitimã: cùm olim propter hoc nõ habebat querelam, vt d.l. fi. ergo non haberet locũ hæc lex quæ emanauit ad remouendũ querelã:cõtrariã dicit esse veritatem:imò quòd grauamen reiiciatur de legitima; & quo ad eã cesset omnis cõpensatio, & in residuo tolleretur grauamẽ.mouetur arg.vsusfructus: de quo dixi in iij. ampliatione:nõ fuit recordatus allegare d.§.cùm autẽ.vbi est expressum, Adde tamẽ vnã elegantẽ extẽsionẽ, & aliã limitationẽ ad d.§.cùm autẽ.in quantũ vltra legitimã admittit cõditionẽ.seu grauamen extẽsio sit vt in quãtũ ille tex.permittit: vt in eo quod filio relinquitur vltra legitimã posset apponi grauamen,habeat locũ etiã cõtra filiam

filiam dotatam: quæ habet in dote vltra legitimã suã: quia si pater eam instituat in dote poterit eam grauare: vt si dece dat sine liberis restituat post mortẽ quod habet in dote vltra legitimã. Iste est casus mirabilis in l.fi.§.fideicõmissum filiæ.ff.de lega.ij.de quo text. mirum in modum omnes exclamãt præmaximè Pau.& est lex maximæ importantiæ, & cuique videtur contrariũ: nam cùm ex causa dotis valuit statim donatio irreuocabiliter, vt l. Põponius Philadelphus. ff.familiæ herciscundæ. videbatur quòd nullã potestatem haberet pater in grauando. l. perfecta.C.de donat.quæ sub. mo. maximè: quia pater non potest filiæ præiudicare in do te.l.quoties. solu.matrim.cuius contrarium deciditur in d. l.vt post mortem filiæ dotatæ posset imponi grauamen. In tantum quòd d.l.dispositio secundum aliquos, habebit locũ etiam in casu in quo ipsa dos veniret consolidanda ipsi filię. Huius opinionis fuit ibi Pau. de Cast. sequutus aliquos antiquorum: qui fuerũt Dynus, Cynus, Nicol. de Neapo. qui tenuerunt ante dictã opinionem: tamen Barto. ibi Bald. Imol. Alexan. tenent contrarium: quod fortè latius, infrà
3 dicam x.ampliatione. †Limitatio sit, vt in quantũ ille tex. disponit conditionem esse expectandam in eo: quod relinquitur vltra legitimam, intelligatur quando filio vltra legitimã instituto esset datus cohęres, vel substitutus: sed si nõ haberet substitutũ, vel cohæredẽ: sed ipse solus institutus esset: haberet totũ per ius accrescendi: non expectato conditionis euentu. Ita intelligit & limitat Ioan. de Imol. d. §. cùm autem.in d.l. iam dubitari.xj.col. versic. & hæc opinio tutior.& in l.fina.ff.de condi. instit.xj.col.in versicu.aduerte tamen, quòd non. Probatur hoc: nã cùm reiicitur conditio de legitima: censetur in ipsa purè institutus. vnde ne testator decedat pro parte testatus,& pro parte intestatus, reiicietur in consequentiam de toto:& sic manebit vniuersaliter hæres institutus in legitima,& in residuo: non expectata conditione l.primę,§.ex fundo.ff. de hæred. instituen. allego etiam ad hoc l. si te solùm.ff.de hære,instit.in §. sed si te hæredem. vbi consultus ait quòd si te hæredem instituero purè:& deinde sub conditione te eundem instituam: quod censetur in totum purè institutus per ius accrescendi: ex quo ipse solus fuit institutus, facit l. si quis ita scripserit. ff.eodem tit.ideo pondera d.§. cùm autem. vbi cum mysterio

ſterio loquitur tex. quãdo extraneus eſſet hæres inſtitutus, & rogatus per fideicommiſſum reſtituere filio: quia ſi ſolus filius fuiſſet hæres inſtitutus: non potuiſſet de legitima reiici conditio: quin in totum reiiceretur, quod tene menti ad limitationẽ d. §. cùm autẽ.

Secundò illum limita in conditione poteſtatiua: quia in caſuali, vel mixta etiam vltra legitimam non noceret filio illam non eſſe impletam. Pulchra eſt l. parti vj. parti. ti. iiij. l. xj. de cuius intellectu ante disputaui. Habes ergo ex prędictis defenſatam hanc extenſionem: vt ſcilicet grauamen reiiciatur: non ſolùm vbi integra legitima filio relicta eſt verùm etiam vbi pluſquàm legitima: quia non propter hoc tolerabit in legitima: nec huiuſmodi compenſatio admittetur, ſcilicet de eo quod plus relictũ eſt ad grauamẽ illatũ.

4 † Quo adiuuatur iſta cõcluſio ex ſimili: in quadã glo. ſingulari, quæ eſt in l. ſi pater puellæ. C. de inofficio. teſta. quam vt intelligas præmitte. ibi eſt caſus quòd pater inſtituit filiũ hæredem ex ſemiſſe: & filiam ex triente, & vxorem in reliquo ſextante: & ita fideicõmiſit. vt ſi quis eorum intra xxv. annum decederet: portionem ſuã ſuperſtitibus reſtitueret: & etiã pręcepit vxori, vt quod ex hæreditate ad eam perueniſſet, filiis ſuis reſtitueret, dicit ibi Imperator, quòd dicta filia nõ poteſt intẽtare querelam inofficio. teſtamen. quaſi exinanita ſit ſubſtitutio per fideicõmiſſum: ſubditur ratio decidẽdi cùm ex dicta reciproca diſpoſitione, tam matris, quàm fratris, eius portio ad eã poterat peruenire, & ſic eſt ibi caſus quòd propter fideicommiſſum reciprocũ inter filios relictum: nõ videtur filij grauati, & per conſequens ceſſat querela. † [a] Ad propoſitum dicit ibi gl. ſing. ꝙ illa lex corrigatur per hanc legem, & ſic eſt ibi gl. ſingu. quòd grauamen tollitur de legitima: non obſtante quòd in recompenſationem grauaminis, aliqua conditio ſit poſita, quæ filio poſſet prodeſſe: vt in dicto fideicom. reciproco. & Bart. ibi approb. d. gl. dicens: quòd illa ſeruatur de conſuetudine, illam etiam approbat in l. filiis matrem. C. de inoffic. teſtam. Bald. ſequitur illam in d. l. ſi pater. dicens hanc eſſe puram veritatem. & ibi Salic. dicit, quòd ſic videmus de facto ſeruari. idẽ Angel. & Paul. & eſt opinio communis; quam etiam ibi ſequitur quidã modernior Mediolanenſis legens Paduæ in dicta l. ſi pater. & Alexand. in l. cùm ex filio final. col. verſic. tu dic. ff. de vulga. Sed quia in

5 a

in hac nostra scientia fuit seminata zizania, nō est hæc opinio sine contradictione: nam quidam doctor antiquus nomine Ricard. malumb. tenuit opinionem contrariam, imò quòd d.l. si pater, non sit correcta vt ante dicti scribentes affirmarunt: & huius opinionis est Raph. Ful. in d.l si pater. & Raph. Cum. in d. l. cùm ex filio, ff. de vulg. idem reperio tenere glo. hic super parte tollatur, vbi gl. limitat istum text. inquantum dicit, ꝙ grauamen tollatur, scilicet, nisi pater hoc fecerit prospiciens filio. & alleg. d.l. si pater per quod apertè sentit illam non esse correctam. idem reperio expressè firmasse Ang. in d.l. cùm ex filio. Fundamentum istorum hanc opinionem tenētium est solùm vnum, scilicet, ꝙ hæc lex & eius dispositio fuit inducta ad tollendū grauamen, ne testamentū euerteretur, quasi sentiat lex solummodo reiici grauamen in casu in quo testamentū posset euerti per querelam inoffic. testam. sed vbi fideicommissum fuit reciprocum: cessat querela, vt d. l. si pater. ergo quòd argumētum in tautum fuit visum durum dicto Mediolanensi: quòd non aperuit os ad vllam eius responsiònem, hoc fundamentum posuit Imol. in maximo conflictu in d. l. cùm ex filio. in fina. colum. versic. & aduerte. & per illum coactus licet titubans videtur residere in hoc quòd d.l. non sit correcta.

Et reperio quòd hanc opinionem, scilicet, quòd non sit correcta, firmat Cynus in d. l. si pater. referens, quod Simon Vicentinus. & Iacob. de Aret. idem secuti sunt, & idem Iac. de Raue. in d. l. cùm ex filio. licet moderni nullum istorum referant. Mouentur isti quia hoc fideicommissum reciprocum non est onus cùm speret commodum: & quia multa sub incerto conceduntur, quæ aliàs non concederentur. l. si ea. C. de vsuris. & istud videtur rectius. Nihilo minus teneo opinionem Bart. & sequacium, scilicet, quod d. l. si pater, corrigatur per hanc legem vt voluit ibi glo. idem tenuit ibi glo. in dicta l. cùm ex filio, in glo. j. ad finem: quę opinio satis fundatur per verba generalia huius legis generaliter disponētia: legitimam esse filio relinquendam absq; aliqua conditione, onere, seu grauamine. Sed nulli dubium est, nisi quod etiam si filius ex euentu posset sperare commodum, ex reciproco fideicommisso: vt quia forte frater suus prius decederet: & sic eius portio ad eum deueniret vigore fideicommissi: tamen hic euentus est incertus: &

possit esse quòd ipse prius decederet: & per consequens esset ei grauamen: vnde cùm commodum sit incertum: non potest dici nisi quòd est onus respectu futuri euentus. Item non potest negari, ꝙ cùm vigore dicti fideicommissi: bona in euentu conditionis sint subiecta restitutioni fratri superstiti: neuter possit de his bonis sibi pro legitima relictis disponere: nec inter viuos, nec in vltima voluntate. l. fin. §. penult. & auth. res quæ. C. commu. de leg. & eius filij hoc modo manerent exhæredati. Quod non solùm absurdum, imò absurdissimum esset.

Præterea est impossibile ꝙ hoc non dicatur onus & maximum grauamen: quia si dicis esse commodum ex parte superstitis: iam fateris damnum ex parte prius decedentis. Itaque in euentum de necessario in persona vnius debet esse damnum. Do gl. famosam ad hoc in l. licet. C. de pact. super parte mortis ad fi. vbi fuit factum pactum reciprocum: vt qui superuixerit, rebus alterius potiatur. dicit gl. ibi quòd dictum pactũ habet in se onus: etiam propter vicissitudinem: cùm in persona cuiuslibet eorum habebat locũ dictum pactum. Quam glo. perpetuo nota ad decisionem quæstionis istius, per quam decidunt Oldr. consil. cxxxviij. incipit ad habendam. & Salic. in l. fi. C. de pactis. quos refert Alex. in d. l. licet. ad fi. quòd si fuit factum pactum inter fratres: ita quòd quilibet donauit alteri omnia bona præsentia sub hac conditione: ꝙ superstes haberet bona præmorientis: ꝙ ista donatio non eget insinuatione, cùm non sit donatio mera, imò continet onus propter vicissitudinem. & sic aperte probatur quòd inducitur onus per tale reciprocum fideicommissum. Restat nunc ad fundamenta contraria respondere. Nam in quantum isti principaliter se fundant: quòd in casu dicti fideicommissi reciproci non cõpetebat querela, vt ibi est casus: ergo nec habet locum hæc lex. Respondetur dupliciter. Primò, ꝙ huius dispositio est multum generalis: reiiciẽs omne onus atq; grauamen appositum filio in legitima, & sic non debet restringi per eius rationẽ: nec solummodo ad casum vbi per querelam inofficiosi testamenti: poterat testamentum euerti, cùm regulariter ratio l. non restringat eius dispositionem generaliorem: ratione l. prospexit. ff. qui & à quib. vt respondit Imol. in alio casu simili in d. l. fina. ff. de condi. instit. Secundò, quia verum est quod hæc lex fuit inducta &

& facta in fauorem testamentorum: ne occasione minoris quantitatis testamenta rescindantur: & si hæc sola fuisset ratio: obtineret argumẽtum. Sed etiam fuit facta in fauorem filiorum: ne eorum iura diminuta esse viderentur: & considerata hac ratione & fauore non militat argumentum. Nam quocunque casu inferatur onus, submouendum est non inspecto competeret sibi illo casu querela, vel ne. Sed solùm considerato: vtrum sit onus, vel grauamen: quæ fuit huius legis consideratio.

Posset etiam tertiò responderi quòd verum est hanc legem prouidere in personis quæ ad querelam inofficiosi testamenti vocabantur, vt constat ex litera ibi. (His derelictum sit qui ex antiquis legibus.) quasi vellet eos priuilegiare: quibus legitima debetur. Sed non disponit solummodo in casibus in quibus querela competeret, imò etiam si non competeret, dum tamen sit onus: quod constat, quia secundum communem omnium opinionem conditio potestatiua reiicitur de legitima. Attamen illo casu non competebat querela: cùm sub dicta conditione poterat institui l. fina. de condi. instit. cum similibus. Quam responsionem sensit Imol. in dicta l. fina. & Alexand. illo tacito: licet non ita clarè in

6 dicta l. cùm ex filio.† b Aduer

b te tamen singulariter: nam contra hanc opinionem, & in fauorem alterius partis stringere potest quidam solennis tex. qui est l. de fideicommiss. C. de transact. vbi est casus, ꝙ si pater relinquit fideicõmissum reciprocum inter filios suos: ita vt præmoriens alteri restituat hæreditatem: quòd hoc tale fideicommissum reciprocum potest per pactum remitti & præiudicat talis trãsactio & refutatio, etiam minori. Nec dicitur lædi quanuis ex euentu posset esse damnosa dicta remissio. Vnde est ibi casus singula. quòd neutra pars dicitur lædi remittendo fideicommissum reciprocum. Et Bald. dicit ibi esse casum quòd in pari conuentione non dicitur quis lædi: ideò minor non iuuatur beneficio restitutionis. Quod Bald. reputat notatu dignum: & allegatur in concordãtiam d. l. si pater puellæ: nã in reciproca remissione æqualis spei nullus intelligitur lædi, nec senex, nec iuuenis, quod fuit aliud summariũ Bal. Et Paul. de Cast. & Alex. notant ibi illum textum. ad hoc ꝙ vbi ex aliquo actu potest quis consequi commodum sicut & damnum; licet casualiter contingat afferre damnum, non di-

citur quis lædi ex tali actu. ideò si sit minor non potest restitui aduersus talem actum qui casualiter sibi damnum at tulit,cùm etiam poterat commodum adferre. Et Bald.in l.cùm Archimedoram.colum. ij in princi. C. vt in possess. legat.meminit illius legis de fideicommisso, dicens esse vnicam : ad hoc, quòd si duo fratres sibi inuicem remittant fideicommissum relictum in casu mortis, minor non restituitur in integrum. Constat ergo quòd non dicitur quis lædi ex actu indifferenti qui potest se habere ad commodum & damnum : licet casualiter in euentum afferat damnum.Cùm ergo sic fuit in casu in quo loquitur d. l. si pater puellæ. sequitur quòd non potest dici dictam legem continere onus, nec grauamen: & per consequens non esse correctam per hanc legem, & miror quòd nullus quem viderim tenentium opin. Ricard. malumb. & sequacium, allegauerit hoc fundamentum ad defensam suam. Cogitabam responderi sic posse ad hanc obiectionem , scilicet , quia ille text.loquitur in extranea materia, & multum diuersa à materia huius legis, quia loquitur in restitutione denegáda: cùm non posset dici minorem læsum in transactione & remissione facta super dicto fideicommisso reciproco:cùm bona sua sibi remaneãt libera, & poterat esse ꝙ ipse præmoriretur altero, & per cõsequẽs bona sua deuenirẽt ad alium: & si contra acciderit, & sic in euẽtum veniret sibi dãnum ex dicta remissione hoc nõ est cõsiderãdum: sufficit ꝙ ab initio non fuit dãnosa: cùm fuit par conuentio & inuicẽ inter eos fuit remissum fideicõmissum, & in hac materia restitutionis in integrum læsio considera-tur ab initio, sed non in euentum. l. verum.in §.sciendũ.ff. de mino.ibi.(Nec enim euentus damni restitutionẽ indulget,sed inconsulta facilitas)in proposito l.nostræ non consideramus nisi onus & grauamẽ,sed non potest negari hoc esse onus, vt ante dixi.Itẽ quia d.l.de fideicommisso.loquitur in remissione fideicõmissi reciproci: in quo cùm vterq; remittat spem nõ dicitur læsus. In casu huius legis tractatur casus contrarius,scilicet, de apponẽdo dictã vicissitudinem, in qua consistit grauamẽ: non de illa remittenda,sed in apponenda est maximum onus, & etiam damnum de præsenti, & in euentum quod solùm venit in consideratione huius legis,& quia sufficit onus & grauamen esse vel sperari vt statim dicam : ex quibus conclu-

do opinionem gl. Bart. & sequaciumesse veram per quæ habes aliam singularem ampliationem ad hanc legem.

SVMMARIVM.

1 *Pater non potest filio relinquere legitimã animo compensandi cum debito quod ipse filio suo debebat.*

2 *Etiam si filius agnouerit iudicium patris præcipientis compensari, non habet locum compensatio.*

3 *Licet testator possit rem hæredis, vel hæredi debitam legare, fallit si filius hæres est institutus in sola legitima.*

4 *Si pater primogenito relinquit vltra legitimam iure hæreditario, potest alteri filio legare rem maioratus vsque ad concurrentem quantitatem.*

5 *Grauari an possit quis in plusquàm sit honoratus à testatore.*

6 *Si pater rem filij alienauerit per contractum, an filius hæres possit illam rem vendicare à possidente.*

7 *Et quid si filius non sit hæres in solidum, & de practica notabili. numero.8.*

9 *Hæres an possit aliquando venire contra factum defuncti.*

10 *Hæres qua exceptione sit repellendus, si velit venire contra factum defuncti.*

11 *Filius qui habet solum legitimam etiam confecto inuentario repellitur à vendicanda re sua, quam pater alienauit.*

12 *Filius institutus in re certa pro legitima, vel quota bonorum non tenetur stare contractui patris & limitatur.numero.14.*

13 *Declarantur verba Bald. in l. cùm à matre. C. de rei vendicatione. colum.2.*

15 *Si pater vendidit fundum filij hoc acto quòd non teneatur de euictione, an filius repellatur à vendicando rem suam si non habet vltra legitimam disputatur latè.*

16 *Practica & forma repellendi filium à vendicando rem suam.*

17 *Si pater vendidit rem filij tanquam suam & administratorio nomine, an repellatur filius.*

18 *Filius non faciens inuentarium, an priuetur legitima.*

19 *Consideratio authoris circa eandem quæstionem.*

ADDITIO.

a *Pro cuius articuli declaratione, vide sing. Ias. l. cùm alienam. pen. colum. C. de legat.*

b *Cuius opinionem expressè sequitur & approbat ibidem Raph. Cuma.*

c *Vide notanter Pau. de Cast. in cõs. clxxxxvij. visis dubiis in ij. volu. secundum nouam impressionem. & Ludouic. Rom. consil. xviij. fina. colum.*

d *Vide plura saltem remissiuè tradita per Phil. Dec. in l. ex qua persona. ff. de reg. iuris.*

e *Imitatur gl. l. cùm à matre. C. de rei vendicatione.*

f *Et licet opinio Bartol. approbet ibi Philip. Corn. tamen expressè ante autorem improbat. ibidem Ias. penul. col. inducendo tex. in l.*

cùm à matre, hic allega.

g *Ita concludit glo.nota.post varia aliorum argumenta in d.l.cùm à matre.C.de rei vendic.*

h *Confirmatio opinionis Pauli.*

i *Vide Alex.de Imo.in cõsi.lxvij. visis & ponderatis in iiij. volu. Philip.Deciũ in consil.cccclxxx. in casu qui contigit.col.fi.*

k *Lex est fcri cuius interpretatio infrà ponitur.*

SEptima huius legis extensio,vt in tantum tollatur de legitima omne onus & grauamen,quòd pater non posset relinquere legitimã filio suo animo compensandi cum aliquo debito quod ipse filio suo debebat. Ita quòd si pater esset debitor filij in certa quantitate:& filiis suis institutis hæredibus dixisset: Et volo quòd talis filius meus,cui ego sum debitor, accipiat legitimam suam:& illam compẽset cum quãtitate quam sibi debeo: ꝙ talis conditio habetur pro nõ apposita:& ea nõ obstante habebit liberam legitimam : & consequitur debitum tanquã si conditio apposita non esset. Hoc reperio firmare Cyn.per hanc legem in l.ij. C. de iure do.melius & clariùs in l.cũ patrem.eod.titu.Bal idem & reputat menti tenendum in d l. ij.in finalibus verbis:idẽ Salice.in d.l.cùm patrem.authoritate Cyn. & Bald suppressa nulla eorum facta mentione. & Bald.in d.l.cùm patrem.in alia lectura dicit:ꝙ licet testator possit prohibere hæredẽ: ne exerceat actionẽ propriã: tamen illa prohibitio nõ nocet filio in legitima. Attamen licet per istos non allegetur,reperio Bart.firmasse contrarium in l.quod de bonis.ff. ad legem Falcidiam. in §.cùm fideicommissum.dicens:quòd si testator iubeat debitum cũ hæreditate compensari:intelligitur etiam quo ad legitimã quæ ei debetur iure naturæ: quod refert notandum.Mouetur ex quadam lectura posita ad illum §.quã fuit sequutus Rayne. Ego dico quòd aut Bart.locutus fuit inaduertenter(quod non est de eo præsumendum) aut debet intelligi quòd loquatur attẽto iure antiquo secundum quod tolerabatur grauamen in legitima: licet competeret querela : & sic illum videtur intelligere Ange.in dicto §.fideicommissum.dicens quòd cùm hodie filius debeat habere legitimã sine aliquo onere, non potest sibi relinqui animo compensandi,cum debito quod sibi à patre debebatur,& hoc tenet per hanc legem residens cum opinio.Cyn.& Bald.licet nullam de eis mentionem faciat. Idẽ tenet Imo.Pau.de Castro Alexan in d.§.cùm fideicommissum:& sic videntur etiam

ipsi

ipsi saluare domi. Bart. Pro hac opiniõe videtur casus expressus in d. §. cùm fideicommissum. secũdum vnam lecturam: intelligendo illum in legitima debita iure naturæ, vbi est casus, quòd liberi primi gradus licet instituantur animo compensandi cum eo, quod eis debetur: nihilominus debitum deducunt vt æs alienum de reliquo habent quartam. Ista lectura recitatur in glo. j. & fina. & licet illa lectura reprobet ibi in quarta falcidia, vt ibi tenet glos. in alia lectura quam Dyn. Raynerius & Barto. & alij sequũtur: imò quòd computetur quarta cum debito. & sic l. si debitor. eodem titu. obtineat, siue in filiis, siue in extraneo. tamen hodie per hanc legem supradicta lectura erit vera in quarta iure naturæ debita secundũ Angelum. ibi. Sed Ang. indi cto §. cùm fideicõmissum. non cõtentus scriptis subdit posse dici, quòd hæc lex tollens grauamen: & per consequens, vt non compẽsetur legitima cũ debito, intelligatur quãdo filius non agnouisset iudicium defuncti patris sui: aliàs sec⁹. Imò tunc bene compẽsaretur legitima cum debito ex dispositiõe defuncti. & sic dicit debere intelligi & limitari dictum §. cùm fideicommissum. secundum vnam lecturam. Et si dicatur, ergo tunc inueniet filius se priuatũ legitima sua: cùm illam ex præcepto testatoris compensat cum debito? respondet Angelus quòd imputet sibi filius cum hæreditatem ex testamento non repudiauit: agnoscendo ab intestato, vt sic fraudem paternam repelleret, vt l. cùm pater. §. titio. de lega. ij. & ita residet.

Ista conclusio Angeli est falsa: imò dato, quòd filius agnouisset iudicium defuncti præcipientis fieri dictam compensationem: nihilominus habebit legitimam integram absque dicto onere compẽsationis, vt est casus ad literam in l. si quando §. & generaliter. de inofficio. testamẽto. Quòd acceptans legatum sibi factũ, non propterea cõsentit in grauamine sibi apposito in legitima: nec tollitur ei ius agendi ad supplementum. ex quo habes extensam conclusionẽ Cyn. & Bald. de qua suprà: vt procedat etiam si filius agnouisset iudiciũ defuncti: quod apud me semper fuit indubitatum. per dict. §. & generaliter. Et vltra hoc patet ad sensum, quia si cõcederetur posse relinqui legitimam sub conditione compensandi cum debito: filio non relinqueretur integra legitima: & sic esset grauamen in quãtitate: quod lex remouet, tam in lege sci-

mus.§. repletionem, quàm in dicta lege omnimodo. Quæ omnia notabis. Ad prædicta tenebis menti vnum quod habui de facto. Tu debes scire, quòd testator potest legare rē hæredis, & valet tale legatū, & hæres compellitur illud soluere & præstare: dato, quòd testator existimasset rem quā legat esse suam propriam: iste est casus vnicus in l. vnum ex familia. in §. si rem. in principio. ff. de lega. ij. ibi.[a] (Si rem tuam quā existimabam meā) iuncto fine ibi. (quod in hac specie non euenit cùm dominium rei sit apud hæredem.)

Et non solum rem propriā hæredis: verùm idem si non esset propria: sed hæredi debita: vt quia fortè erat subiecta restitutioni ipsi hæredi: & testator eam alteri cohæredi, seu extraneo legasset: nam ille hæres cui erat subiecta restitutioni. non potest contrauenire: imò tenetur obtemperare dispositioni defuncti cuius est hæres. Iste est casus singularis in dicta l. vnū ex familia in versiculo sed si vno: ibi. (Verùm is qui hæres scriptus est ratione doli exceptione) & ibi (nam quæ ratio cæteros admitti eadem tacitam inducit compensationem) & Barto. ibi & in dicto §. si rem. dicit idem per illa iura: vt quēadmodum testator potest legare rem hæredis: ita potest legare rem hæredi debitam: seu eidem restitutioni subiectam. Et ad hoc illum tex. extollunt, ibi Barto. Bald. Paul. & Alexand. facit §. si duos. & §. sed si fundum. eiusdem legis, & lex Imperator per totam legem. ff. de legatis secūdo. Accedat elegans textus in lege filiusfamilias. §. cùm pater. ff. de legatis primo. vbi est casus: q testator filio hærede instituto rogauit illum ne fundū alienaret: sed in familia relinqueret: qui filius mortuo patre veniēs ad mortem, duos hæredes instituit: & fundum suprà dictum legauit cuidam extraneo: qui non erat de familia. dicit ibi Consultus: quòd isti filij sic hæredes instituti quib⁹ fundus erat restitutioni subiectus: eò quia de familia non admittuntur, ad petendum dictum fundū: sed solùm ad illum petēdum admittuntur filij exheredati. facit l. cùm à matre. C. de rei vendica. Ratio prædictorū stat in virtute cuiusdam compēsationis: nam eo ipso quòd instituit testator hæredem: cui erat obligatus restituere aliquam rem, quam alteri cohæredi seu extraneo legat: videtur velle inducere quandā compensationem vt scilicet, compensetur hæreditas quam sibi relinquit: cū dicta re sibi

debita

debita quam ei aufert legando eam alteri. hanc rationem sentit Consultus in dicto ver sicu. sed si vno. ibi. (Eadem tacitam inducit compẽsationẽ) idem ibi gl. & Bar. & quia hęres non potest venire contra factum defuncti cuius est hæres. l cùm à matre. cum aliis. C. de rei vendica. Vnde est casus singu. in dicta lege cũ pater. quod res subiacens restitutioni: & sic alienari prohibita si alienetur contra prohibitionem testantis: non reuocatur per hęredem scriptum à prohibito. Nunc ad propositũ huius legis, & extensionis dico: quòd hoc est verum: nisi filius esset institutus hæres in sola legitima: nam tunc bene posset aduocare & petere dictum fundum sibi restitutioni subiectum: quẽ pater suus legãdo alienauit: & ita debet b limitari d. § cùm pater. [b] secundum Ange. ibi. motus ex eo quia filius deberet habere legitimã sine onere & grauamine. vt hic quam non haberet si illam compensaret cum re sibi debita alienata: & licet ipse nõ allegat, hoc in expresso firmat Barto. in dict. §. cùm autem. per l. primã. & secundam. C. si quid in fraudem patro. & per l. cùm à matre. C. de rei vendi. facit lex fina. §. in cõputatione. C. de iur. delibe.

Per hoc do tibi singularem limitationẽ ad dictũ § si rem. qui permittit testatorẽ legare rẽ hęredis: & ad d. l. filiusfamilias. §. cùm pater. qui permittit rem subiectam restitutioni ipsi hæredi posse alteri cohæredi, seu extraneo legari à prohibito: nec ipsum hæredem admittendum ad illã vẽdicandã: vt omnia ista habeãt locum nisi filius esset institutus in sola legitima: quia tũc nihilominus posit rem suã, vel sibi debitam vendicare: & petere à legatario, & si ipse posidet non tenetur præstare, nec adimplere in hoc volũtatem testantis: secundũ Bartolum & Angelum per istum text. qui prouidet legitimam deberi sine aliquo onere, seu grauamine: quod satis probatur ex ante dicta theorica Cyni & Baldi, & aliorũ, quos ante retuli in d. l. ij. C. de iure do tiũ. qui loquuntur in casu fortiori, scilicet, quãdo expressè testator reliquisset legitimã sub conditione compensandi cum debito. ergo à fortiori in hac cõpensatione tacita interpretata: ex voluntate testãtis. habes ergo ex prædictis hanc ampliationẽ largo modo intellectam: vt scilicet, legitima debeat relinqui filio sine aliquo onere cõpensandi tacitè neque expressè cũ debito: etiã si filius agnouisset simpliciter iudiciũ defuncti: debeat reiici

dicta conditio cōpensationis: & filius habeat legitimā liberam & sine onere. Sed si filius esset institut⁹ vltra legitimā: semper legitima integra deducitur: & ei debetur absque onere: & in eo quod est vltra legitimā: valebit & tolerabitur dicta conditio cōpēsationis secundū dispositionem di-
4 ctarum legū. † Ex prædictis infero vnā notabilē cōclusionem quotidie occurrentem in practica: hodie est notoriū ꝙ omnia bona paterna dicuntur legitima excepta quinta: sed respectu filiorū. & inter eos tertia non est propriè legitima: cū pater posset vni ex filiis prælegare meliorando eū in tertia & etiam in quinta. Nūc infero ex prædictis, ꝙ si pater instituit filios suos hęredes: & vni eorū reliquisset, seu legasset aliquā rem, quæ erat propria vnius ex filiis, vel ei restitutioni subiecta, vt multotiens accidit ꝙ pater possidet bona villas & loca maioricatus: quæ sunt restitutioni subiecta filio suo maiori: & aliquam villam de illis relinquit filio suo secundo, quia hoc nō potest fieri: tamen si dictus filius maior: cui⁹ erat dicta villa habet ex bonis paternis iure hæreditatio vltra legitimā suā: tanta bona quæ valēt tantū: sicut res sua quæ alteri fratri cohæredi suo relicta est à patre, ꝙ valeret tale legatū à patre factū de re dicti filij sui: & ille filius cuius erat dicta res nō posset cōtrauenire. per dictū §. si rem. & §. si vno. cum aliis ante allegatis. Quæ iura hoc permittūt testāti: vt posset legare rē hæredis, vel hæredi debitā: quatenus est hæres vltra legitimā institutus. Vnde si æqualiter essent hæredes instituti duo filij, intellige: ꝙ dicitur vnus eorū habere vltra legitimā medietatem tertiæ & quintæ partis bonorum defuncti (cùm tertia & quinta non sit legitima inter filios vt antè dixi) cū vni eorū integram tertiā & quintā potuit prælegare: & sic si ille filius maior cuius erat villa, haberet de bonis patris sui tantam partē de tertia & quinta bonorum testatoris vltra suā legitimā: quod valeret tantū sicut dicta villa: exclusus esset ab ea petenda. Quod nota & tene perpetuò menti. & ita cōsului ꝓximis dieb⁹ apud Galleciam in causa quorūdā no-
5 bilium. † Regulariter autē habes quòd nō potest quis in plus grauari quā sit honoratus à testatore qui eū grauauit. l. Imperator. §. fin. ff. de lega. ij. l. filiusfamilias. §. apud Marcellū. ff. de leg. j. ibi. (quia placet non plus posse rogari quē restituere quā ei relictum esset) l. cùm pater. §. titio. §. de legatis

legatis secundo.l. Titiæ.ff. de annuis leg.l.iij.ff.de dot.præleg. l. si legatarius.ff. de lega. iij.in §.fin.cum vulgaribus.& idem si sibi relinquatur quantitas: & grauetur in specie aliena redimenda: quia non tenetur expendere in redimenda vltra quàm sibi fuit legatum: etiã si agnouit legatum quantitatis sibi factum.notabilis tex.in l sed si non seruus. in princ. ff. ad legem Falcid. Adde tamẽ singulariter, quòd si iste cui fuit relicta quantitas: esset grauatus dare non quantitatem sed speciem propriam: tunc si legatum agnouisset: tenetur rem propriam prestare, in qua fuit grauatus: dato quòd plus valeret,& imputet sibi qui legatum agnouit. Iste est casus famosus in d. §.fin.ibi,(enimuerò si pecunia accepta rogatus sit rem propriam quãquam maioris pretij extimaretur,nõ est audiendus legatarius si vellet computare) non enim æquitas hoc probare patitur,inquit Cõsultus,si quod legatorum nomine percepit legatarius offerat. Similis est tex. in l. sed si non seruus.in prin.ff ad legem Falcid. & assignat Consultus ibi optimam rationem: quia tantum videtur rem suam extimasse quantum sibi in quãtitate legatũ fuit. l. si minor. ff. de mino. Hæc sunt quãdo alicui legatur quantitas,sed si ei legetur species simpliciter nõ potest in plus grauari quàm sit pretiũ illius speciei cũ fructibus l.ciuitatibus.§.fin. & l. filius.§.apud Marcellũ.de leg. j.sed si ei legaretur species alternatiuè,bene potest grauari inquantum valet illa res quæ plus valebat: licet ipse minorẽ elegisset.l.planè.§.si cui.ff. de leg.j. & imputetur ei cur illã elegit. De quo vide Barto. qui singulariter loquitur in d. §. cùm quidam. In hærede aliud est,scilicet,faciat inuẽtarium, vel ne vt sunt principia nota.

Ad propositum rediens collige ex antedicta extensione, quòd quando filius grauatur onere legatorum: puta quòd relinquitur sibi legitima animo compensandi cum debito, vel cum re sua, vel sibi debita quæ alteri à se relinquitur: qa hoc nõ permittitur patri: cùm hoc sit grauamen in legitima, quòd reiicitur per hãc legem.

6 †Quid ergo si non grauaretur per viam legatorũ,sed per cõtractum inter viuos? Exemplũ. Pone enim quòd per contractum inter viuos pater alienauit aliquam rem filij,quem filium in testamento instituit hæredem: demum mortuo patre iste filius vult vendicare à possidẽte dictam rem suam sic à patre alienatam: verum poterit, vel repelletur tanquam

quam hęres,dato quòd ex hoc insurgat sibi grauamen in legitima? Quæstionem hanc habui sæpenumero de facto. Et præmitte,vt intelligas à radice,quòd vbicunq; ille qui non erat dominus, vendidit alicui domũ,postea dominiũ acquisiuit: siue quia domino successit,vel alia causa si vendicet rẽ ab emptore suo, non auditur: imò repellitur exceptione doli:cùm improbè conetur rem à se distractam euincere:bene tamen est in electione emptoris:si velit rem retinere intentione actoris per exceptionẽ elisa:an potiùs restituere eam & consequi duplum nomine euictionis contra eundem.Casus est in l.vendicantem.ff.de euictio. vnde fuit sumpta illa regula,quem de euictione.tenet actio eundem agẽtem repellit exceptio.Similis textus in l.j.ff.de except.rei venditæ. Verùm hæc non est materia præsens. Sed aliud est quando dominus rei succedit vendenti, seu alienãti rem suam: & ab eo fuit hæres institutus: nunquid repellatur eodẽ modo, vt in casu superiori? & dico quòd sic. Iste est casus in dicta l.j.ff.de excep.rei vẽd. vbi Iuriscõsultus ait. (Si alienum fundum vendideris, & tuum postea factum petas te exceptione rectè repellendum.) Subdit & in hoc facit. (Sed si dominus fundi hæres venditori existat idem erit dicendum) facit lex finalis eiusdem tituli.vbi postquam textus dixit quòd exceptio rei venditæ non tantum emptori,sed eius successoribus proderit: dicit in fine (pari ratione venditoris etiam successoribus nocebit,siue in vniuersum ius,siue in eam duntaxat rem successerint) ad literam cum dicta l.j. concordat tex.singularis in l. venditrici.in secundo responso.C.de reb.alie.non alienan. vbi textus in princ.dicit quòd hæres qui succeßsit venditori non potest venire contra venditionem ab eo factam ex persona defuncti. In secundo responso dicit text. quòd si hæres venditoris vellet venire contra factum defuncti vendicando rem suam ab ipso testatore venditam: & ad hoc veniat non tanquam hæres: sed ex persona propria, quòd erit in electione emptoris retinere rem & repellere hæredem per exceptionem doli mali, vel omittere dictam exceptionẽ,& si res fuerit euicta:agere de euictione contra eũ ad duplum: cùm fortè magis intersit sua consequi interesse, seu duplum, nomine euictionis, quam retinere rem. Concordat lex Seya.ff.de euictio. Itaque erit in electione emptoris conuenti retinere rem: & repel

repellere hæredem vendicantem: per exceptionem doli, vel omittere hãc exceptionem & restituere rem, & consequetur contra vendicantem hęredem interesse, seu duplum nomine euictionis. Facit lex ex qua persona. ff. de regu. iur. vbi ait Consultus. (Ex qua persona quis lucrum capit: eius factum præstare debet) lex solutum. §. solutam. de pignorat. actio. lex si ab eo. C. de nego. gest. & C. de libe. cau. lex si ab eo. vbi ait Imperator, Cùm & si iure libertas non processit: respectu tamen aditę hæreditatis voluntatem defuncti suo consensu firmare debuit. l. si vxor. de bonis autho. iudicis
c posid. Obtinet [c] hæc regula dato quòd filius sit hæres, quia nihilominus tenetur stare contractui defuncti, nec potest contrauenire alienationi factæ à patre de re ipsius filij, licet de hoc aliqui dubitarunt per rationes friuolas quas gl. repellit in l. cùm à matre. C. de rei vendic. & illam omnes sequuntur pro qua est casus ad literam in l. fin. de liber. cau. vbi ait consultus, filium prohiberi in seruitutẽ petere seruum manumissum à patre ob hoc solummodo quia patri hę
7 res extitit. †Restringitur hęc regula quòd quicunque hęres etiam si sit filius tenetur stare contractui facto per defunctum, nec potest contrauenire: & per consequens repellitur à vendicando rem suam à defuncto venditam. quod intellige vbi est hæres in solidũ aliàs solùm repellitur pro ea parte pro qua est hæres. casus est in l. cùm à matre. C. de rei vendi. in fi. ibi. (Quod si venditricis obtinet hæreditatem doli mali exceptione pro qua parte ad eum hęreditas pertinet vti non prohiberis) facit l. j. & per totum. C. de hæred. actio. vbi solummodo confunditur actio pro parte hæredi-
8 taria. †Et vnum perpetuò tene menti in practica: quòd vbicunque remanserunt plures hæredes defuncti ne incidas in hoc inconueniens si vnus eorum petit à te rem suã à patre venditam: vt non possis eũ repellere nisi pro portione hęreditaria, quòd non solùm repellas eum dicta exceptione legis vendicantem. & d. legis cùm à matre, sed etiã intentãs cõtra eũ hypothecariã petas, vt tibi restituat omnia bona paterna, quę ipse possidet quę tibi erãt hypothecata pro euictione, vt illa habeas iure pignoris, pro omni eo ad quod pater suus iure euictionis erat obligatus: aut in totum ipse soluat omne illud ad quod defunctus ex contractu erat obligatus: nam ad hoc iste hæres vendicans rem suam erit obligatus

gatus non inspecta quota, seu portione hæreditaria, textus est in l.j.& ij.C.si vnus ex pluribus hæred.& in l.j.C.de hæred.actio.nec isto casu iste hæres hypothecaria cōuentus potest opponere de excusione prius fienda cōtra alios cohæredes. Iste est famosus casus secundum vnam lecturam glo. in l.si mulier.ff. qui pot.in pigno.hab. quam Bart. summè extollit. Et hoc tene menti. quia multoties practicaui in diuersis causis, & attulit hæc practica honorem & pecunias practicanti,& vide quæ scripsi in famoso commento à me edito nedum publicato l. post rem.ff.de re iudic. col.cxxiij. versi. Ex quo sume practicam solennem. Ponderabis etiam hodie quandam l. Thauri.nu. 14. quæ disponit quòd respectu meliorationis filius tenebitur ad debita exoluenda siue sit melioratio in quantitate,siue in certa specie.quæ lex corrigit in aliquo l.j.C.si cer.
9 peta. † Adde tamen mirabilem text. iuncta glo. in l. Lucius.ff.sol. matr. per quem limitantur omnes leges mundi dicentes,quòd hæres non posset venire contra factum defuncti,vt d.l. ex qua. & l.cùm à matre. cum aliis, vt intelligatur quod erat tale factum defuncti quod obligabat eū, aut saltim parabat cōtra eum excipiendi potentiam. Sed vbi ex illo facto neutrum prædictorum causabatur contra defunctum:ita nec contra eius hæredem. Quod probatur apertè ex d. l. cum glos. ibi enim est casus, quòd si filius contraxit matrimonium cum aliqua quæ sine causa diuertit ab eo,& si meruit perdere dotem:dicit ibi Consultus,quòd si pater illius filij post dictum diuortium contrahat sponsalia nomine filij sui cum dicta vxore sua, quæ diuerterat, ꝙ non propter hoc præiudicatur filio in lucro dotis, si ipse non consensit in sponsalibus & hoc etiam si patri hæres extitit. dicit ibi glo. Quomodo venit hæres ibi contra factum defuncti,cùm pater contraxit sponsalia, & sic consensus patris ei debet nocere? Respondet glo. quia ille consensus talis non est ex quo detur actio, vel exceptio contra patrem.illa gl.extollitur valde per plures, licet alij nō assignent ibi rationē specialitatis illius le-
d gis. Sufficit[d] quòd regulariter quicūque sit hæres, siue filius,siue extraneus tenetur stare facto defuncti, nec potest contrauenire contractui à se celebrato.Ratio est quia hæres reputatur vna & eadem persona cum defuncto, vt dicit tex. in auth.de iure iur.à moriente præsti.in §.j.& pro ea parte

pro

pro qua est hæres repræsentat defuncti personam, vt dictum est. Hanc rationem posuit gl. in d.l.cùm à matre. quę approbatur per omnes in hoc. †Et
10 tene menti, quòd nõ est sufficiens ratio ad repellendũ hæredem venientem contra factum defuncti posita in l.vendicantem.ff. de euict.scilicet, quia quem de euictione tenet actio, &c. quia si illa esset ratio.si esset casus in quo defunctus nõ teneretur de euictione, non repelleretur hæres à vendicando: cùm dicta ratio cessaret, imò posset tunc contra factum defuncti venire: quod est falsum. Imò dico & hoc bene nota, quòd etiam si esset casus in quo defunctus non teneretur de euictione ex contractu à se celebrato: vt quia fortè emptor sciẽter emit rem alienam, vel ob aliam causam: tamen hæres eius non propter hoc potest venire contra factũ defuncti & eius contractum impugnare: imò tenetur stare contractui defuncti. Iste est casus singularis valde in d. l. cùm à matre. in princ. ibi. (Domum filij te sciente comparasse proponis) & glo. notabilis ibi firmat hanc conclusionem, quam approbant omnes ex eo, quia eadem debet esse hæredis conditio, quæ fuit venditoris qui omnino poterat repelli.ff. de diuer. & tempo.præscrip.l.cùm hæres. l.ij.C. de fructib.& lit.expen.

Hoc tene menti contra omnes etiam famosos aduocatos: qui ad repellendum hęredem venientem contra factum defuncti semper dicunt obstat tibi regula, scilicet, quia quem de euictione tenet actio, quia melius eum repellent ex alia regula, scilicet, quia eadẽ persona reputatur cum defuncto: & hoc ne fortè esset casus in quo defunctus non teneretur de euictione: nã tũc si opponeret eum repellens per d.l.vendicantem. ipsemet se repelleret ex sua allegatione à contrario sensu. Et sic hæres tenetur stare cõtractui facto per defunctum, siue defunctus teneatur de euictione, vel ne: repellitur semper pro ea parte pro qua est hæres. Quod intellige quando hæres nõ fecisset inuentariũ. Nam si inuentariũ fecisset nõ repellitur pro quota est hęres, sed solũ in quãtitate in qua successit l.sancimus. §.in cõputatione. C. de iu.delib.& gl.magistralis, per Bar.
11 in l.cùm vir.ff.de vsuca. †Ad propositum succedit nunc singulare & quotidianum dubium, scilicet, si obtinebunt prædicta vbi filius esset hæres institutus à patre qui non habet nisi suam legitimam solummodo, qui fecit inuentarium: vẽdicat rem suã à patre alie

alienatam: impugnans cōtractum paternū, repellitur per emptorem ex regulis supradictis, scilicet, quem de euictiōe, & ex qua persona, filius dicit ego nihil habeo nisi legitimā mihi iure naturæ debitam: quam liberam & sine aliquo onere & grauamine habere debeo, sed maximum grauamen esset mihi si ex hoc quod solummodo habeo legitimam, propter hoc debeā repelli à vendicando rem meā: quia si hoc fit, maneo sine legitima, & quasi relinquitur mihi cum compensatione rei meę quod ante ꝓhibitū fuit. gl. mouet hanc quæstionem in l. sancimus. §. in computatione. C. de iur. deliber. & loquitur satis confusè & interserit ante decisionē quęstionis alia. Sed in fine videtur in hoc resi dere: quòd si filius nihil habet vltra legitimam facto inuentario non repellatur à vendicando rem suam. fundamentum glo. est hæc lex inquantum prouidet, vt legitima relinquatur absque onere: sed onus & grauamen est quòd legitima compensetur cum re sua à patre alienata, & quòd ab illa vendicanda filius repellatur. Contrarium firmauit idem Accur. l. cùm à matre. C. de rei vend. quæ vult ꝙ etiam si non habeat nisi legitimam pro ea repellatur vendicans rem suam: seu aliàs veniens contra paternū contractum: & illā omnes approbāt dicentes cōtinere purā & meram veritatem. Probatur quia non potest negari quòd si iste filius euinceret rē suā ab emptore, ille emptor esset creditor hæreditatis. Sed creditor præfertur filio etiā in legitima: cùm legitima dicitur ære alieno deducto. l. Papinianus. §. quarta. de inoffic. test. Item quia cùm ipse tanquam hæres patris tenetur de euictione, & sic repellitur per regulā legis vindicātē. repellitur etiam ex eo quia hæres & defunctus cēsentur vna persona, vt in d. authent. de iureiur. à moriente præsti. & vltra hoc manifestatur in omnibus legibus indistinctè disponētibus, vt hæres non possit contractum defuncti impugnare. l. venditrici. C. de reb. alie. non alien. l. si ab eo. C. de liber. causa. l. Seva. ff. de euict. cum aliis. Et ꝙ idem sit in filio confirmat Consult. in l. fina. ff. de liber. causa. Ad hanc legem quæ fortius vrget pro contraria parte in quantum disponit, quòd filius debet habere legitimam sine aliquo onere atque grauamine, concedo. sed respondeo quòd debet intelligi sine onere & grauamine legatorum & fideicommissorum, & quolibet alio grauamine apposito per

patrem in testamento. Secus tamẽ est in onere creditorum & æris alieni vt in proposito: nam hoc est impossibile, cùm æs alienum potẽtius sit quàm legitima: imò ipsa dicitur ære alieno deducto, vt in d. §. quarta. & sic respondet gl. huic argumento. in d. l. cùm à matre. & patet hoc ad sensum. nam si contrarium diceremus, filius de legitima non teneretur ad debita paterna exoluenda: cuius contrarium leges disponunt, vt in d. §. quarta. cũ aliis. Hęc est cõmunis veritas quam omnes sequuntur, vt filius etiam quo ad legitimam teneatur stare contractui paterno & repellatur à re sua vendicanda, & sit sic vera & approbata gl. in d. l. cùm à matre. † Li-
12
e mitabis [c] primò dictam glossam, nisi filius institutus esset in legitima, non sub nomine quotæ, sed esset institutus in re certa pro legitima: nam tũc non repelleretur: quia sicut tunc non posset conueniri à creditoribus hæreditariis, vt l. quotiens. C. de hæred. insti. ita non posset repelli supradicta exceptione, scilicet, quem de euictione tenet actio. Ita limitat dicta glosa Bartol. in dicto §. in computatione. columna finali. versiculo posset. Idem tenet expressè glos. in dicta l. cùm à matre. dicens quòd si filius esset institutus in re certa pro sua legitima, non repellitur: nec tenetur ex contractu paterno, imò potest contrauenire cùm æs alienum non sequitur fundum, vt d. l. quotiens. sequuntur omnes in d. l. cùm à matre. & in d. §. in computatione. Intantum & hoc tene menti, quòd non solùm si esset institutus filius in re certa pro sua legitima non repellitur: sed idem si esset institutus in quota bonorum, vt quia pater dixit, instituo te in tertia parte tibi debita iure naturæ. Hoc decidit Bald. singulariter in d. l. cùm à matre. col. ij. in versi. aduerte vt non erres. & sic restringit dictam l. cùm à matre. & gl. ibi positam. quatenus loquitur de legitima vt procedat quando filius institutus esset in quota hæreditatis, quia tunc descendit in ipsum proportionabiliter obligatio defuncti tanquã in hæredem vtilem l. j. C. si cert. pet. sed vbi filius est institutus in re certa, seu in quota bonorum, secus esset: cùm non descendat tunc in ipsum obligatio defuncti, tanquam in hæredem, vt in d. l. quotiẽs. sed vt in filium non descendit obligatio ex contractu paterno: cũ legitima dicatur deducto ære alieno. vt in d. §. quarta. vnde concludit Bal. in hæc verba. Aes ergo alienũ nõ obligat filiũ hæredẽ existentę m in

ſola legitima. quod refert valde notandum.
13 †Certè in dicto Bal.benè loquitur:ſed in regula nunc proximè dicta quam ponit, dicendo quòd æs alienum non obligat filium in legitima loquitur obſcurè, & verba ſua ſic ad corticē intellecta & generaliter prolata poſſent decipere quenquam: quia æs alienum potētius eſt quàm legitima, vt d.§.quarta.& etiā filius hæres reſpectu legitimæ obligatur ſtare contractui paterno, vt dixit glo.approbata: falſum ergo videtur dicere ꝙ æs alienum non obligat in legitima filium hæredem, & vbi filius inſtitueretur in quota hęreditatis, planum eſt illum teneri ex cōtractu paterno: vult ergo dicere, quòd ſi non inſtituatur per modum quotæ hæreditatis: ſed ſolummodo in legitima puta dicendo, inſtituo filiū in ſola legitima ſua: quia iſta cenſetur inſtitutio in quota bonorum, filius non dicitur tūc hęres, imò magis habetur loco legatarij: & per cōſequens in ipſum non deſcendit obligatio defuncti. Igitur non debet repelli. Hoc eſt quod firmauit idem Bald.poſt Guliel.in l.ſi quis in ſuo.C.de inoffic.teſt.col.ij.vbi quęrit, ſi pater inſtituit filium in legitima vtrū videatur inſtitutus in parte quota, an in rebus certis vel in quantitate? Refert eſſe magnū effectū huius q. Nam ſi in parte quota dicitur inſtitutus, ipſe poteſt occupare eā autoritate propria, vt in §. in omnibus.in auth.de hæred.& falc.ſed ſi in rebus certis dicitur inſtitutus debet recipere de manu hæredis. Ad deciſionem veniens refert Guliel. de Cugn.dicere ꝙ cenſetur hęres inſtitutus in parte quota: excepto tamen ære alieno per l. quiſquis. §. filiorum. ad l.Iul. maieſt.& per l.ij.C.quando & quibus quarta pars debe. lib. x.Hæc fuit ſententia Guliel. ex relatione Bald. ſed ipſe in propoſito quæſtionis noſtræ reſidet ſatis titubans, non declarans mentem ſuam, niſi ꝙ filius inſtitutus in legitima dicitur inſtitutus in quota excepto ære alieno:tamen nō aperit ſi dicatur inſtitutus in quota bonorum, vel hæreditatis, vt ſciamus propoſitum quæſtionis noſtræ:quia ſi in quota hæreditatis repellitur à vendicando rem ſuā, ſecus ſi in quota bonorum. Sed hoc melius declaratur per Salic. in d. l. ſi quis in ſuo. poſt Iac. But. vbi recitat verba Guliel. tenentis ꝙ ſi pater inſtituat filium in legitima, intelligatur inſtitutus in quotitate, excepto ære alieno. Sed ſubdit notanter ꝙ Iac. But. declarat hoc eſſe in quotitate bonorū, ſęd non hęreditatis, vt probatur in d. §.

ad

ad filiorum. & in l. Papinianus.§.quoniam igitur.concludunt isti quòd filius institutus in legitima, dicitur in quota bonorum institutus. Et hoc est quod voluit Bald. in d.l. cùm à matre.& sic intelligendus est., idem tenuit Sali. in d.l. cùm à matre. vbi clarè dicit ꝙ quãdo filius esset institutus in quota hæreditatis repellitur, prout dictum est etiam respectu legitimæ: sin autem in quota bonorum ad legitimam restricta, puta instituat eum in sua legitima, vel in triente: tunc non prohibetur totũ fundum vendicare: cùm non censeatur hæres. Idem tenet Ang. in d.l. cùm à matre.& Bart. in d.§.in computatione.col.fi.& l.cùm vir.ff.de vsucap.licet loquatur ibi obscurè & confusè debes eum intelligere, prout declarat se in d.§.in computatione. Ratio prædictorum stat in promptu, quia habens solam legitimam quæ non facit quotam hęreditatis, sed bonorum tantum, vt est casus in d.§. quarta. nõ potest dici hæres, licet habeatur loco hęredis, si sit institutus in legitima quo ad duo, scilicet, quo ad exclusionem querelæ, & quo ad ius accrescendi, vt in d.§. quarta. & §. quoniam. per Bald. in d.l. quotiens. & Bart. in l. ex facto la grande. col. ij. ff. de hæred. instit. Cùm ergo nõ sit hæres, nec potest conueniri à creditoribus hæreditariis, multò minus potest repelli ex illa exceptione, Quem de euictione, &c. & hæc etiam fuit intentio gl. in d. l. cùm à matre. & hoc obtinet absque dubio in quocunque siue in filio siue in extraneo, qui non succedit in titulo vniuersali sed particulari: vt quia fuit institutus in certa re vel quãtitate, vel sibi fuit iure legati relictum: quia cùm non teneatur de euictione, vt in d.l. quotiens. eodem modo potest vendicare rem venditam, nisi fuisset sibi legatum factum animo compensandi cum illa re. l. si cùm dotem. §. si pater. solut. matrim. l. titia. §. qui in vita. de leg. ij. & l. eum. §. titio. tamen præsumitur animo compensandi relicta, nisi fuerit expressè dictũ. l. creditorem. de leg. ij. in debito volũtatis, secus necessario, vt in d.§. si pater. Et si dicatur licet tunc non possit repelli, per illam regulam, Quẽ de euictione tenet actio. tamen potest repelli, per aliam scilicet, Ex qua persona lucrum sentio. respondetur illud debere intelligi quãdo habet lucrũ iure hęreditariæ successionis: secus si iure particularis legati, aliàs semper legatũ cẽseretur relictũ animo cõpẽsandi. Cuius cõtrariũ iura disponũt, vt respondet Paul. magistrali-

14 ter in d.§.in cōputatione.†Per prædicta habes singularem limitationē ad d. gl. in d.l.cùm à matre. vt procedat in filio vniuersaliter instituto, vel in quota hæreditatis, secus si esset institutus inquota bonorū, vel in sua legitima tantùm: quod idē importat sicut quota bonorum,vt dictum est. Idem sensit Bald.in d.l.quotiens.de hæred.instit.quæ omnia intel lige sanè vbi alius esset vniuersaliter institutus: quia si so lus filius tunc, siue in re certa, siue in quota bonorum habetur tanquam res vniuersalis vt in l.j.§.si ex fundo.ff.de hęred.instit.

15 †Secundò limitabis d.gl. & conclusionem approbatam in d.l cùm à matre, nisi patervendidisset fundum filij, hoc acto quòd de euictione nō teneatur,nec ad pretij restitutionem,vel quia forte donauit eo modo quo donans non teneretur de euictione: nam tūc filius potest vendicare fundū suum,nec potest repelli respectu legitimæ si non habet vltra legitimam.Ista fuit singularis conclusio Iac.quam sequi tur Bar.in d.§.in computatione. Mouentur isti duplici fundamento.Primò,quia iste emptor, seu creditor hæreditarius non potest filium repellere ex illa regula:Quem de eui ctione tenet actio: cùm ipse pater non tenebatur de euictione: ergo nec filius eius hæres: nec potest repelli ex regula dictæ legis, Ex qua persona. ff.de reg.iur.scilicet, ex qua persona lucrum sentio. &c. quia non videtur filius lucrum sentire ex eo quòd habet legitimam tantùm, quæ sibi est debita, ergo debitum accipit & non lucrum sentit. l. j. & ij.C.si quid in fraud.patro.iuncta gl. vbi est casus ꝙ patronus succedens liberto ab intestato, potest per actionem Caluisianam reuocare alienata in eius fraudem. dicit ibi gl. quomodo hæres reuocat factum defuncti cùm hoc non posśit fieri iuxta l. si ab eo. cum aliis.C.de liber.causa.respondet esse ibi speciale, vel quia patronus dicitur magis debitum accipere, quàm esse hæres titulo lucratiuo. Vnde Bart. extollit ibi valde illum tex.iuncta gl.ad hoc quòd hęres non venit cōtra factum defuncti esse verum in eo hærede,qui ex hęreditate dicitur lucrari:secus in eo cui hęreditas est debita. Per quod infert,ꝙ filius institutus in debito bonorū subsidio,licet hęreditatē adiuerit,non prohibetur alienata reuocare per querelā inoffi.donationis,velinof.dotis. Quod refert mēti tenendū. & Ang.ibi extollit illā gl.ad hoc ꝙ qui nō est hæres titulo lucratiuo,licet sit hæres in solidū, potest

potest impugnare contractum defuncti etiam ex quo defunctus tenebatur de euictione. Quod reputat multum notabile. Igitur cùm filius capiat legitimam tanquam sibi debitam, cessat dicta regula. Ex qua persona lucrum sentio. & dictã conclusionem quam firmauit Bart. in d. §. in computatione. sequitur Bart. in d. l. cùm vir. ff. de vsucap. col. fin. licet aliqualiter loquitur obscurè. Et videtur prima facie innuere contrarium: sed debes eum intelligere prout se declarauit in d. §. in computatione, quia in secundo membro in quantum dicit: quòd si non tenetur de euictione pater; non tenetur filius. debes intelligere in legitima, vt ante dictum est, aliàs diceret contra tex. & gl. in d. l. cùm à matre. Idem sequuntur Ang. & Paul. in d. §. in computatione. Pet. de Anch. & Ioan. de Imo. in c. j. de testam. & sunt hæc valde notanda. [f] Hæc limitatio semper mihi visa est dubitatissima, & dum magis cogitaui super ea, magis dubius factus sum & certus pro contraria parte, imò quòd etiam si pater nec filius teneretur de euictione (vt supra est dictum) nihilominus repelleretur filius à re sua vendicãda pro ea parte, pro qua esset hæres etiã respectu legitimæ, licet nihil vltra legitimam haberet. Hanc conclusionem contra Bart. & sequaces reperio firmasse Bal. in l. cùm à matre. col. iij. C. de rei vend. in versi. si non de euictione, vbi refert opin. Bart. quam dicit esse cõtra textum & gl. d. l. Sed non persistit in totum contra Bart. imò dicit, quòd sustinendo eum posset dici, quòd debitum bonorum subsidium est lucrum. l. ij. de iur. & fact. ignor. sed in eadem l. in iiij. col. in versic. sed reuoco hic in dubium. firmat pedes contra Bar. & idem Raph. Fulg. quem sequitur Alexand. Imol in d. §. in computatione. firmant hanc conclusionem contra Bart. Et ego hanc teneo & contrà Bar. & sequaces. videtur mihi, quòd stringunt fundamenta sequentia. Primò text. in d. l. cùm à matre. ibi (domum filij te sciente comparasse proponis) vbi est casus quòd pater venditor non tenebatur de euictione: cũ emptor fuit sciens rem alienam l. si fundum. C. de euict. & nihilominus repellitur filius à vendicando rem suã. & tex. ibi indistinctè dicit, quòd filius erat hæres matris: vnde satis videtur ꝙ esset hæres etiam in legitima. Secundò est ibi glo. expressa approbata, quæ tenet quòd etiam si esset casus in quo pater non teneretur de euictione militet illius le-

gis dispositio, vt scilicet filius repellatur à vendicando rem propriam. & ibi gl. firmat illã legem habere locũ etiã in filio hęrede patris rem suã alienãtis & tex. in l. fin. ff. de libe. cau. expressè loquitur in filio hærede patris alienãtis. Cùm ergo hæc iura indistinctè repellãt filiũ hæredẽ patris, etiã vbi pater non tenetur de euictione, & illum obligent ad non contrauenien dum paterno contractui, nõ possum scire, quo iure nobis concedatur licentia limitandi dicta iura in legitima filij, vel vltra. Ad fundamenta Bart. & sequaciũ stat responsio & non difficilis: dicũt enim quòd filius nõ potest repelli ex regula l. ven dicantem. ff. de euictio. scilicet, quem de euictio. tenet actio. cõcedo ex quo pater suus non tenebatur de euictione. Dicunt etiam quòd minus potest repelli ex dicta regula, scilicet. Ex qua persona lucrum sentio: cùm non videtur lucrum capere filius in sola legitima, hoc non concedo: imò dico quòd dictum argumentum, non est concludens: imò potest euadi per glosam notabilem in l. iij. quæ incipit, Si emancipata. C. de iur. & facti igno. vbi glos. eleganter, dicit quòd legitima non est debita filio in bonis patris, sed quasi debita. l. fina. §. j. de curato. furios. & sic in ea acquirẽda, seu amittenda non tractatur verè de damno, imò magis de lucro: & sic nõ est verè damnum illam amittere. Et Bar. ibi illã extollit ad hoc quòd, quando quis acquirit illud quod est sibi quasi debitũ: dicitur lucrari & iudicaт sicut de eo quod lucratur: & reputat hoc notãdum. Et per hanc responsionem satis videtur cõfundi argumẽtum Bart. & sequacium, imò cùm filius accipiendo legitimã capiat lucrũ & tanquã de lucro sit iudicandum quod posset repelli per dictã regulam, scilicet. Ex qua persona lucrum sentio: & cũ hac respõsione sibi satis fecerunt aliqui Modernorũ. Nec obstat huic responsioni, id quod notatur in l. ij. ff. si quid in fraudẽ patroni. nam ibi loquitur in casu speciali, scilicet, quando alienatio fuit facta in fraudem hæredis habentis in bonis defuncti, vt ibi vult prima solutio gl. quã Cyn. & alij sequuntur, & hoc est etiã quod voluit gl. in l j. C. de inoffi. dona. quã ibi sequitur Bald. col. v. versi. quæro vtrũ iuramẽtũ, vbi dicit quòd in casu donatiõis inofficiosæ factæ à patre filius venit contra factũ patris etiã si sit hæres patris, cum non teneatur habere ratũ, quod est factũ in fraudẽ suã. Ideo dicebat glo. notanter ꝙ licet filius sit

sit hæres patris, vel patronus sit hæres liberti & venit contra contractum pœnalem nō incidit in pœnā. dans gl. theoricam quod vbi rescinditur cōuentio principalis rescinditur pœnalis & quælibet accessoria. Hoc dixit eleganter gl. in l. si patronus. in §. patronū in parte Fabiana. ff. si qd in frau. patro. itaque licet filius acceptet hæreditatē paternā, nihilominus potest agere reuocatoria inofficiosæ donationis: cū sit actio propria filij tendēs ad reuocandā fraudē. ff. si quid in frau. patr. l. j. §. pen. & sic est ille casus nimis diuersus à nostra quæstione. Ego respōdeo aliter ad d. l. ij. in qua aliqui faciunt fundamentū, scilicet, quia illa lex loquitur in patrono qui habet legitimā in bonis liberti titulo oneroso: vt expressè tenet gl. in d. l. ij. pro qua est casus notabilis in l. si patronus. ff. de donatio. sed in filio secus, qui non dicitur habere legitimā titulo oneroso: sed lucratiuo, nisi esset filius arrogatus, vt dicit gloss. in d. l. iij. de iuris & facti ignoran. est casus pro ea in l. fin. §. j. ff. quæ in fraudem credito. Et hoc reputauit Ang. vtile in d. l. ij. ad quęstionem de facto in eo cui legitima fuit relicta tā per patrem, quā per auum, vt non debeat illā cōsequi bis: cū in eadē re non cōcurrant duæ causæ lucratiuæ. l. mæuius. §. duobus. de leg. ij. refert sic esse iudicatū de facto Perusij. Aliter etiā potest respōderi ad d. l. ij. scilicet: quia ibi ex cōtractu defuncti non descēdit illa obligatio in patronū, licet sit hæres: ideò contractus defuncti meritò nō officit hæredi. Quē theoricā dedit gl. singularis in l. quęsitum. §. fin. ff. de precario. quā extollit Bal. ad hanc solutionem in d. l. cùm à matre. Item videtur mihi ꝙ Bart. & sequaces malè sumunt fundamentum ex d. l. ij. cùm ibi defunctꝰ tenebatur de euictione. Quapropter si ex d. l. sumendū esset argumentū fateremur de necessario, ꝙ etiā in casu in quo defunctus tenetur de euictiōe filius hæres eius posset vendicare rē suā. Cuius contrarium ipse Bart. post glo. & alij fatentur in d. l. cùm à matre. & in d §. in cōputatione. Præterea dato ꝙ fundamentum Bar. esset verū: ita ꝙ filius non posit repelli ex illa regula. Quem de euictione tenet actio: nec ex illa regula. Ex qua persona lucrū sentio: tamen bene potest repelli ex alia, scilicet, quia hæres repræsentat personā defuncti: vna & eadem persona censentur. vt in authentico. de iure iurand. à moriente præstito. vnde quèmadmodū ipse defunctus etiam vbi de eui-

ctione non teneretur:nō pos-
set venire contra factum suū:
ita neque eius hæres eius per-
sonam repræsentans,vt est ca-
sus in dicta lege venditrici.
& in dicta l. filium.cum aliis
ante allegatis.& sic Paulus in
dicta lege cū à matre.in prin-
cipio.dicit expressè quòd re-
pellitur filius ratione triplici
ad non veniendum contra fa-
ctum defuncti.vna, quia quē
de euictione,alia,Ex qua per-
sona,tertia quia sicut ipse de-
functus non possit viuens ve-
nire contra factum suum, vt
lege post mortem ff. de ado-
ptionibus. ita neque hæres
eius,qui reputatur eadē perso
na cum eodem.ad hoc est l.cū
hæres.ff.de diuersis & tempo
ralib.præscriptio.& dicit Pau
lus hanc esse meliorem & ge-
neraliorem rationem omni-
bus:cùm aliæ recipiant fallen
tiam.facit in argumētum lex
rem alienam.in fine.ff.de pi-
gnoratitia actione. Conclu
g siue g igitur teneo contra Bar
tolum quòd etiā respectu le-
gitimæ filius hæres obligetur
stare contractui paterno:etiā
si esset casus,in quo pater non
teneretur de euictione:& per
cōsequens repellatur à re sua
vendicanda:& hoc mihi vide-
tur verius,maximè cùm credi
tores hæreditarij magis fauē-
di sunt,quàm filius in legiti-
ma: vt in d.§.quarta. Quod
perpetuo tene menti: nam in
practica quotidie versatur ni-
si dicas saluando Barto.quòd
ipse loquitur quādo pater ven
didisset fundum hoc acto ex-
pressè:quòd non teneretur de
euictiōe.Item in alio casu lo-
quitur,scilicet, in filio reuo-
cante per querelam inofficio-
sæ donationis:qui reuocat in-
officiosè donata etiā si sit hæ-
16 res. † Aduerte tamē ad mo-
dum & formam repellendi fi-
lium hæredem à re sua vendi
canda:vt scias si in totum,vel
pro parte hæreditaria,vel pro
quātitate in qua successit,vel
quomodo:nam si filius nō fe-
cit inuētarium,repellitur pro
parte quotatiua:hoc est quòd
si est hæres in solidum repel-
litur in totum.Sed si sunt duo
hæredes,repellit̄ pro ea par-
te pro qua est hæres,scilicet,
pro dimidia: & sic si in alia
parte dato,quòd non haberet
nisi legitimam.glo.& Barto.
in dicto §.in computatiōe. &
ibi omnes.textus & gl.in di-
cta l.cùm à matre.& probant
omnia iura ante allegata dis-
ponentia ante confectionem
inuentarij. Est casus ad literā
in lege fin.§.cùm igitur.& in
§.si verò postquàm.C. de iure
deliberādi.ibi (vel sese immi
scuerit) vbi text. loquitur in
suis:ad quos propriè pertinet
immisceri.& dicit text⁹ ꝙ in-
uentario non facto,tenetur in
solidum

solidum creditoribus etiã vltra vires hæreditarias. Quem text. adhoc ponderauit Barto. in §. si verò non fecerit, ad fin. in authen. de hæred. & falcid.

Ratio est quia pro ea parte pro qua est hæres repræsentat personam defuncti: ideo si insolidum est heres in totum repellitur. si in dimidia est hæres, repellitur ꝓ dimidia fundi venditi: dato quòd dimidia fundi multò plus valeret quã dimidia hæreditatis: puta dimidia fundi valet cc. dimidia hæreditatis, centũ repellitur pro dimidia fundi quę sunt cc. cũ non inspiciatur quantitas: sed quotitas, sic intelligit glo. in d. l. cũ à matre. & ibi est casus. & ibi Doct. & Bal. col. iiij. pro aliis pro quibus non est hæres: nunquàm à vendicando excluditur. cũ pro illis non descendat in ipsum obligatio à patre: nec alicuius iuris con fusio. lege, si adulta. C. de hæreditariis actionibus. casus in dicta lege, cùm à matre. Bald. notabiliter in dicto §. in com putatione. columna quarta. versicu. & vnum scias. Et si teneas opinio. Bart. & sequaciũ, hoc intellige nisi testator pater non esset obligatus de euictione: nã tunc etiam si filius non fecisset inuentarium: non repelleretur respectu legitimæ, vt ante dixi. & expressè firmat Bar. Ange. & sequaces & in d. §. in computatione. licet Fulgosus, & Alex. teneant cõtrarium imo eũ repellendum in d. §. in cõputatione. Quam opinionẽ ego supra tenui & illã sequitur Bald. & latiùs in d. l. cũ à matre. col. iiij. versic. sed reuoco in dubiũ: firmans ꝙ etiã vbi non haberet locum euictio: hæreditas esset penitus nõ soluendo: si filius hæres institutus adiuisset, sine beneficio inuentarij repelleretur à vendicãdo rem suam. Sed vbi filius fecisset inuentariũ: solũ repellitur respectu quãtitatis puta si est hæres in totũ: & hæreditas valet tantum sicut res vendita: repellitur in totũ: & satis est ꝙ non patitur damnũ cũ habeat rei suę æqui pollens: aut hæreditas valet minus: & tũc ea tenus quatenus deest admittitur ad vendicandum: sed vsque ad concurrentẽ valorẽ repellitur à vendicando: licet ista computatio sit difficilis. l. vlti. ff. de adimẽ. leg. tamen hincinde rerũ facta extimatione reddetur cer ta. Et sic facto inuentario non cõsideratur quotitas: sed quãtitas, & inspicitur vtilitas & effectus: & nõ merũ nomẽ hęredis: & sic quãdo facit inuentariũ: solummodo repellitur ex illa regula, scilicet, Ex qua persona lucrũ sentio. nõ ex ea, scilicet, quod hæres nõ potest venire cõtra factũ defuncti: vt

dixit gl.in d.l.cũ à matre.probatur in d.§.in cõputatiõe.& Bald.ibi notabiliter post glo. iiij.col.versi.quæro ergo.exẽ-
17 plificãs hæc omnia. †Tertiò modo limita glo.d.l.cũ à matre.& text.ibi.(Repellens filium à vendicando rem suam) etiam respectu legitimæ pro ea parte,pro qua est hæres: vt procedat quãdo pater rem filij vendidit tanquàm suam & suo nomine proprio. si verò vendidisset tanquàm rem filij & administratorio nomine filij:tunc filius licèt esset hæres patris: posset rem suam vendicare & venire contra paternum contractum. sic limitat eam Paul.de Cast.in d.l.cùm à matre.probatut hoc: quia à iure prohibetur pater vendere rem filij l.j.C.de bon.mater.vnde idem ipse posit con trauenire: per l.,quemadmodum. C.de agric & censi.& l. iubemus. §. sanè. C. de sacro sanct.eccle. Ergo eodem modo licèt sit hæres eius si contractum non ratificasset, vt d. l.j.de bon.mater. Nec obstat ad primum fundamentum habens: quòd ipse pater posit contrauenire. si dicatur quòd quis non potest venire contra factum suum etiam ex persona alterius.l. si non sortem.§. si filius.ff.de condic.inde.quia respondetur illud esse verũ ad commodũ suũ.& sic loquitur ille text.in proposito venit ad cõmodũ alterius,scilicet,filij. nec obstat si dicat̃ contra deci sionẽ quæstionis & limitationẽ,quòd licèt vẽdiderit rẽ tan quàm filij & eius noĩe, tamen suo proprio noĩe tenetur de euict.l.& si is de prædiis min. & in l.seruũ titij.ff.mãda.quæ obligatio descendit in ipsum tanquã in hæredẽ:ergo nõ po test venire cõtra per l.vẽdicantẽ.adhoc respõdet per ea quæ plenè notãtur in l.ij.C.si quid in fraud. pat.ita residet Pau. Quod tene mẽti ad limitationẽ d.l.cùm à matre. Ego non teneo hãc limitationem Paul. imò dico,quòd in casu in quo pater vendẽs rem filij administrario noĩe:& tanquàm rẽ filij: prout Paul.affirmat tenetur de euictione:q^d est quãdo noĩe proprio ipse se expressè obligasset: vt dicit tex.in d.l. & si is.quod tunc etiam filius tenet̃ stare cõtractui paterno & repellet̃ è re sua vẽdicanda, nã quis dubitat nisi ꝙ ex quo pater tenebat̃ de euictiõe: ergo per cõsequẽs filius eius hæres: & ita repellet̃ filius per regulã.d.l.vẽdicãtẽ.nec hoc fundamentum potest repelli ex responsione confusa assignata per Pau.dicentem:satisfieri hoc per ea quæ notãtur in l.ij. C.si quis in frau.patro.nã ille casus est multùm diuersus à nostro: quia ibi loquitur in patrono

patrono cui debetur legitima titulo oneroſo: cuius contrarium eſt in filio cui legitima debetur titulo lucratiuo: vt in d.l.iij.de iu.& fac.ign. ideo repellitur etiam reſpectu legitimæ, ſi ſit hęres patris vt tenuit gl. approbata in d.l. cùm à ma
h tre. Vnde [h] licet Paulus nihil dicat, ego reperio glo. ſing.& expreſſam in d.l. cùm à matre. contra eum: quæ bene guſtata ſentit clarè, quòd licet pater vẽdidiſſet adminiſtratorio nomine rem filij, itaq; ipſemet pater poſſet cõtrauenire, vt d. l. quemadmodũ. tamen filius eius hæres nullo modo poſſet contrauenire, nec rem ſuã vendicare: & ibi glo. eleganter facit omnia argumẽta quæ Pau. à ſeipſo videtur facere in opinione contraria: & reſpondet pulchrè dictis Pau. fundamentis: concludens etiam illo caſu filium repellendũ: nec obſtat l.j. de bo. mater. vbi filius admittitur ad rem ſuam vendicandam à patre vẽditam: quia ibi non erat hæres patris. Nec etiam obſtat quòd ipſe pater reuocat, vt d.l. quemadmodũ. nam hoc facit vt legitimus administrator quam legitimam adminiſtrationem non tranſmittit ad filium. Item non obſtat argumentum de patrono: quia etiam in vita libertus nõ poteſt minuere iura patroni, quòd in patre non ſit qui libe-

rè alienat, & ſic concludit glo. quòd ſuo nomine non vendicat filius: quia ſucceſsit ei qui ſuo proprio nomine non poterat vendicare: & miror de Pau. non aduertiſſe ad dictam glo. nec de ea aliquam feciſſe
18 mentionem. †Nunquid [i] au-
i tem filius non faciens inuentarium priuetur legitima? & glo. ſingu. in authen. de hære. & falc. in §. ſi verò non fecerit. colla.j. in parte lucrari. dicit quòd licet filius non faciens inuentarium priuetur falcidia: non tamen priuabitur legitima ſibi debita iure naturæ Do. aliam ſimilem de iure delib. C. in l. fin. §. ſi quis autem temerario. in parte ſacramento. in fine gl. quæ dicit quòd in quarta iure naturę putat quòd non præiudicat ſibi filius quo ad legata: licet non faciat inuentarium. Sentit alia glo. in §. ſi quis autem nõ implens. de hær.& falc. probatur in auth. hoc amplius. C. de fideicom. ibi, (eò quòd propter debitum naturæ) & ibi gloſ. in parte naturę tenet. idem ſequitur etiam glo. in authen. ſed cùm teſtator. ad legẽ Falc. C. Conſidera quia quo ad creditores hoc non eſt dubium, niſi quòd non feciſſe inuentarium præiudicat filio: etiam in legitima: ideo cautè locuta eſt gloſ. in dicto §. ſi quis autem. in quantum dicit quòd

non

non præiudicat sibi quo ad legata. Ratio est clara vt dicebat Sali.in d.§.si quis autem. cùm legitima solummodo debeatur ære alieno prius deducto. vt in d. §. quarta. est casus qui loquitur in filio.in d.l.fin.§. si verò postquam.glo. & omnes in d.§.in computatione. Stat dubiũ quo ad legatarios: vtrũ quo ad legitimam præiudicat filio non fecisse inuentarium: ita quòd teneatur soluere integra legata, licet nihil sibi remaneat pro legitima: & vt vidisti Accur. in locis antè dictis tenuit quòd non.pro quo facit dicta auth. hoc amplius. vbi dato quòd filius sit inobediens patri, legi, & iudici non priuatur legitima. ergo idem & fortius in proposito si legi tantummodo non obediat nõ conficiendo inuẽtarium: quæ fuit ratio glo. in d. auth. hoc amplius. Item quia legata quę minuuntur propter æs alienũ sunt ipso iure nulla, nec censentur legata.ff.ad Trebel.l.j. §.penul.& in l.fin.§.& si præfatam.C.de iure delib. per gl. cùm ergo legitima censeatur ab initio tanquam æs alienũ: vt in d.§. quarta. & §. quoniã autem.& in l. cùm ratio.ff. de bo.dam. Igitur non sunt soluenda. Hæc sunt quæ vrgent pro opinione Accur. Sed his non obstantibus quidam Doctor antiquus nomine Ricar. Mal. reprobat omnes dictas glos. Mouetur ex eo quia de propria bursa, & de proprio patrimonio, hæres tenetur dicta legata soluere: vt in auth. de hære. & fal. §. si autem nõ fecerit. Item quia lex præsumit ex quo non fecit inuentarium, quòd hęreditas locuples fuisset soluendo, & sic præsumitur quod subtraxerit, vt in eodẽ tit.§.sancimus. in princ. & hanc opinionem sequitur Sali.in authen. sed cùm testator. ad legem Falcid. & idem ipse & melius in d.§.si quis autem.confirmat hanc opinionẽ hoc fundamento: quia non faciendo inuentarium actio hæredi competens, remanet confusa per aditionem. Itaq; nulla ex ea remanet exactio, nec deductio, vt in §.si verò.d.l.fi. ergo nec in debita iure naturæ: quæ vt æs alienum hæredi debitum censetur. Nec obstat l.imponẽda.C.ad l. Falci.quia loquitur secundũ tempus antiquum: secundum quod non erat prouisum de beneficio inuentarij. In vno tamen proderit filio secundum eum, & sic dicit posse saluari glos. vt, scilicet, posit filius quartam sibi iure naturæ debitam deducere: in aliqua re quam habere sua intersit, ratione affectionis quam habet ad eam: & de suo patrimonio satisfaciet integrè legatariis, accedat l.in

emptio

emptione.ff. de mino.ita reſidet. Communis opin. eſt pro gl.quam tenet Bar.in d. auth. ſed cùm teſtator. Bal. in d.§.ſi quis autẽ.& ibi Ange.& Alex. Bal.in d.l. cùm à matre. Ioan. And.de inſtru.edi.§.fin. verſi. quid de ſuo. Ang.& Imol.in l. j.§.hęc ſtipulatio.ff. ſi cui plus quàm.per l.Falc.Cyn.in d.§.ſi quis autẽ.Bal.in l.j.C.de bon. auth.iud.poſsi.probatur vltra alia per tex.in auth.de hær.& falc.§. pen. vbi eſt caſus in patrono. idem ſequitur Bart. in auth.de hære. & falc.§. ſi quis autem. Ad fundamenta in oppoſitum dum dicitur quòd debent ſolui legata integra, vt ante dicta iura diſponunt, fateor.Et ſi dicas, quid proderit tunc filio legitimæ detractio: ſi ſolida legata debet ſoluere de ſuo?reſpondet Cyn.& Bar. poſt alios antiquos in d. §. ſi quis autẽ. quòd legitima ante omnia deducitur antequam legata ſoluantur,& ſic legitima deducta diminuit legata. Sed iſta legata ſic diminuta per legitimam debent integra & ſolida ſolui à filio:etiã ſi excedãt vires patrimonij,& ſic debet ſecundũ eos intelligi d. auth. ſed cùm teſtator. hoc approbat & ſequitur Bal.in d.l.j. de bo.aut.iud.poſſ.dicẽs,ꝙ filius nõ faciẽs inuẽtariũ nõ perdet debitã iure naturæ: vnde detrahet legitimam de omnibus bonis: ad reſiduum tenebitur in ſolidum, puta ſi hæreditas valet duodecim: deducit ante omnia quartã de tota maſſa bonorum,puta quatuor, & ſic tenebitur ad octo in ſolidum: ſed ſecundum eum videtur mirabile quod legitima detrahatur de numero: ſiue de tota maſſa legatorũ: & nõ de ſubſtantia bonorum quæ non eſt. reſpondet,imò eſt in ſubſtãtia vſque ad debitũ bonorũ ſubſidium, ſed hoc, ſcilicet debitũ naturæ, non cõputatur in bonis:vnde tale ius eſt quale:ſi ille qui aliâs debet duodecim: nunc nõ debet niſi octo, quia executio fit in octo tãtùm,nõ in duodecim ſecundum eum.

Nec etiã obſtat tex. in d.§. ſi verò poſtquam.l.fin.C.de iure deli.ibi,(vel ſe immiſcuerint) vbi text. loquitur expreſsè in filio nõ faciẽte inuentarium. & dicit tex.ꝙ nullius legis beneficio vtitur: nam reſpondet ſingulariter Bar.in d.auth. de hær.& falc.§. ſi quis.quòd loquitur de beneficio detrahendi quartã debitã iure inſtitutionis:quaſi vellet tex. dicere, quòd ſiue hæres ſit extraneus, ſiue ſit filius,ſi non facit inuentarium non vtitur beneficio illius legis,ſcilicet, detrahendi quartam iure inſtitutionis debitam:quo beneficio vtitur inuentarium faciens,vt d.l.fi. §. & ſi præfatam. & §. quòd ſi poſt.

post.sed bene vtitur beneficio detrahendi quartam iure naturæ debitam:cùm non sit par ratio inter vnam & aliam. argu.l. fin.C. de condi. notatur per glo. in d. §. si quis autem non implens.in glo.ne ipso iure.per quæ fundamenta quasi omnes scribentes sequuntur
19 opinionem glo. †Hæc prolixitas satis sufficiēs est pro hac vij.ampliatione.Sed circa prędictam communem conclusionem glo.& sequacium, vnum est quod turbat me.Nam cùm hodie de iure istius regni, per
k l.(ningun home) [k] cuius commentū est in manibus, omnia bona paterna dicuntur legitima filij excepta quinta.si ante omnia legitimam deducit filius,inuentario non facto, remanebunt in tantum legata diminuta,quòd quasi nihil remanet ad illa soluenda & adhuc nihil remanet : si testator legauit quintam pro anima vt plerunque fit:vnde erit in potestate filij inuentarium nō facientis, occultare bona vt in exinde fraudentur legatarij: ad quam fraudem vitandam prouisio inuentarij facta est. Ideo hodie opinio Ricar.Sali. & Nico. de Matha. subtiliter & cum æquitate magis cogitanti non careret defensione maximè quia secundum eam consuluerunt Oldr. & Pau.de Cast. vnde si iudex essem recurrerem ad coniecturas tam filij, quàm eius famæ, quàm ad facultates per testatorem eius patrem relictas : vtrum opinio vulgi cum alia coniectura det aliquam certitudinem: seu iustam causam opinandi eum reliquisse plura bona amplius quàm apparent:vt ex his & aliis insurgat præsumptio contra filium qui nō fecit inuētarium : & legatarij non remaneant defraudati.

SVMMARIVM.

1 *Quando est dubium an prouisio patris inducat commodum,vel damnū, an reijciatur de legitima?*

ADDITIO.

a *Vide Alexan.in l. multi non notæ.ff.de lib.& posthu. Ias.l.filijs matrem hic alleg.*

1 Octaua † extensio ad hanc legem sit vt in tantum omne onus, cōditio & grauamen reiiciatur de legitima nō solùm vbi esset certum, quòd paterna prouisio, seu dispositio induceret onus & grauamen filio in legitima : verùm etiam vbi esset dubiū : vtrum talis prouisio induceret commodum fauorem, seu vtilitatem filio : vel dānū siue onus: quia vtroque casu non valet: imò reiicitur de legitima.

a Hoc tenet [a] Barto. amplians sic hanc l. in l. filiis matrem. C.de inofficio.testamen. & in l.cùm ex filio.col.ij.ff. de vulga. licet olim secus esset. imò

condi

conditio quæ poterat se habere ad fauorem vel odium ex euentu, non reiiciebatur, vt l. si pater puellæ. isto titu. hæc conclusio probatur apertè ex glo. d. l. si pater. quæ tenet hodie illam legem esse correctam per hanc. sed ibi dubium erat, si prouisio paterna cederet lucro, vel damno filij, & ex futuro euentu vtrũque poterat contingere. Et istud fuit Bart. fundamentum & omnes qui approbant d. glo. sunt in hac opinione, quæ iuuatur ex his quæ suprà dixi in vj. ampliatione & ex his quæ dicam infrà, in prima limitatio. huius legis. Hoc eleganter limitabat Salic. hic in ij. col nisi in casu vbi esset dubium, si talis prouisio inducit onus vel commodum: esset aliqua coniectura verisimilis, per quam colligeretur, quòd testator fecerit illud in prouisionem & commodum filij: nam tunc dilatio, seu conditio toleratur: nec reiicitur per hanc legem. probat hoc per l. cùm ex filio. ff. de vulga. nam ibi est coniectura, propter substitutionem pupillarem de eo factam in persona alterius impuberis: sed vbi hæc coniectura non posit capi in dubio dilatio submouetur. Hæc ille, quod not. sed vtrum verum dixerit infrà latiùs dicam in prima limitatione huius legis.

SVMMARIVM.

1 *Filius acceptando simpliciter sibi à patre relictum non præiudicat sibi in legitima, ampliatur in principio & nume. 2. 3. & 4.*

5 *Renuntiatio expressa de legitima requiritur vt filius sibi præiudicet in ea.*

6 *Declaratur opinio Pau. de Cast. in §. & generaliter.*

ADDITIO.

a *Vide Ias. referentem plura in eodem §. generaliter. in ij. notab.*

b *De quo vide sing. Doct. de Pal. rub. in rep. rub. de do. inter vir. & vxo. §. xvj. incip existis. in fi. col. inter alia concludentem quòd qui rectè vult facere maiora tum relinquat filijs legitimam per dotem competentem, vel faciat quod consentiant expreßè suæ legitimæ & eius supplemento renũtiando cum iuramento.*

1 NOna † & elegans, & quotidiana extensio sit: vt omnino grauamen reiiciatur de legitima, siue in quantitate, siue quocunque onere dato quòd filius acceptasset, simpliciter id quod sibi à patre relictum esset. Iste est casus sing. in l. si quãdo. §. & generaliter. isto tit. In tantum [a] quòd non solùm si filius simpliciter acceptasset sibi relictum post mortẽ patris: sed etiã si fecisset hæredi quietationẽ generaliter de eo quod recepit: quia in residuo nõ præiudicat sibi. Casus est notabi. in d. §. & generaliter

liter ibi.(si filius post obitum patris hoc quod relictũ vel datum est simpliciter agnouerit fortè & securitatẽ hæredibus fecerit,quod ei relictũ est accepisse:nõ adiiciens nullã sibi de repletione superesse quæstionẽ:nullũ filium sibi facere præiudicium.)Acceptatio igitur cũ generali quietatiõe nõ
2 præiudicat filio. † Extendit se plus ibi Pau.de cast.vt procedat ille text.nõ solũ si filius post mortẽ patris acceptasset legatum sibi relictũ & fecisset quietationem hæredi de eo quod recepit:sed etiã si fecisset hæredi pactum de amplius non petendo : quia tale pactũ secundũ eũ debet restringi solummodo ad illud quod recepit,vt illud amplius nõ petat. Sed non extenditur ad supplementũ quod non recepit,probatur ibi & idem sentit Bald. licet non ita clarè & iudicio meo pro hoc optimè adducitur litera.ibi(nõ adiiciens nullam sibi superesse de repletione quæstionem.) Si autem diceret quòd promittit eũ plus non petere:tunc sibi præiudicaret,quod nota secundũ Paulum. ibi & excluderetur à petitione supplemẽti.Ratio differentiæ stat in hoc secundum eum : quia vbi promittit plus non petere : illud non potest referri ad id quod recipit:cùm verba hoc non patiuntur , sed referuntur dicta verba ad id quod non recepit, quod est plus,id est,vltra id quod recepit:& si ad illud non refertur verbum plus : nihil operaretur, nec aliquid importaret, sed vbi promittit amplius nõ petere: bene, & congruè possunt dicta verba referri ad id quod recepit : fortè enim pluries petiit extra iudiciũ & nũc promittit amplius nõ petere, quod nota.licet Bal. aliter videtur sentire. † Procedit etiã
3 illius §. dispositio : etiam si in testamento apposuisset clausulam:in qua iusit ꝙ filius de bonis suis amplius petere non posset. Iste est casus singularis in auth. vt cùm de app. cogn. §.ceterum.ibi.(Etiam si certis rebus iussi fuerint esse contenti, ob hoc testamentum quidem solui nullatenus permittimus.) Vbi est casus apertus, quòd onus illius clausulæ non valet in legitima : nec operatur quo ad impediendum ius supplementi,nec quo ad testamenti impugnationem.quem tex.ad hoc extollit Bald. in l. omnimodo. in princ.col. ij. C. de inoffic. testam. & Bald. in d.§.& generaliter.in princ. dicit, quod si pater reliquisset filiæ in testamento decem : & iusit eam esse contentam, ita quòd in bonis suis non posset plus petere vel habere:occasione legitimæ,vel alia quacunq

cunque ratione: filia istud legatum acceptauit & recepit à fratre, & fecit ei finem & refutationem: quòd nihilominus potest agere ad supplemētum legitimæ, mouetur primò ex d.§.cæterum. Secundò, quia agnoscere iudicium defuncti non nocet in legitima, vt d. §. & generaliter. Nec obstat ꝙ nihil fuit protestata, quia d.§. & generaliter. sine aliqua protestatione reseruauit sibi ius agendi ad supplemētum, hoc tenent Ang. in l. iubemus. C. ad Trebel. Ioan. de Imol. in l. quod de bonis. §. cùm fideicōmissum. ff. ad l. Falcid. & satis fuit de mente Bart. in l. Papinianus. §. si conditione. in fi. ff. de inoffic. testam. Secundum hanc opinionem reperio consuluisse Alex. in j. volu. consiliorum, consil. lxix. incipit super primo dubio, vbi quidam Pet. de Rodul. fecit testamentum, in quo reliquit Agneti filiæ suæ mille libras marchisanorum: & mandauit illam esse tacitam & contentam cum illis, pro omni legitima sibi iure naturę debita: & quòd vltra nihil de bonis suis petere posset: occasione legitimæ, seu alia quacunq; causa. Quę filia acceptauit dictum relictum, consuluit ꝙ non obstante dicta clausula & acceptatione. d. filia posset petere supplemētū legitimæ. Imò dicit & singulariter: quòd etiā si dicta filia petiit dictas mille libras: & acceptauit legatum: non solùm non repellitur propter hoc à supplemento legitimæ: imò potest petere legitimæ supplementum cum fructibus à tempore mortis testatoris: nō obstāte legati acceptatione: nam sicut filio debetur legitima: ita & fructus legitimæ, vt in aut. nouissima. C. de inof. test. & ibi not. & in l. Papinianus. § vnde si quis. eod. tit. ff. notat gl. in l. fideicōmissaria. in gl. j. ad fi. ff. ad Treb. & Bal. singulariter declarat hoc in l. non est. C. fami. ercisc. dicens: hoc esse verum, etiā si tales fructus essent cōsumpti ab hærede bona fide possidente. quod nota. Et Pau. de Cast. post Bal. in d. §. & generaliter. extendit d. §. cęterū. & supra dictam conclusionē: etiā si pater in testamento dixisset: & si filius meus amplius petierit, cadat à dicto relicto. videbatur enim ꝙ tunc testamentum esset nullum: quia filio nihil videbatur relictum si plus petat. Contrariū tamen decidunt fauore testamenti: cū nec dictam cōditionem pater apponere potuit: per ea quę notat Bar. in l. j. ff. de his quæ pœnæ no. & sic residēt. quod nota.

Sic ergo intellectū & ampliatum d. §. & generaliter. illud tenebis menti. nam Ang. in l. iubemus. C. ad Trebel. illū lau

dat ad hoc ꝙ filius per approbationem generalem quã facit de testamento paterno: adeundo eius vigore non præiudicat sibi in iure legitimæ, quod clarè probatur inquantum tex.dicit.(Non adiiciens nullam sibi superesse de replетione quæstionem) vbi tex.requirit specialem remissionem supplemẽti legitimę. Perquod infert ibi idem Ang.ꝙ licet filius cui minus legitima relictũ est: petat testamẽtum insinuari in iudicio, secundũ formam statuti Perusij, non propterea videatur sic agnoscere voluntatem defuncti: vt non posit agere ad supplemẽtum legitimæ. Idem Ang. in l. Papinianus.§. si conditioni. col. ij.ff.inoffic.testa.refert se pluries consuluisse, & vidisse de facto in filiabus: quibus iure institutionis dotes sunt relictæ pro eis maritandis, & dotes non ascendunt ad integrã legitimam: nihilominus testamenta produxerunt animo insinuandi: quia per hoc non videntur renunciare iuri agẽdi ad supplementum.& Salic.ibi in princ. illum text. notat ad hoc quòd simplex agnitio iudicij defuncti, non præiudicat filio in legitima: nec in eius supplemento. Quæ est notabilis extensio ad istum text. vidi enim plerunq; de facto, ꝙ pater in testamento reliquit filio legitimam sub aliqua conditione, vel onere: puta quòd non alienet quod veniat ad filium suum maiorem, & similia: filius agnouit iudicium defuncti patris: acceptans simpliciter id quod sibi relictum est: & sic possedit in vita sua. Nam per hoc non videtur cõsensisse in dicto onere: imò libere deueniet ad filios suos, & sic alias consului apud Toletum: in causa ardua, de qua latius dicetur infra ampliatione

5 sequenti.† [b] Aliud etiam pro-
b bat tex.sing.ꝙ non solùm simplex agnitio: verùm etiam renuntiatio nunquam nocet filio in legitima: nisi expressè & specificè renuntiaret legitimæ, hoc probatur in d. versic. non adiiciens .ad hoc allegant Guliel.de Cug. d.§.& generaliter.in l.de his.ff.de transact. & Bal.ibi dicentes, ꝙ nunquã filius censetur renuntiare legitimæ: nisi hoc expressè dicat. Itaque legitima non cadit sub generali renunciatione. vnde inferũt ꝙ si frater assignat sorori aliquam partem de qua illa vocat se contentam, & promittit plus non petere, ꝙ nihilominus posset petere supplementum legitimæ, nisi expressè fuisset actum ꝙ tale supplementum non posset peti.

Infernnt etiam, ꝙ si fratres maritauerunt sororẽ, cui erat relictum aliquid à patre in testam

stamento suo: illa vocauit se contentam: & fecit eis finem & quietationem, pro eo quod sibi relictum fuerat à patre: ꝙ nihilominus potest agere ad supplementum: cùm ius legitimæ non tollatur, nisi expresse remittatur, & ex certa scientia per d. §. ideò dicit Bal. sing. in d. l. de his. ꝙ sit cautus frater. vt quando sorores renunciant fratribus: faciant expressam mentionem de legitima, quod nota ad materiã c. quanuis pactũ. de pact. lib. vj. idem per omnia Ang. in d. l. de his.

6 † Superuenit Paul. de Cast. in d. §. generaliter, dicens militare dictam conclusionem: nisi renunciatio fieret in ipsa receptione eius, quòd à patre fuit relictum sibi pro legitima: & promitteret plus non petere: nam licet non specificaret rationem legitimæ, & supplementi excludetur: & debet intelligi de legitima ratione præiacẽtis materiæ, super qua pactum fuit factum. Sic residet aliqualiter titubans propter d. §. & generaliter. qui nimis vrget in contrarium. Ego non credo veram hanc limitationem Pauli prout illam ponit: vbi non fuisset expressum nec specificatum ꝙ promittebat plus non petere ratione legitimę, nec eius supplementi. bene tamen crederem, quòd si filio aliquid relictum esset pro sua legitima: quod non erat sufficiens ad integram legitimam. & filius acceptauit, & accepit id quod sibi erat relictũ: & in ipsa receptione promisit plus non petere ratione supplementi: licet non specificasset de legitima, quod nihilominus excludetur à petitione supplemẽti legitimæ, quia satis intelligitur de legitima, cùm sit mentio supplementi: nã illud est quod debuit suppleri, ad quod expressè faciũt verba illius tex. dicentis. (nullam sibi speresse de repletione quęstionem.) Quibus verbis constat: quòd sufficit renuntiare iuri supplementi, licet de legitima ibi nulla fuit habita mẽtio. Facit etiã tex. ibi in quantum dicit: quòd contentus relicta vel data ex parte de eo quod deest nullam habeat quæstionem. Ratio stat in promptu: quia cùm renunciat iuri supplementi de necessario dicit intelligi de legitima: quia cùm in ea sit hæres necessarius, dicitur sibi deesse de portione necessaria, quam ei lex attribuit: & per consequens sibi suppleri debet totum quod minus ei relictum est legitima: quia vbi relicta esset sibi integra legitima: nihil sibi deesse dicitur. Sed vbi in renunciatione, seu promissione de amplius non petendo: non diceretur

ratione legitimæ, nec ratione supplementi non crederem filium excludi à petitione supplementi legitimæ per dictam renunciationem generalem, vt expressè dicta iura testantur. Ideò Paulus tanquam vir doctus timuit d. iura contra suam limitationem. Sed cum meo intellectu & limitatione verificari potest.

SVMMARIVM.

1 *Grauamen de legitima an reiiciatur ipso iure etiam filio tacente. & numero 2. & 4. & limitatur nume. 9. & 10.*

3 *Si filius vel eius hæres taceant per quinquennium an excludantur à supplemento legitimæ. & numero 5. & 6.*

7 *Ius agendi ad supplementum quanto tempore tollatur.*

8 *An sit differentia inter grauamen quantitatis & alia grauamina in legitima apposita.*

11 *Bona censentur vinculata si tanquam vinculata, & iure maioriæ fuerunt per progeniem possessa, licet à principio non valuisset grauamen cum pluribus, numero sequent.*

15 *Statutum circa consuetudinem generalem alicuius loci an sit seruandum in consuetudine vnius progeniei cum pluribus, nume. seq.*

22 *Quando vna progenies constituit maximam partem ciuitatis potest inducere consuetudinem.*

23 *Bona remanent vinculata iure maioriæ ex tacito consensu filiorum in duobus casibus. & numero 24. & 25.*

26 *Si bona debent vni duntaxat competere tanquam indiuisibilia, ille vnus intelligitur de primogenito.*

27 *Si filius expressè in vita patris consensit grauamini sibi apposito, vtrum valeat consensus cum pluribus. numero seq. & limitatur numero 29. & 30.*

31 *Opinio gl. in l. si quando. §. & generaliter. C. isto titulo disputatur cum pluribus numero seq. & limitatur numero 39.*

43 *Si filius ab initio consentiat se præteriri an valeat consensus.*

48 *Conclusio authoris cum temperamento & tribus limitationibus. & numero 49. & 50. & 51.*

52 *Cautela seruanda à parentibus volentibus vinculare bona quæ filiis pro legitima relinquuntur.*

53 *Si pater ex consensu filiorum vinculauit bona an eius nepotes admittantur ad impugnandum testamentum ex successorio edicto, & 54.*

55 *In querela an sit locus successorio edicto. numero 56.*

57 *Opinio Paul. de Cast. in l. si quis filium. C. isto titulo. nume. 58.*

59 *Successorium edictum quando habeat locum.*

60 *Si filius exhæredatus approbat testamentum, an possit per querelam rumpi à sequenti. numero 61.*

62 *Si filia cum iuramento renunciauit hæreditati paternæ an noceat*

ceat nepotibus renuntiatio.

63 In quibus filiis non sit locus successorio edicto. numero. 64.

65 Ius accrescendi an sit potentius successorio edicto.

66 In successione ex testamento an habeat locum successorium edictum.

67 Vbi filia est instituta in re certa vel sibi aliquid pro legitima relictum, an sit locus successorio edicto. numero 68.

69 Quid referat quod consensus interueniat in vita patris, vel post mortem eius existentibus filiis, & quo remedio consulatur nepotibus.

ADDITIO.

a In qua l. vniuersa plura in confirmatione congerit Ias. in prima & secunda col. & adde And. Tiraquell. de vtroque retractu chart. 139.

b Imò Iason ibidem in princ. ait quod communiter sequuntur glo. Doct. & ante Ias. idem dicit Phil. Corn. in cons. cxxvj. incip. principale dubium nume. 9. antepenult. col & vj. Alex. & Imol. consil. lv. in secundo vol. incip. viso tit. penult. colum.

c Adde sing. Alex. consil. cxxviij. consideratis verbis in primo vol. iiij. col. cum seq. vbi asserit esse magis communem contra Bart. & respondet fundamentis eiusdem, & vide Balb. in tract. de praescript. allegantè plura in iiij. part. iiij part. principalis. q xxiv.

d Adde Ioan. Cirier. ij. de primo. q. xv. vtrum primogenitus, exclusis fratribus praetextu consuetudinis possit succedere in tota haereditate paterna sine scrupulo conscientiae, & vide Pala. Ru. in comment. l. xlj in ordinationibus Tauri.

e De qua ad Bart. cccccij. consil. lxj. super quaestione de qua agitur vide ibi.

f Argumenta notabilia aduersus additionem. Hubert. de Bob. & Ioan. And.

g Adde quae scribit Alexand. de Imol. in consil. iiij. ponderatis verbis testa. vol. iiij. & ibidem quando sit mentio de filio maiori quid intelligitur de maiori natu & aetate.

h De cuius tex. intellectu vide Franc. Aret. in l. quis superstitis. ff. de acquir. haered.

i Post Alex. adde Ias. in auth. non licet. C. de liber. praeter. col fin. ij. limitatione. & Guliel. benedict. in repet. cap. Raynuntius. de testam. in verb. in eodem testamento relinqueris & ij. nume. 18. versicul. secundus casus. vide Phil. Dec. in l. nemo fraudare videtur. ff. de re. iur. & vide s. tit. viij. part. vj.

k Adde secundum Guliel. benedict. in repet. cap. Raynuntius. de testam. verb. in eodem testamen. relinquens el primo. numero 84. vers. septimo limitabis.

l Conclusio. Adde Doct. de pala. ru. repe. rub. de don. inter vir. & vx. § xlviij. inc. limit. j. vbi relatis nonnullis fundamentis in hac difficili quaest. dicit neutram firmare sententiam, quia lis sub iudice erat,

in qua maximi iuris vertices pro vtraque parte scripserunt.

m *Vide plura per scri.mod.ma.per Phi.Dec.in l.pactum.in antepe.col.C.de col per Fran. Areti.post alios in l.qui superstitis.ff.de acquir.hære.char.pe.versi.agit.*

n *Et hæc est opin.principa.magis cō muniter approb.secundū Ias.latè disputantē in l.in suis.nu.52.de libe.& posth.de quo arti.& an etiā in iure dicendi nullum & in bon.poss.contra tabu.habeat locū succes.edi.& quādo.Vid.scrib.præser tim Ias.moder.in ru.C.de succes.edi.Alex.Aret.Ias.& alios in l.si quis posth.§.si filium.ff.de libe.& posth.& aliquid per doct.in l.qui se patris.C.vnde liber.*

o *Videlicet domi.Ias.qui latius est videndus in eadem l.in suis.ff.de lib.& posthu.pe.col.versi.tenendo tamen communem.*

p *Adde Philip.Dec.cōsi.clxxxj.satis nota est quæst.col.iij.*

q *Et eodem modo pater ipsi filio legitimato per eundem tex.in §.in quibus.secundū Guilel.Benedi.in repetitione.c.Rainūt.de testa.ver bo mortuo itaque testa.ij.nu.100. Vbi plura de beneficio abstinendi tradit.*

1 DEcima † & vltra omnes pulchrior extēsio,& superiori cōtigua sit ꝙ hoc grauamen,seu onus in legitima appositum ipso iure reiicitur, dato ꝙ filius nō cōtradiceret. Succedit igitur quæstio notabilis & singularis, secundum quā pluries vidi versari de facto dubia:& habui consulere multoties in arduissimis causis,vtrū grauamē appositū filio in legitima, reiiciat ipso iure:dato ꝙ fili⁹ tacuisset,nec vnquā impugnasset dictū gra uamē,seu cōditionē,vel sit necesse ab eo fieri aliquā cōtradictionē. Ego vidi testamētū cuiusdam militis,qui reliquit filio suo certa loca:& non habens regiā facultatē,apposuit filio conditionē & onus,vt haberet & possideret dicta bōa iure maioriæ:& ita ꝙ essent inalienabilia,& deuenirēt ad filiū suū maiorē iure maioriç: & sic ad omnes descēdētes in perpetuū:dictus filius maior, mortuo patre,possedit pacificè dicta loca prout à patre sibi fuerunt relicta:eo mortuo & pluribus filiis dimissis,dicti filij nepotes primi disponentis opponebāt se,dicētes: dicta bona debere inter eos di uidi tāquā bona libera patris sui dicto grauamine habito pro nō apposito in legitima: opponebatur per maiorē de tacito cōsensu filij patris sui: qui possedit dicta bona prout sibi à patre suo fuerūt relicta: nulla cōtradictione,nec reclamatione facta:contra vinculū & grauamē. Replicabatur nō esse necessariam cōtradictionem,nec reclamationem aduersus conditionem,seu grauamen,

uamen, cũ ipso iure habeatur
a pro non apposito. †Breuiter videtur dicendum quòd grauamen filio appositum in legitima, ipso iure sit nullum: ita quòd non sit opus cõtradictione, seu reclamatione ab eo fienda contra grauamen: hoc probant verba huius legis dicentis. (Ipsa conditio, vel dilatio, vel alia dispositio, moram, vel quodcunque onus introducens tollatur: & ita res procedat: quasi nihil eorũ testamento additum esset.) quæ verba sic sumant scribentes, vt quodcunque onus in legitima appositum habeatur pro non apposito, vt valeat relictũ tanquam purum. Secundò pro hac parte: est casus singularis in l. scimus. in princ. isto titu. ibi. (Attamen ipso iure inesse eandem repletionem.) vbi casus: ꝙ si apponatur filio grauamen circa quantitatem legitimæ, ipso iure reijciatur tale grauamen, & suppleatur filio integra legitima, qui text. hoc dubium decidit: arguẽdo de grauamine quantitatis, ad aliud quodcunque grauamen, seu onus in legitima appositũ: quia ista purificari videntur, scilicet esse grauamen in quãtitate, vel alias quo ad vtrumque tollendum: eodem remedio, vt probat in d. l. scimus §. sancimus. ibi. (Vel in quantitate, vel in tẽpore hoc modis omnibus repleri) facit textus in l. si quando. §. & generaliter. C. isto tit. cum his quæ in proxima ampliatione dicta sunt. Verum est quod glo. singularis in dicta l. scimus in parte. ipso iure sentit contrarium, postillans enim textus ibi dicit, quòd licet ipso iure grauamẽ quantitatis tollatur, & ipso iure fiat repletio: debet tamen hoc intelligi: si filius alleget hoc & petat: aliàs secus mouetur glo. per text. in l. si quando. C. isto titu. & vtitur gloss. duplici argumento scilicet de filio præterito non impugnante testamentum in quo est præteritus: & sic licet sit nullum ipso iure cõualidatur: vt l. filio præterito. ff. de
23 tatione ad l. regni.† Attende tamen valde vtiliter, quòd in duobus casibus procedit absq; maiori dubio: quòd bona per testatorem vinculata iure maioricatus, manebunt firmiter vinculata: & sic iure maioriæ descendenti maiori debita, ex tacito consensu filij: qui non impugnauit dictũ grauamen. Primus est quando pater habens plures filios, vni eorum fortè maiori relinqueret quasi maiorem partem bonorũ suorum & ei apposuit conditionem: quòd in dictis bonis semper succederet filius suus maior, & sic de omnibus descendentibus in perpetuum illam haberent iure maioriæ deueniens semper ad primogenitum: nam in eo quod pater huic filio suo relinqueret vltra legitimam suã aliis filiis præiudicando, bene valeret talis conditio & grauamẽ respectu huius filij grauati in eo quod est vltra suam legitimam. Casus est in l. scimus. §. eum autẽ. C. de inof. testa. Sed in præiudicium aliorũ filiorũ ipsius testãtis qui sunt fratres dicti filij, cui apposita fuit d. conditio, non operatur d. cõditio isto respectu: quia in quantum huic filio fuit relictum vltra legitimam suam fuit grauamen in legitima aliorũ filiorum: cùm per hoc minuatur sua legitima: & sic tale grauamen quantitatis reiicitur, & ipsis competet ius agendi ad supplementum legitimę contra dictum filium fratrem suũ: & eius successores iuxta l. scimus. C. de inofficio. testamẽ. Si igitur dicti fratres post mortem patris sui testãtis tacuissent per xxx. annos ꝙ non impugnassent dictum grauamen sibi appositum in quantitate, & sic non egissent ad supplementum legitimæ manerent omnino firma d. conditio, & grauamen respectu omniũ, scilicet, tam respectu filij qui potuit onerari in eo quod vltra legitimam sibi fuit relictum, quàm respectu fratrum suorum, quibus minus legitima relictum fuit: quasi approbauerunt dictum grauamẽ &

perdide

perdiderunt ius agendi ad supplementum per lapsum xxx. annorum iuxta communē opinionem positā in d.l.si quis filium.de qua superius dixi.& sic erit iste vnus casus singularis;in quo valebit maioratus factus absque regia facultate. Nā ex quo dicti fratres passi sunt dicta bona prælegata alteri fratri suo,possideri ab eo integra,& tanquàm prælegata sibi præiudicauerunt: per dictum tempus tacendo,vt in d.l si quis filium.C.de inoffi. testa.l.non dubium.§.fi.de fideicom l.j.& l. si veritate.ad l.Falci.authent.sed cum testator.ff. quo.lega.§.j.quòd profecto est valde singulare:si hoc scis deducere in practica ad bona vinculata in testamētis.

24 † Secundus casus erit qui infertur ex hoc:quia non solùm in eo quod huic filio relinquitur vltra legitimam tolerabitur modo prædicto dictū grauamen:sed etiam in legitima, quæ sibi relinquitur hoc modo relinquit pater filio suo legitimam apposito sibi dicto grauamine maioricatus vt dictum est,scilicet,quod descendentes sui succederent in dictis bonis iure primogenituræ, scilicet, quòd maior natu in eis succederet:qui filius cui appositū est dictū grauamen, tacuit toto tempore vitæ suæ nulla reclamatione nec cōtradictione facta,cōtra dictū grauamen: & sic decessit relictis duobus vel tribus filijs. Certū est ꝙ per d.§.repletionem.& per ea quæ dicta sunt in hac extensione in principio si isti alij filij nō petāt per xxx.annos legitimæ supplementum: contra hunc filium maiorem, qui possidet omnia bona paterna ab auo vinculata(vt dictum est)perdiderunt iam ius agendi ad legitimæ supplemētum:& per cōsequens quo ad partem illorū bonorum , quæ sibi debebatur pro sua legitima,approbauerūt dictā conditionē maioricatus:& sic deueniendo ad alios descendētes,q eodē modo tacuissent omnia bona quasi manerent firmiter vinculata,qđ nota bene. Attamē hæc non pono pro cōstanti:sed vt iuris principijs consideratis subtiliori & ęquiori iudici,seu cōsultori,detur materia cogitandi , & iustiorem partem eligendi,odio & affe-

25 ctione postposita.†Sed elapsis iam ferè quinque annis quòd hæc scripseram, nondum hoc publicato commēto, in curijs Thauri celebratis facta est quædam lex singularis circa hoc.quę est l.xlj.in ordine.incipienti. (Mandamos que el mayoradgo.) vbi videtur expressè approbata d. additio.Io.And.& disponit d.l dictam cōsuetudinē,seu pręscri-

ptionẽ induci per lapsum xl. annorum certo modo de quo ibi vide eam: quia singularis est, in modo decidendi hoc dubium. & fuit d.l. condita in dictis curijs Thauri celebratis, in mẽse Martij, Anno Millesimo Quingentesimo Quinto.
g ᵍ Vnum tene menti perpetuò ꝙ vbicunque aliqua bona tanquã indiuisibilia debẽt vni duntaxat competere, semper intelligitur ꝙ iste vnus debeat esse primogenitus: cõsuluit Angel. in quodam consil. 28 i. sentit Ioã. Andr. super rub. de feu. Reperio idẽ cõsuluisse Francis. de Are. in consi. clxiiij. incipit diligẽter & maturè discussis, quod perpetuo cõmenda: quia maximum honorem faciet in causis quã plurimis: & ego multoties habui de facto in diuersis causis: Et etiam nota casum singularem in l. peto. §. fratre. ff. de leg. ij. & in l. cùm ita legatum. ff. de lega. j. vbi casus, ꝙ si legatum factum est familiæ non intelligitur ꝙ omnes de familia, sed proximior de familia, videtur vocatus.
27 † Superius dicta militant in tacito consensu: quid autem si filius in vita patris expresse cõsensisset testamẽto, & in grauamine sibi apposito in legitima sua, vtrũ valeret talis consensus & eius vigore maneret grauamẽ firmum atque validũ? vidi enim testamenta quorundã nobiliũ illustriũ, qui bona sua vincularunt iure primogenituræ: ita vt perpetuò in eis succederet descendens maior natu, & oẽs filij cõsenserũt in dicto testamento, & conditione, & illud approbauerũt prout pater mãdauit & disponit. Postea dubium & nõ paruũ fuit, si hoc valeret, & vigore dicti cõsensus & approbationis vinculũ esset validũ & firmũ. Hęc questio non est mota in terminis: sed ex iuris principijs prout paruitas ingenij concedet asseram, ꝙ mihi videbitur: fateor tamẽ nõ paruũ laborẽ subire, dum mihi offerũtur quæstiones intactæ in specie, haurire equidem noua atque indecisa ex quadã mole rudi & iurib⁹ (vt ita dixerim) in effigiatis fortunatorũ est, & hoc illustribus antiquorũ ingenijs attributũ à quibus vt à terrestri numine leges etiam si mortuæ spiritũ vitãque sibi assumpsere prout Prometheũ Iapetidẽ figulũ fecisse testantur poetæ: quem ex luteo corpora humana fabricasse, igneũ spiritum è cœlo subripuisse indéq; illis animam vitámque insufflasse asserunt. Ad rem deueniens diuido quæstionem in duas
28 partes. † Prima est vbi filio apponitur grauamen in quantitate suæ legitimæ, puta quia relinquitur ei minus legitima

legitima sibi debita, quod grauamen remouetur & ipso iure fit repletio legitimæ, vt in l. scimus. isto titu. nam in hoc grauamine etiam si filius expressè cõsentiat in d. grauamine, & approbet paternũ testamẽtum in vita patris nõ præiudicat sibi quò minùs eo mortuo posset petere legitimę supplementũ, non obstante consensu & approbatione per eũ facta. Iste est casus singu. in l. si quando. §. illud. C. de inoffic. testa. ibi, (huiusmodi pacto filium minime prægrauari) vbi est casus ꝙ ꝑ pactũ habitũ inter patrẽ & filiũ, vt contentus sibi relictis vltra non peteret, non tollitur sibi ius agendi ad legitimę supplementum: cùm censeatur quodammodo pactum de nõ succedendo, quod est improbatum l. pactum. C. de collat. l. fin. & l. pactum. C. de pact. l. qui superstitis. ff. de acqui. hær. In tãtum quod voluit gl. sing. in d. §. illud. quòd illud, quod à patre est datum filio: vt ꝓmitteret se amplius nõ peliturũ de eius successione, non imputetur filio in legitima, tãquam ex turpi pactione ei sit datum, quam ibi approbat Cynus, licet alij non.

Et per dicta iura dicebat Cynus in d. l. pactum. C. de colla. se habuisse de facto in quodam scholari qui multum expendebat in studio, cui nouerca insidiabatur ne sibi daretur plus à patre: scholaris domũ reuersus dixit patri, detis mihi tantam pecuniam, ego ex nunc per pactum nolo succedere vobis, nouerca assensit vt hæreditas esset pro filiis propriis: filius habuit pecuniam quam consumpsit in studio, qui vult succedere mortuo patre: quia & Bald. singulariter in l pactum. ij. col. C. de colla. dicit per d. l. si quãdo. §. illud. quòd si filia tempore quo recepit dotem habuit se pro contenta de tota legitima sua, quàm à patre sperabat habere, quòd si pater decessisset testatus, & instituisset filiam in dote quòd si plus est in legitima quàm in dote, nõ obstante pacto, seu renuntiatione potest petere supplementum legitimæ per quem text. dicit confundi opinionem Iac. But. contrarium tenentis. & sic manet cõclusio quòd quo ad grauamen quantitatis filio appositum in legitima: puta quia minus legitima ei relictum est, nihil operatur consensus filij nec pactum ab eo factum de non petendo legitime supplementum vt in d. § illud. & in d. l. pactum.
29 †Quod limita tribus modis. Primo nisi pactum, seu consensus postea fieret cum hærede post mortẽ patris: nam tunc si filius pacto facto cum hærede consensisset

ptionē induci per lapsum xl. annorum certo modo de quo ibi vide eam: quia singularis est, in modo decidendi hoc dubium.& fuit d.l.condita in dictis curijs Thauri celebratis,in mēse Martij,Anno Millesimo Quingentesimo Quinto.
g ᵍ Vnum tene menti perpetuò ꝙ vbicunque aliqua bona tanquā indiuisibilia debēt vni duntaxat competere,semper intelligitur ꝙ iste vnus debeat esse primogenitus:cōsuluit Angel.in quodam consil.28 .sentit Ioā. Andr.super rub.de feu.Reperio idē cōsuluisse Francis.de Are.in consi. clxiiij.incipit diligēter & maturè discussis, quod perpetuo cōmenda:quia maximum honorem faciet in causis quā plurimis:& ego multoties habui de facto in diuersis causis: Et etiam nota casum singularem in l.peto.§.fratre.ff.de leg.ij. & in l cùm ita legatum.ff.de lega.j vbi casus, ꝙ si legatum factum est familiæ non intelligitur ꝙ omnes de familia,sed proximior de familia, vide-
27 tur vocatus. † Superius dicta militant in tacito consensu:quid autem si filius in vita patris expresè cōsensisset testamēto, & in grauamine sibi apposito in legitima sua, vtrū valeret talis consensus & eius vigore maneret grauamē firmum atque validū? vidi enim testamenta quorundā nobiliū illustriū,qui bona sua vincularunt iure primogenituræ:ita vt perpetuò in eis succederet descendens maior natu,& oēs filij cōsenserūt in dicto testamento,& conditione, & illud approbauerūt prout pater mādauit & disponit.Postea dubium & nō paruū fuit, si hoc valeret,& vigore dicti cōsensus & approbationis vinculū esset validū & firmū.Hęc quęstio non est mota in terminis: sed ex iuris principijs prout paruitas ingenij concedet asseram, ꝙ mihi videbit:fateor tamē nō paruū laborē subire, dum mihi offerūtur quæstiones intactæ in specie, haurire equidem noua atque indecisa ex quadā mole rudi & iurib⁹ (vt ita dixerim) in effigiatis fortunatorū est.& hoc illustribus antiquorū ingenijs attributū à quibus vt à terrestri numine leges etiam si mortuæ spiritū vitāque sibi assumpsere prout Prometheū Iapetidē figulū fecisse testantur poetæ: quem ex luteo corpora humana fabricasse, igneū spiritum è cœlo subripuisse indeq; illis animam vitāmque insufflasse asserunt. Ad rem deueniens diuido quæstionem in duas
28 partes. † Prima est vbi filio apponitur grauamen in quantitate suæ legitimæ, puta quia relinquitur ei minus legitima

legitima sibi debita, quod gra uamen remouetur & ipso iure fit repletio legitimæ, vt in l. scimus. isto titu. nam in hoc grauamine etiam si filius expresse cōsentiat in d. grauamine, & approbet paternū testamētum in vita patris nō præiudicat sibi quò minùs eo mortuo posset petere legitimę supplementū, non obstante consensu & approbatione per eū facta. Iste est casus singu. in l. si quando. §. illud. C. de inoffic. testa. ibi, (huiusmodi pacto filium minime prægrauari) vbi est casus q̄ p pactū habitū inter patrē & filiū, vt contentus sibi relictis vltra non peteret, non tollitur sibi ius agendi ad legitimę supplementum: cùm censeatur quodammodo pactum de nō succedendo, quod est improbatum. l. pactum. C. de collat. l. fin. & l. pactum. C. de pact. l. qui superstitis. ff. de acqui. hær. In tātum quod voluit gl. sing. in d. §. illud. quòd illud, quod à patre est datum filio: vt ꝓmitteret se amplius nō petiturū de eius successione, non imputetur filio in legitima, tāquam ex turpi pactione ei sit datum, quam ibi approbat Cynus, licet alij non.

Et per dicta iura dicebat Cynus in d. l. pactum. C. de colla. se habuisse de facto in quodam scholari qui multum expendebat in studio, cui nouerca insidiabatur ne sibi daretur plus à patre: scholaris domū reuersus dixit patri, detis mihi tantam pecuniam, ego ex nunc per pactum nolo succedere vobis, nouerca assensit vt hæreditas esset pro filiis propriis: filius habuit pecuniam quam consumpsit in studio, qui vult succedere mortuo patre: quia & Bald. singulariter in l pactum. ij. col. C. de colla. dicit per d. l. si quādo. §. illud. quòd si filia tempore quo recepit dotem habuit se pro contenta de tota legitima sua, quàm à patre sperabat habere, quòd si pater decessisset testatus, & instituisset filiam in dote quòd si plus est in legitima quàm in dote, nō obstante pacto, seu renuntiatione potest petere supplementum legitimæ per quem text. dicit confundi opinionem Iac. But. contrarium tenentis. & sic manet cōclusio quòd quo ad grauamen quantitatis filio appositum in legitima: puta quia minus legitima ei relictum est, nihil operatur consensus filij nec pactum ab eo factum de non petendo legitime supplementum vt in d. § illud. & in d. l. pactum.

29 †Quod limita tribus modis. Primo nisi pactum, seu consensus postea fieret cum hærede post mortē patris: nam tunc si filius pacto facto cum hærede consensisset

sisset in testamento paterno, contemptus eo quod sibi relictum est:& promittens legitimæ supplementum nō petere, præiudicat sibi dictum pactum & consensus. Casus est in d.l.
h §.illud.ibi. (Sed [h] hoc ita admittimus, nisi transactiones ad hæredes paternos filius celebrauerit, in quibus apertissimè iudicium patris agnouerit.) Secundò nisi dictum pactum esset iuratum. Bal. in d. §. illud. & alij Moderniores. probatur in c. quāuis pactum. de pact.in vj. Tertiò nisi inter fratres esset factū dictum pactum in vita patris, & sic ipsi cōsensissent in testamento paterno, vigore dicti pacti & pater cōsensisset in dicto pacto: & secundum illud disponeret de bonis suis in suo testamento, & sic perseuerasset in eadē voluntate vsque ad mortem: nam tale pactum super hæreditate tertij, cum eius consensu in quo perseuerasset vsque ad mortem, validū est. Casus est sing.in l.fi.C.de pac.de quo latiùs fortè infrà dicam: quia hoc non affirmo in legitima: sed remitto ad infrà dicenda. Et quia hæc est materia pacti de non succedendo nō insito, cùm sit propria materia d.c. quamuis pactum satis egregiè dilatata per quendam Georgium illud c. repetentem. & hoc cōsensu expresso adhibito circa grauamen quantitatis. Secunda pars circa aliud grauamen quod nō respicit quantitatē legitimæ, quia integra filio relicta est:tamen est sibi appositū aliud onus, puta relinquo filio legitimam in talibus locis & bonis: & mando quòd illa non posset alienare, nec possent dicta bona vnquā diuidi, sed in eis succedat filius suus maior natu, & sic in perpetuum ad omnes descendentes: filius cōsentit in dicto grauamine, & approbat testamentum & dictū onus & conditionē sibi appositam, vtrum valideiur & sit firmū dictum grauamen, seu onus filio appositum vigore dicti consensus & approbationis? videtur quòd non obstante dicto consensu:dictū grauamen sit nullum ipso iure. Primò per istū text. & similes qui indistinctè loquuntur:ponentes regulam vt quodcunq; onus filio appositū in legitima reiiciatur: & filio legitima debeatur purè tanquā si grauamen appositū nō esset. Secūdò vrget nimis tex.in d.l.quando.§. illud.vbi si apponatur filio grauamen in quātitate, vt quia minus legitima sibi relictum est: nam licet expresè consentiat in dicto grauamine, & quantitate sibi data sit cōtētus, & approbet testamētum, & promittat non querelare testamentum,


nec

nec agere ad supplementum: nihilominus tali grauamine reiecto, post mortem patris filius potest petere supplementum suæ legitimæ, vnde põdero ibi text. ꝙ per nullũ pactũ, nec consensum filij toleratur grauamẽ in legitimo filio appositũ, imò consensu & pacto non obstante integram legitimam cõsequitur. Sed si hoc est in grauamine apposito filio in quantitate legitimæ, idem & fortius dicendum in alio quocunque grauamine, onere, seu conditione, filio apposito: cùm hæc grauamina & onera, scilicet in quãtitate, vel dilatione, seu conditione æquiparentur à l. quo ad ea reiicienda. l. scimus. §. j. isto titu. ibi. (Siue ab initio minus fuerit derelictũ.) iũctis verbis infrà positis ibi. (Aliquod grauamen lex imponat in quãtitate, vel in tempore,) &c. Tertia quia non posse petere supplementum legitimæ, est grauamen quod filius in vita patris non potest consentire nec approbare non solùm per cõsensum: imò etiam si vltra hoc apponatur pactum de non agendo ad supplementum, vt est casus in d. §. illud. igitur sic dicendum est in alio grauamine cõditionis, vel dilationis, seu cuiusque alterius oneris: cùm maius grauamen posset filio apponi in illis,
30 quàm in quãtitate. †Quartò pondero rationes dicendi positas ad dictum §. illud. scilicet quare per pactum non potest tolli ius agendi ad supplementum legitimæ, quæ videntur militare in quæstione nostra. Prima enim assignatur in litera in quantum tex. dicit, (meritis filios ad paterna obsequia magis prouocãdos quàm pactionibus adstringendos.) quæ ratio videtur inferre ad quodcunq; grauamen filio in legitima appositũ, seu onus: vt illud nõ possit firmari per cõsensum filij. Secũda ratio decidẽdi assignatur ibi per Bal. scilicet, quia filio non debetur legitima, nec supplementum legitimæ, viuo patre: quod apparet secundum eum ex illo tex. cùm filius viuo patre non possit legitimæ renũtiare: sed si ei deberetur bene valeret renuntiatio: cùm quis possit iuri de præsenti renuntiare l. j. C. de pact. & licet ista ratio Bal. ad illum tex. non admittatur ex eo quia iuri de futuro bene potest renuntiari per pactum. l. j. & ibi glo. & omnes. C. de pact. quod interuenit in d. §. illud. tamen & si vera sit militat in proposito: quia si legitima in vita non debetur, & propter hoc ei non potest renuntiare. ex hoc bene infertur quòd nec etiam poterit ei præiudicare consensus per ipsum præstitus in grauamine, seu alio

alio onere, quod sibi apponeretur in legitima:cùm militet dicta ratio,scilicet, quia tunc sibi nihil debebatur. facit l. qui superstitis.ff.de acquiren. hæred. vbi nõ nocet repudiatio facta de bonis viuentis. & Bar. ibi dicit, quòd ius succedendi quod debetur iure sanguinis,nec expresſè,nec tacitè poteſt renũtiari l.iura sanguinis. & l. ius agnationis. ff. de pact.l,nec nos.C.de cap. Tertia ratio fuit secundum glos. quia ibi fuit pactum de futura succeſsione priuatiuè,scilicet, nec succedatur,quod improbatum eſt. Sed etiam hæc ratio facit ad propositum:nam si fateamur quòd filius posset consentire in vità patris in grauamine, seu quocunq; onere, in legitima sibi apposito: satis concederetur per indirectum pactum de non succedẽdo.Talis enim conditio, seu dilatio, vel onus posset esse, per quod filius damnificaretur tantum, quòd sua legitima in nihilum remaneret, vel saltim ita diminuta, sicut si minus in quantitate ei esset relictum.Itaque secundum quamlibet rationẽ decidendi positam in d.l. si quando. facit ad decisionem istius pũcti. Quintò pro hac parte facit:quia minùs dicitur relinqui filio,nõ solùm quando relinquitur ei minus in quãtitate: sed etiã dicitur minus tempore & etiam respectu alterius oneris, vt in §. si minus. insti. de actio. sed cùm in d.§. illud. prohibeatur pactũ, seu consensus filij ad validandum grauamen appositum in quantitate legitimæ:ergo idẽ erit quando integra legitima sibi datur, sed cum aliquo onere conditionis, vel dilationis: cùm etiam dicatur tunc relinqui sibi minus legitima respectu oneris, vel cõditionis. Nã multæ conditiones possunt esse, per quas minuatur legitima, puta conditio dandi per quam directè minuitur l. penul. C.ad l.Falci.Item si apponatur aliqua conditio faciendi, vel aliqua alia quæ saperet dilationem l.j.§.ad diem.ff.de eden. de quo latius exemplificat Imol.in l.si.xj col ff.de cõdi.instit. ideo Sali. in l.si quis filium.C.de inoffi.test. arguit in multis de eo quòd iura statuunt in grauamine quantitatis,& supplementi ad alia grauamina. Cùm ergo ad repellendũ filium à legitimæ supplemento,nihil operetur consensus:ergo idem in aliis grauaminibus,seu conditionibus appositis in legitima,Propter hoc Bal. singulariter in d. l. si quando.§.& generaliter.dicit quòd consensus inter patrem viuentem & filium:nihil operatur in filij exclusione à debito bonorum subsidio, vt in d.§.

d. §. illud. & §. generaliter.

31 †Ad i partem contrariam facit glo. singu. in l. si quando. §. & generaliter. C. de inofficio. test. in parte iudicium, quæ tenet quòd si pater exhæredat filium, & ipse filius consentit in ipsa exhæredatione dicens patri suo quòd non vult institui, quòd valet exhęredatio, & filius excludit̄ à querela: quia non potest dici testamentum inofficiosum & contra pietatem: quam noluit filius, vt sibi seruaretur. & quia volenti nō fit iniuria. C. de transactio. l. cùm donationis. nec inuito confertur beneficium. de regu. iuris. l. inuito. & quia multa prohibita tolerantur voluntate partium. ff. de feriis. l. j. de pactis. l. pactum. hæc fuerunt motiua Accursij. fortior casus videtur iste vbi per consensum potest filius se excludere à tota legitima, quantò magis consensu grauamen validabitur & firmum manebit. Et quia hoc argumentū sumptum ex dicta glossa videtur satis pungere: ideo decreui inquirere veritatem illius glo. super qua Doct. non sunt vnanimes. nam Bal. ibi illam reprobat dicens, quòd non est sufficiens causa filium exhæredandi, voluntas, seu consensus filij in exhæredatione interueniēs. puta exhæredo te quia vis, mouetur per fundamētum satis vrgens, scilicet, quia consensus inter patrem viuentem & filium, nihil operatur in filij exclusione à debito bonorum subsidio, vt in d. §. & generaliter. ideo cōcludit quòd per talē consensum, testamentum non firmatur nec etiā excluditur filius à querela, nec à debito bonorum subsidio: virtute testamēti in quo filius de eius consensu fuit exhæredatus. Mouetur etiam quia vbi non est causa ibi non est solennitas: & quando ius disponit de certa solennitate seruanda in actibus hominum, non potest illi iuri derogari per pactum. ff. de lega. j. l. nemo potest. facit l. si filius qui potestate. ff. de testamen. Nec obstat secundum eum l. non putauit. §. si quis sua manu. ff. de contra tabu. vbi text. dicit quòd nocet ei exhæredatio, qui sua manu exhæredem se scripserit. Nam respondet illud esse verum, quòd ei nocet quo ad perendum bonorum possessionem contra tabulas, quæ non datur nisi præterito tantùm, non tamen dicit, quòd filius remoueatur à querela, vel à debito bonorum subsidio: quanquam gl ibi aliud sentiat, quæ loquitur sine fundamēto. Hāc opinionem Bal. sentit glo. licet non multùm clarè in l. si quis posthumos. versic. sed si moriēte. ff. de lib. & posth. idē repe



reperio tenere Salice.in auth. non licet.in fine. C.de liber. præter.& respondet aliter ad dictum §.si quis sua manu. s. quòd dictus §.sit hodie correctus: per dictam auth.non licet.cùm nulla causa exhæredādi est hodie approbata:præter quindecim ibi numeratas.

32 † Sed opinio Accur. secuti sunt alij multi scribentes maximæ autoritatis: inter quos est Bar.in d.§.& generaliter. & ibi Salicet.Imol.in l.si quis posthumos.ff.de lib.& posth. & in l.filio præterito.col.50. ff.de iniu.testa.Guliel & Alexan.in d.auth.non licet.C.de filiis prete.ij.col.idem Cinus, Raph.Fulgo.Pau.& alij Moderniores in d.§.& generaliter.Alexā.in §.si quis filium. l.si quis posthumum.ad finē. ff.de liber.& posthu.communior est opinio, quam reperio sequi Cinum in l.si pater.in fine.C.de instit.& substit.sub condit.fac. & idem Bald. sibi contrarius in l. si pater.v. col. in x.oppositione. de insti. sub con.fac.& Ange.in d.l. si quis posthumos. Mouentur isti iustis fundamentis. Primò ex regula generali tradita in l. cùm donationis.C.de transac. vbi dicit Imperator.(Iniuriā nec dolum inferri volenti.) Secundò, per text. sing.in d. l.non putauit.§.si quis sua manu. vbi ait Consultus, quòd si quis sua manu exhęredem scripserit nocet ei exhęredatio.& gl.ibi,dicit talem.repelli non solùm à petenda bonorū possessione cōtra tabulas:sed etiā à querela inoffic.testa. Tertiò sumunt grande argumentum ex æquitate & dispositione l. filio præterito.ff. de iniu.test. vbi etiam si testamentum in quo filius est prętéritus sit nullum,tamen si ipse filius mortuo patre approbat testamentum recōualescit testamentū.

Et dicebat Ioan. de Imo. in d. l. filio. lij. col. quòd ex eadem æquitate, ex qua approbatur testamentum approbatione filij, ex eadem approbabitur, etiam quando filius esset exhæredatus cùm eius cōsensu cùm vtrobique rigor iuris resistit.l.inter cætera.ff. de lib. & posthum. & vtrobique subest eadem æquitas: cùm fauore filij illa solennitas instituendi vel exhęredandi est introducta, poterit per consequens filius suo fauori renunciare. nec reperitur secundum eum hāc æquitatem posse melius fundari ex aliqua l. quàm ex d.l.filio. Maximè hoc argumentum fortificatur tenendo illam opinionem singularem, quam tenet Bald. in l.filio. fina.colum.& Ang.& post eum Alexand. in d. §. si quis filium. affirmantes, quòd non solùm recōualescit testamentum

tum si mortuo patre filius approbet testamentum in quo est præteritus: verùm etiam si illud approbaret,& in eo consentiret, viuo patre conualidabitur testamentum. Dicunt esse casum in d. l. si quando. secundum vnam lecturam, & idem tenuit Bald.in l. posthumo.ij.col. C. de bono. possess. contra tab. dicens, quòd si filius præteritus ab initio approbasset testamentum validaretur testamentum per l.sicut. §.si venditor.ff.quib.mo.pig. vel hypoth. solu. & per d. l. si quando. hoc idem tenet Paul. de Cast.in d.l. filio præterito. penult.col.& allegat ad hoc d. gl. l.si quando. §. & generaliter. Nec obstat huic opinioni text.in d.§.causas.quem tenentes contrarium allegant pro fundamento, vbi enumerantur causæ propter quas filius potest exhæredari, & vltra illas nulla alia permittitur. nam ille tex. loquitur vbi filius exhæredaretur inuitus: secus si volens,nam tunc sufficiens causa illum exhæredandi est, quia hoc ipse voluit & consensit. In vno tamen etiam hanc opinionem tenentes diuersificant:quia Bart.in d. l. si quando. dixit esse necessariũ, quòd in d. exhæredatione inferatur causa; puta exhæredo filium meum: quia hoc ipse voluit & consensit. Idem ibi Rapha.& Pau.contrarium tenuit Salic. in d. l. si quando. quem sequitur Imo. in d.l.filio præterito. Alexand. in d. authent. non licet. quos sequitur quidam Mediolanensis modernior, in d. §. & generaliter. quorum opinio videtur verior per d. §. si quis sua manu. qui text. non reperitur correctus.nec potest trahi argumẽtum de d.§.causas. requirente expressam causam in exhæredatione; quia loquitur vbi filius exhæredatur inuitus,non si volens,vt in alio articulo respondet ipsemet Bart. in d. l.

33 si quando. † Vides ergo quomodo scribentium ferè omnium sententia affirmat opinionem glos. excepto Bald.

Mihi autem semper dura visa est hæc opinio glo.& sequacium, contra quam nimis vrget text.in d. l.si quando.§. illud. nam si tu concedis vt ipsi fatentur, ꝙ filius potest consentire in ipso actu testandi se exhęredari:& per hoc efficitur valida exhæredatio apertè venis contra d.§.si quando.& eius mentẽ: nam ex quo per dictũ consensum in exhæredatione adhibitũ, filius priuatur legitima, & successione paterna,per hanc viam indirectã admittitur pactũ de nõ succedẽdo, & ad illud deuenitur: sed lex nõ est verbis imposita sed effectui. Si ergo idem effe-

ctus sequitur quãdo filius cõsentit se exhæredari, sicut si pactus esset de non succedẽdo, seu de nõ agẽdo querela: cùm vtroq; casu legitima & paterna successione priuetur: ergo queãdmodum prohibetur pactum de non succedẽdo, seu de non agendo querela: eodem modo prohibeatur consensus in exhæredatione præstitus. maximè cùm per talem cõsensum inducatur legitimę renũtiatio: vnde quod vna via lex prohibuit alia diuersificando in verbis esset cõcessum. quod non est fatendum viro sani & æqui intellectus, nec recta intentio hoc admittit, quia data cautela in verbis, aperiretur via ad validanda pacta de non succedendo, puta inducendo filium vt in ipso actu testandi consentiret in exhæredatione à patre fienda cõtra d.l.si quãdo.& l. pactum. cum aliis. C. de collat. Item quia in pacto inest consensus, aliâs non esset pactũ, sed cùm pactum de non agendo querela prohibitũ est: vt in d.l.siquãdo.§.illud ergo. eodẽ modo consensus in exhæredatione præstitus. Nõ credas me inuentorem huius considerationis: nam profectò argumentum fortissimum hoc aliquibus antiquis visum est, quia reperies Cynum de pis. in d.§.&generaliter.qui postquam fuit secutus opinionem gl. dicit quòd nihilominus remanet sibi quidam pruritus, quasi vellet dicere se non manere securum sine remorsu cõsciẽtiæ & intellectus, propter casum d.l. si quando. vbi non nocet filio consensus aliquis ad eum excludendum à supplemento legitimæ. quapropter coactus hoc argumẽto respõdet hoc modo ad l. si quando. scilicet, ꝙ filius non potest pacto adstringi.& sic loquitur d. l.si quando. sed absq; pacto sic. & ita debet intelligi decisio gl. loquitur obscurè, sed in effectu vult ꝙ per pactum non potest sibi filius præiudicare in legitima, sed absq; pacto: sic credo quòd mẽs sua tendit ad hoc, licet nõ bene se declaret: ꝙ vbi filius paciscitur cum patre de non agẽdo querela: seu de nõ petendo supplementum legitimæ contentus sibi à patre datis: filius tunc quodammodo adstringitur vigore pacti ad renũciandum legitimæ: quod est contra d.l.si quando. sed vbi non astrictus aliquo pacto, ipse ex libera voluntate consentit se exhæredari: non videtur sic astrictus pacto paterno: imò magis constat de sua libera voluntate. Hæc responsio non satisfacit in totum, nam in casu in quo loqui t[illegible] dicta lex, si quando. Doct. non faciunt differentiam hãc; vtrum pactum de non succedend

dendo sit inualidum interpositum per modum pacti, & validum per modum simplicis consensus per filium adhibiti, vt vult Cyn. nam si hæc solutio esset vera, deberemus fateri quòd in casu d l. si quando. §. illud, si non esset pactum de non succedendo, sed solius filij consensus præiudicaretur sibi in supplemento legitimę: & per consequens quòd d. l. non concedit in pacto in quo inest consensus, concederet in solo consensu: nam si tu admittis quòd si tempore quo pater volebat facere testamentum filius ipse consentit se exhæredari valeat exhæredatio, quare non admittis quòd valeat si consentiat quòd non relinquantur sibi nisi centum, & in residuo renuntiet legitimæ supplemento? Quapropter videtur durum ponere differentiã, seu vim, circa intellectum d. l. si quando: vtrum filius excludatur à successione paterna per modum pacti de non succedendo: vel per simplicem consensum: & sic vtrum fiat per modum consensus vel pacti, renunciatio supplementi legitimæ: cùm ex vtroque induci posset obligatio: & ita semper videtur militare arg. d. l. si quando. Ioan. de Imo. etiam sensit hanc difficultatem in l. filio præterito, col. prima. & soluit quasi vt Cyn. sed addit plus: dicit enim respondendo ad d. l. si quando. ꝙ aliud est quærere an per pactũ possit sibi filius præiudicare ad exclusionem querelæ, & non potest: & sic loquitur d. l. si quando. aliud est ab ipso initio consentire in exhæredatione, & sic impedire natiuitatem querelę, & hoc faciliùs fit, vt d. §. si quis sua manu. & nimirum quia facilius impeditur fiendum, quàm tollatur iã factũ. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iu. & ita in effectu residet cum solut. Cyn. nisi quia declarat se plus, scilicet, quia consensus interuenit ab initio antequam exhæredatio facta esset: & sic antequam esset nata querela, sed hæc responsio videtur eodem morbo laborare: nam per hanc rationem si per pactum impediretur natiuitas querelæ, valeret pactũ ad exclusionẽ querelæ: & per hanc viam tollerare tur pactum de non succedẽdo, quod est falsum, & apertè contra d. §. illud. & sic ad fraudandum dispositionẽ d. l. si quãdo. filius antequã esset conditum testamentum, pacisciretur de non agẽdo querela nec ad supplementum: quod non est fatendum, ideò fortè ipse Ioan. de Imol. in d. l. filio. eadem colum. sentiens apertè hoc inconueniens & volẽs illud euitare: incidit in aliud maius. di-

cit enim posse responderi ad d.l.si quādo, vt obtineat quando illud pactum de quo ibi, fieret post conditum testamentum; quia tunc esset improbatum.arg.d.§.si quis sua manu. Mirabile profectò verbum & verum per quod nouam habebis limitationem ad d.l. si quādo. & ad omnia alia iura improbantia pactum de non succedendo, vt procedant quando tale pactum appositum esset post testamētum: secus si antè. quod ego non crederem sustētabile, imò apertè videtur dictum contra d.l. pactum. C.de collat. & cōtra d.l. si quando, & alia iura pactum de non succedendo improbantia; maximè quia ratio quare illud pactum reprobatum est, ita militat si fiat ante testamentum, sicut si post testamētum: nihilominus tene menti d. limitationem Imolæ tanquam nouam & mirabilem, & à nullo quem viderim pōderatam; ad l. pactum.& ad l. si quando. §. illud. quia autoritas mea debilis est contra virum tantæ autoritatis, maximè si iudex de causa cognoscens non sit alter
36 Scotus. † Aliam responsionem dat ibi Imol. & loquitur subtilius, licet quasi incidat in proximā. dicit enim ꝙ licet ante testamētū fiat pactū de nō agēdo querela, tamē tūc nō agit filius impedire natiuitatē querelæ, sed eius exercitiū, si contingat eā nasci. ideò illud fieri non potest per pactum: secus quando ab ipso initio consensit exhæredari, quia tunc agit impedire ipsius natiuitatem l.cum donationis.C.de transact. hoc idē sentit ipse Imo. in d.l. filio. iij.col. nimis laborās & fatigans ingeniū, vt rectam inueniat responsionem ad d.l. si quando. dicit enim ꝙ licet nō possit filius facere pactum de non succedendo, vt d. l. pactum.& d.l. si quando, illud videtur esse verum; quando per pactum filius vult se astringere ad non succedendum: & sic tollere ius successionis, etiam si contingat sibi queri, secus quando ab ipso initio impeditur natiuitas iuris sibi aliâs querendi: sumit argumentum ex d.§. si quis sua manu. dicit sic debere intelligi gl. in d. §. & generaliter. & hoc modo respōdet etiā ad d.l. inter cætera. ff.de lib.& posth.§. quia loquitur de rigore, & quādo à principio filius non consensit præteriri, secus quādo à principio consensisset præteriri, quia tūc saltē de æquitate videtur valere arg.d.§. si quis sua manu.& d.l.filio. Stat igitur istius Docto. conclusio aliud esse, quādo à principio in ipso actu testādi filia consentit exhæredari, & hoc validum sit, scilicet consensus: & per consequens ex-

hæred

hæredatio illius virtute facta: & sic obtineat gl. in d. §. & generaliter. & text. in d. §. si quis sua manu. aliud est quādo ante vel post conditum testamentum per pactum astringitur ad non succedendum: & hoc non posset fieri. & sic Imo. satis dubius & fluctuans incedit, euadere posset argumentum d. l. si quando. & re vera non immeritò hoc fecit: cùm forte contrarium sit. Sed nec mihi hęc ratio seu responsio sua concludit in effectu: in verbis enim est aliqua, sed in effectu quo ad legislatoris intētionem nihil ponit in esse: nec possum videre quid importet effectualiter. Nam certum est ꝙ in exercitio querelæ consistit effectus ad hæreditatem, & legitimam consequendam. Si ergo illud non potest per pactum impediri: ergo minus potest natiuitas eius per consensum in exhæredatione adhibitum, saltem in effectu quo ad legitimam consequendam: maximè quia hoc concesso: sequeretur inconueniens ante dictum, scilicet, ꝙ si filius consensisset in ipso actu testandi: dato ꝙ minus legitima sibi relinqueretur, præiudicaretur sibi ita ꝙ non posset legitimæ supplementum petere, quia si potest se excludere à tota legitima: ergo ab eius parte l. quæ de tota. ff. de rei vend. quod est apertè contra d. §. illud. vnde quia istæ responsiones non in totum satisfaciunt opinio, gl.

37 nō est sine scrupulo.† Ego do aliam responsionem per quam videtur mihi esse respōsum ad d. l. si quando. & per consequēs verificatam esse opinionē glo. nam in veritate glo. illa rectè ponderata potuit habere rectum sensum & eius opinio potest sic saluari. s. quia voluntas patris erat instituere filiū suū: non eum astringere pacto aliquo ad eum excludendum ab hæreditate. filius autē renuit, neq; institui voluit: & sic solummodo à principio interuenit voluntas filij nollentis institui, & voluntas patris in cōtrarium. s. volentis filiū suum instituere: & sic fuit filius exhæredatus voluntate sua: nam isto casu obtineat gl. & text. in d. §. si quis, & nimirum quia hoc casu omnimodo cessat ratio & dispositio d. l. si quando. in §. illud, quæ voluit vt filius nullo modo possit per pactū astringi à patre: vt excludatur à legitima & eius supplemēto, nā vbi cōcurrit volūtas patris illū priuādi legitima p pactū: & ad hoc accedit filij cōsensus: militat ratio posita in d. l. si quādo. scilicet, (filios meritis prouocandos, magis quàm pactionibus astringendos.) Sed quando voluntas patris erat clara ad filium instituendum:

& volens illam ponere in effe ctu filiū suū volebat instituere: & ipse noluit, cessat omnino ratio posita in d l.si quando. nec est quid patri imputari
38 possit.† Cōcludo ergo ꝙ vbicunq; à principio nō cōcurrit voluntas, nec intentio patris priuandi filium legitima, vel eius parte. imò in cōtrarium, putà, eum instituere volendo. tunc si filius renuit ac noluit institui, bene credo quòd tunc sit vera glos. nec aliquo modo obstet d. l. si quando. §. illud. cum omnino cesset eius ratio decidendi. & ita loquutus fuit Accur. si bene eum ponderas in d. §. & generaliter. & ita po suit thema quæstionis, sed vbi pater volebat filium excludere legitima sua vel eius supplemento: & sic eum astringere ad plus non petendum, vel sue cedendum, videtur quòd tunc militet dispositio. dicta l. si quando. vnde non sit admittenda differentia, quod hoc fieret per modum pacti vel per modum simplicis consensus filij: qui consensus interueniret in ipso actu testandi vel pòst. & hoc tene menti, quia ad illud nō aduerterunt scribentes, sed cōsidera verba Accur. quia sic loquitur. Tenēdo igitur opinionē glo. prout illā tenuit Bar. et sequaces, seu eam tenendo & intelligendo melius, prout ego nūc dixi, pone regulam, quòd si filius nollet institui, sed cōsensit se exhæredari, quòd excluditur à querela vigore talis consensus. glo. est in d. §. & generaliter. text. in d. §. si quis sua ma-
39 tuit.† Quæ limita tribus modis. Primo, si iste consensus filij interuenisset in ipso actu testādi: secus si post testamentum à patre cōditū in quo filiū exhæredasset. quia tunc cum à principio testamentū fuit nullū, nō potest conualidari. Imo. in d. l. filio præterito. v. col. & lij. & idem tenet in d. §. si quis filium. & licet Imo. nullū alleget, ego reperi Bal. hoc tenentem in l. si pater. in v. col. in x. oppositiōne. C de insti. & substi. sub condi. fac. & hoc modo debet intelligi gl. singu. in l. si quis posthumos. §. si filium. in ver. ꝙ si moriente. ff. de libe. & posthu. quæ videt in terminis contraria gl. d. §. & generaliter. & est gl. in patre moriēte. vbi expresè tenet glo. ꝙ filius exhęredat⁹ viuo patre nec etiā pòst ante aditā hæreditatē nō potest renūciare querelæ inofficiosi testamēti. cùm antè nō dicatur nata dicta querela. idē tenet gl. & Doct. in l. si quis filiū. C. de inof. test. quia illę gl. debent intelligi, vbi renunciatio fieret post exhęredationem, sed si ab initio filius con sensisset se exhæredari: bene impeditur natiuitas querelæ, &

læ,& valet tunc exhæredatio vigore consensus, per d.§.si quis. & sic pro d.limitatione Imo. commendat dictas duas glos. Idem reperio tenuisse Ange.in d.§.si quis filium.dicit enim quod vbi renũciatio querelæ fieret post testamentum nihil valeret, siue fieret in iudicio, siue per modũ renũciationis, siue per viam pacti, cùm dicatur tunc pasci sci super futura successione: quod est improbatũ.vt d.l pactum. vnde volunt isti in hac limitatione, quòd quando querela erat saltẽ in potentia, vt quia testamentum erat iam conditum, tunc nihil operetur consensus filij seu renũciatio querelæ: sic loquitur glo.in d.§.ꝙ si moriente.secus si testamentum non esset conditũ, & sic nõ erat nata querela, sed filius in actu testandi consensit se exhæredari: & tunc valeat exhæredatio, & filius excludatur vigore consensus quia tũc ille consensus non tendit directò super futura successione: sed ad essentiã rei & eius robur. & ita verificetur gl d.l.si quando.§.& generaliter. Sed hæc limitatio nõ caret scrupulo: propter ea, quæ dixi superiùs scilicet, quia idẽ effectus importat vtrobiq;: cõtra mentẽ d.l.si quãdo.§.illud. & etiã si teneas opinionẽ superiorẽ, ex alio videt̃ cõfundi hęc differẽtia, imò ꝙ valeat consensus & renuntiatio querelæ etiam post cõditum testamentũ: cùm testamentum in quo filius est præteritus reconualescit, si filius non solùm post mortẽ patris: sed etiam si viuo patre filius approbet testamentũ, vt nunc proximè dixi; & adhuc quidã modernior mediolanẽ. in d.§.& generaliter. dicit se ponderasse subtiliter cõtra d. limitationem Io. de Imo. conclusionem Cini in l.si pater.fi. quæst.C. de institu.vbi dicit, ꝙ si filius sit institutus sub cõditione potestatiua & in eius defectum esset exhæredatus: ꝙ in tali exhæredatione non requiritur expressio causæ, quia dicitur filius volens exhæredari, ex quo non implet conditionem quã de facili potest implere. ecce quòd voluntas filij non interuenit à principio, sed ex postfacto. & tamen valet exhæredatio. Sed si ponderas verba Cini, loquitur quando filius approbauit post mortem patris, quæ probatio indistinctè valet. vt est casus in dicto §. illud. quæstio nostra quando in vita: sed post conditum testamentum. ideo hoc non obstat, licèt dictus modernior nõ sentiat hoc.

4 †Secundò limita d.gl. quando consensus esset spontaneus, & deliberatus, aliàs non præiudicaret filio. Imo.in d.l.filio pręterito.

l.ij.col.per ea quæ notāt doct.
41 in d.l.si quā.† Tertiò limita d.glo.obtinere quam per solū consensum suū filius permisisset se exhæredari: secus si per pactum factum cū patre ante vel post conditū testamentum se astringeret filius ad nō succedendum.ita eleganter Io.de Imo.in d.l.filio præterito.lij. col in ver.sed certè istud non sequitur ex prædictis.in hoc satis sentit illam opinionem quā ego supra tenui circa intellectum gl.in d.l.si quando.
42 † Quartò limita, nisi in tali exhæredatione facta de cōsensu filij nō esset expressa causa secundum Bar.in d.l.si quādo. licèt alij cōtra,quos ante retuli.cum his ergò conditionibus sume arg.ex d.gl.ad decisionē nostræ quæstiōis:quia si filius per cōsensum in exhæredatione adhibitum approbat exhæredationem.& per talē consensum excludit à querela à fortiori potest per consensum approbari grauamē sibi appositū in legitima:sed quia d.glo. patitur tantas limitationes vt vidisti: raro deueniet casus, vbi tot conditiones concurre-
4 rent.† Et nūquid erit idem k
k vbi filius ab initio consensisset se præteriri,ex hoc validaret testamentū?Ludo.Ro.in l. posthumos C.de bo.poss.con. tab.& post eum Alexan.q; sic: cùm volēti non fiat iniuria:vt l.cū donationis.C.de transf.allegāt etiam d.§.si quis sua manu.Ang.latè & singulariter in l.qui se patris.C.vnde li.in repet.xi.& xii.col.dicit quòd repetēdo publicè l.filio præterito.sustinuit hāc conclusionē, quòd testamētum validaretur tūc de iure ciuili.etiā inducit c.quāuis pactū.de pactis.in vj. & alia latiùs quę vide.Idē Angel.& Alex.in l.si quis posthumos.§.j.ff.de lib.& posthu.& per dictū §.si quis sua manu.& dicūt esse eandē rationē in pręteritis sicut in exhæredatis.Et ad hāc opinionē iuuat opinio posita à Bal.in l.filio præterito.& in aliis locis:vbi expressè tenet quòd d.l.filio præterito.obtinet etiam vbi filius approbasset testamentū viuo patre: licèt Imol.in d.l. si quis posthumos. & quidā modernior quem vide in d.l.posthumos.conanī defendere contra riū, imò quòd d.§.si quis sua manu.nō habeat locū vbi filius consensisset se præteriri cùm testamentum peccet in forma & solennitate. primam opinionem sequitur Paul.in d.l. filio præterito. & hoc de primo fundamento. Probatur secundò d.conclusio, scilicet, quòd valet grauamen appositum filio in legitima si ipse consentiat ex d.l.filio præterito.vbi est casus,quòd si filius approbat testamentum in quo est

est præteritus, quòd reconualescit testamentũ. Sed si sic est in casu tam præiudiciali vbi nihil filio est relictum à fortiori vbi est sibi relictum, licet cum grauamine. Sed posses dicere quòd illa l. loquitur quando filius post mortem patris approbasset testamentum. Nos loquimur in consensu adhibito in vita patris.

Ad hoc respondeo ex quadam eleganti extẽsione data ad illum tex. per Bald. in d. l. filio. vbi dicit, quòd illa l. habet locum, etiam si viuo patre filius approbasset testamẽtũ paternum in quo fuit præteritus. Nam secundũ eum validabitur testamentũ. Ita dicit ipse ibi si col. est casus secundũ vnã lecturam in d. l. si quando. §. si. quem ad hoc extollit Bal. idẽ Alex. post Ange. in d. l. si quis posthumos. Bal. in l. ij. de bon. po. cõ. ta. licèt Imo. cõtra in d. l. filio. Et hanc cõclusionẽ repe rio etiã firmasse Pau. de ca. in d. l. filio præterito. pe. col. vbi dicit: ꝙ si filius in vita patris consentiret à principio tẽpore quo fit testamentũ, quòd nihil sibi relinquat, valeret testamẽ tũ etiã de iure ciuili. Ad hoc allegat gl. d. l. si quando. quòd dicit notandũ quia frequenter contingit, quòd puellæ quãdo maritãtur renunciãt cũ iuramento bonis paternis quæ renunciatio valet hodie, vt in c. quãuis pactum. de pact. lib. vj. & si consentiũt quod eis relinquat vnũ valebit tũc testamentũ de iure ciuili licet præter eant. Hęc Pau. quod notat Idẽ tenet Bald. in d. l. filio. pe. col. vbi dicit quòd d. cõclusio scilicet, quòd filius in vita patris põt approbare testamentũ in quo est præterit⁹: est vtilis ꝓpter filias quæ patre viuẽte re nũciant hæreditati paternę cũ iuramẽto, vt ratione præteritionis testamẽtũ nõ sit nullũ si pater illas prætereat. Sed hoc nõ est sine scrupulo attẽta opinione illorũ qui tenent, quòd licet filius posset cõsentire se exhæredari. vt in l. nõ putauit. in §. si quis sua manu. ff. de bo. pos. secũdum tabu. & gl. in l. si quãdo. C. de inof. test. tamẽ nõ valebit testamẽtũ etiã si cõsentiat se præteriri, cũ testamẽtũ peccet in forma, de qua dixi supra in hac ampliatiõe circa examinationẽ gl. d. l. si quãdo. Si ergo cõualidatur testamentũ paternũ per cõsensum filij pręteriti patre viuẽte interpositũ in casu tã præiudiciali, vbi filius oĩno est præteritus. ita quòd sibi nihil est relictum: à fortiori erit in casu quo approbat grauamen sibi appositum in legitima: vbi de minori pręiudicio agitur. maximè vt posuit thema quæstionis de grauamine maioriæ vbi paruum vel nullum est grauamen filij

cui relinquit. imo multotiens vertitur in eius cōmodū & domus conseruationē. 45 Tertiò facit conclusio singularis posita per Bald.in l.si patre.C.de insti.& sub.sub con.fa.v.colū. x.oppositione.vbi mouet quęstionem, Pater instituit vnum filium suum in octo vnciis si iuerit ad sepulchrū vltra mare pro anima sua: Alium filiū instituit in residuo. Vertitur nunc quæstio inter filios: quia primus vadit ad sepulchrū, & sic vult implere conditionē vt habeat dictas octo vncias sibi relictas sub dicta conditione: alius filius hoc contradicit, dicens quòd testamentū fuit nullum ex eo quia dictus frater suus fuit institutus sub conditione casuali vel mixta, quo casu nullum est testamentū nisi in defectū conditionis fuisset exhæredatus, vt d.l.si patre.& sic dicit apertam esse sibi viam ad medietatē hæreditatis tanquam si pater suus mortuus fuisset ab intestato l.si duo.de legatis præs. Replicat alter frater quod nō potest vti contra eum ex iure suo l.amicissimos.in §.lucius.de excu.tuto. dicit alius ego possum: quia iter est mihi apertum non à te, sed à lege propter te: & habeo propter te id quod propter me habere non possum. l.j. §.fina.ff.si tabu. testa. nul. exta. finaliter concludit quòd dictus filius poterit adire de iure ciuili hæreditatē sibi delatā sub dicta conditione quā ipse approbauit & consensit. Ratio est secundum eum quia is cuius interest, approbauit testamentum, qui faceret testamentum valere si consensisset patri in actu testandi, cū nulla iniuria fiat volenti. l.si quādo. §.fi.de inoffi.testa. Ex effectu enim ratum debet esse, cū non sit qui infringat in authen.de nuptiis.§. quoniam infirmas. col.iiij. Et sic apertè cōcludit, quòd etiam si filius esset institutus sub cōditione casuali vel mixta potest filius illā approbare in ipso actu testandi & etiam post. & licet in casu in quo loquit Bal. videbatur illa cōditio in fauorē filij tendere: cū relinquebatur sibi vltra legitimā vt illā adimpleret: tamē si consideras eius rationes & fundamēta, indistinctè concludunt. Et hoc magis clarè determinat ipse Bald in d.l.si pater, dicit enim eleganter, quòd si dictus filius sub conditione institutus vult testamentum infringere. clarū est quòd potest dicere nullū. Casus est in d.l.si patre. intellige hoc secundum illam opinionem quę habet, quod d.l.si pater. non sit correcta per hanc l. quia si est correcta: non potest dicere nullum. cum conditio reiiciatur, & manet institutio pura per

10 † Per prædicta videntur mihi Bal. & sequaces nō fuisse rectè locuti in quantum in locis antè dictis tenuerunt, ꝙ filius possit detrahere le

re legitimam in vna re.& à se eligenda. Nã ex nũc dictis apparet omnes esse vnanimes in hoc quod filius non habeat potestatem nec facultatem eligẽdi legitimã in omnibus rebus propter incommodã, ergo idem dicendum, quod non posit eligere rem in qua vellet habere legitimã: nec detur sibi electio in quib9 rebus vellet illã habere: Sed deducenda sit legitima in vna re, vel pluribus iudicis arbitrio, prout magis sine eius & hæredis incõmodo fieri potest. Quod vltra prædicta satis probatur ex l.non amplius.§.fina. cum l.sequenti quæ incipit potest. ff.de leg.j.text.enim in d.§.fi. dicit, quod si testator legat alicui partem bonorũ, est in electione hæredis vtrum vellet legatario dare bona vel eorũ extimationem, & si eligat dare bona, debet talia bona legatario dare, quæ recipiãt cõmodam diuisionẽ, & possent absq; damno diuidi. sin autem essent naturaliter indiuisibilia vel sine damno diuisio eorum fieri nõ potest, tũc omnino hæres extimationem dare cõpellendus est. Sequitur text. d.l.potest. faciens ad propositum. vbi ait Cõsultus quòd potest hæres dictam partẽ legatario relictam ei dare vel in paucioribus rebus, vel in vna re, prout ipsi fuerint in concordia, quod si se non concordant, relinquetur hoc iudicis extimationi, & arbitrio: nec necesse haberet legatarius in omnibus rebus vendicare portionem. Hanc conclusionem reperio expresè firmasse Ale. in l. Marcellus. in §.res quæ. finali colum.ff.ad Trebel.scilicet quòd iudicis arbitrio relinquatur, vtrum in vna re filius debeat detrahere legitimam, vel in pluribus. idem Abb. in dicto c. Rainaldus. & Alex.in l.in quartam. xij. col. ff.ad l.fal.& hanc etiam posuit pro conclusione quidam modernior Mediolanensis in l.filium quem habentem.ix. col. C.fami.hercis. versic. est passus. licet alleg.corruptè quasdam quotas quæ non dicunt id ad quod eas allegat. Hoc est etiam quod voluit Bart. in d.l.ij.C.quan.& qui.quar.pars deb. dicens quòd non posset filius capere aliquam rem pro sua legitima, per argumẽtum eius quod in trebellianica est dispositum: quæ non potest deduci in vna re: imò de singulis rebus l.ij.& ibi gl. & doct. C.ad l.falc. l. si peculium. in princ. ff. de pec.leg. per Bart. notanter in l.quartam. ff ad l. falc.gl.& doct. in d.c.Raynuntius l. Plautius.&·l linea margaritarum ad l. falcid. Item quiá cũ legitima sit ius quodadam vniuersale, respicit quãlibet

libet partem patrimonij, cum
ius vniuerſale nō poſſit reſpi-
cere rem ſingularem.l.j §.hę-
res.ff. ad trebel.& pro hac par
10 te conſuluit Fran.de Are. cōſ.
clvj. incipit diligenter viſis.
vj.& vij.col.& conſil.xviij.in-
cipit diſcuſſa.& Rapha.Fulg.
conſi.xviij incipit caſus talis
eſt. & hanc concluſionem ſe-
quor,quia eſt communis, iu-
ſta, & optimè fundata ex d.l.
non amplius, & ex d. l. ij. &
quia iudex in ſeparanda com-
munione habet arbitrium, vt
videat quid patribus expediat.
vt inſti. de offic. iudi.& in d.l.
11 ad officium. † Nunc ſupereſt
ad fundamenta aducta in op-
poſitum reſpondere, & prin-
cipale omnium fundamētum
eſt textus in d.l.creditoris.iun
ctis iuribus, quæ filium faciūt
in legitima creditorē. & quia
Bart.in l.ſi quis legatum.in §.
fin.poſt gl. de falc. dicit quòd
filius æquiparatur vero credi-
tori. Ad hoc reſpondetur du-
pliciter. Primò, quia non repe
ritur iure cautum, quòd filius
habeat omnia bona patris hy-
pothecata in ſolidum pro legi
tima: licet poſſit dici credi-
tor: & per conſequens non ha
bebit poteſtatem eligendi, vt
creditor qui habet pignus. hęc
fuit. reſponſio data per Alex.
in d.l.in quartam.xij.col. Sed
hæc reſponſio bene poteſt ca-
uillari: cùm quilibet legatarius
habeat obligata bona teſtato-
ris pro legato.l.j.& ij.C.com.
de lega. ergo idem in filio: vt
pro legitima habeat bona hi-
pothecata, cùm lex magis fa-
ueat filiis in legitima quàm
legatariis. l. Papinia. §. quar-
ta.de inoffi.teſt. dicas hoc non
eſſe bene expeditum in filio,
ſcilicet ei competere hipothe-
cariam ſi expreſsè nō eſſet ſibi
relicta legitima. ideò Bal.in d.
l.filium quem habentem: non
benè nec clarè hoc firmauit. ſo
lummodo dicit in xij. col. ꝙ
filius eſt creditor (vt ita dixe-
rim) bonorum: quia bona te-
nentur ſibi ad legitimam. vt
12 ſic dixerim. hæc ille. † Itē quia
fortè voluit dicere Alex. quòd
licet filius in vita cenſetur cre
ditor: non tamen habet bona
hipothecata in vita pro ſua le-
gitima: cùm non debeantur in
vita, quod ſecus eſt in credito-
re alio. Vel verius Alex. in-
tentus fuit, & rectè loquitur,
quòd filius non habet hipo-
thecata omnia bona patris in-
ſolidum pro legitima cùm nō
habeat legitimam in ſolidum
in qualibet re: vt ſtatim decla
rabitur. Secundo modo re-
ſpondetur, ꝙ licet filius largo
modo poſſet dici creditor pro
legitima, tamen non eſt credi
tor in vnaquaq; re in ſolidū:
quia filius in vnaquaq; re à pa
tre relicta habet legitimam
ipſo iure pro rata cuiuſlibet

rei d.l.scimus.§.repletionem. & d.l.si patronus.§.j. de bon. liber. Bart. in d.l.in quartam. & sic si in vna re solùm vult, legitimam; vult habere plus quàm sibi debetur, & sic malè. l.si non sortem.§.si centum ff. de cond. indeb. & sic videtur dominus in specie in omnibus rebus, sed illud quod debetur sibi in vna specie nō potest sibi solui in alia de iuris rigore. l. ij.§.j.ff.si cet.per.hanc responsionem reperio datam per Bal. ad d.l.creditoris.in d.l.filium quem habentem.xij.col.† Ego
13 respondeo iij.ex quadam conclusione Aug.quam sing. tradit in d.l.creditoris: ibi enim est casus quòd creditor qui recepit pignora cū pacto de vendendo, potest ad suum arbitrium alienare pignus quod voluerit, & certa bona debitori reseruare: dicit nunc Aug. ꝙ illa lex debeat intelligi dū modo vendat res mediocres, ex quibus commodè sibi satisfieri posset: quia aliàs nō esset in bona fide.C.eo.l.in bonę fidei.per Bar. in l.alio.de alim. & cib.leg.& quod notat glos. in l. penult. C. quando decre. opus non est. Et cum hoc voluit concordare Bald. post Iac. in dicta l. filium quem habentem. xij. colum. vbi dicit, quòd dato quòd filio data esset potestas eligendi legitimam in vna re, deberet intelligi de mediocri ne dum filio satis fauendum esset existimamus fideicōmissarij commoda defraudentur. l.fina.§. sed si quis. C. commu. de leg. ff. de leg.j. l. legato generaliter. argum. C. de sacrosanct. eccl. authent. hoc ius porrectum. Ad alias ineptias And. Sicul. superfluum esset respondere, nisi ad vnum quod profert contra Bart. dicens quòd cum lachrymis profert Bart. malè dixisse, quas profectò iustius pro se effudisset, si errorem suum recognosceret, & sic teneo iudicis arbitrio legitimam deducendam, & hoc decidit Bart. in d. l. in quartam. vbi loquendo in falcidia, & trebellianica, quæ debet deduci de qualibet re pro indiuiso.l. Plautius. & l. linea margaritarum ff. ad l. falc. tamen si res sunt indiuisibiles potest in vna re deduci. l. sed si non seruus. & l. lege falcidia.§. si inter.&l.si fundum mihi.cum simil. ad l. falc. aut sunt diuisibiles, & tunc deduceretur de vna, vel de duabus rebus officio iudicis. alleg. d. l. potest, & d. l. ij. C. quando & quib. quarta pars. Vnum posset dici saluando Bald. quòd non datur filio absolutè potestas eligēdi legitimam in re quam velit, vt proximè dictum est. Sed bene vt eligat tanquam bonus vir, & in hac electione

arbitrium iudicis versari: vt videat si est nimis dãnosa electio filij ipsi hæredi, nec ne.

Tamen quòd aliquod priuilegium habeat filius in legitima eligenda, cùm censeatur quodammodo creditor, vt in §. j. in auth. de trien. & semiss. & creditor, qui habet pignori plures res sibi obligatas, habet electionem, quas vellet vendere ad commodum suum pro debito consequendo. vt d. l. creditores. & hoc volunt aliqui sentire. Sed in idem recidit hod cum prima opinione.

14 †Sed circa prædicta adde tria verba notanda. Primum, quòd licet filius haberet hanc electionem, ita quòd pro legitima sua consequenda posset aliquam rem vendere, debet intelligi de tali re quæ est æquiualens, iuxta mensuram legitimę. secus si esset talis res quę nimis mensuram legitimæ excederet. hoc firmat Bald. singulariter in l. magis puto. in §. ne passim. ff. de reb. eor. in fin. argum. illius text. Sic dicit debere limitari id quod notatur in authent. de restit. & ea quæ pa. in §. quoniam ob rem.

15 quod est notandum. † Secundum est quòd in re à testatore legata cessat electio filij, si alia bona supersunt, quæ sint ad legitimam æquiualentia: hoc fuit elegans verbum d Bald. in rub. ff. de re-

tum diuis. ij. colum. in versic. sed pone. dicens quòd si pater mandauit in testamento quòd fiat hospitale id domibus suis, filius verò vult illas domos eligere pro sua legitima, vtrũ posset? videtur enim quod sic per d. l. creditoris arbitrio. contrarium determinat, ex eo quòd testator potest eligere vnam rem, de qua testari possit, si filius in cæteris bonis relictis, potest habere legitimam: nam electio quę datur filio, datur in aliis bonis non legatis: quia legata integra prestanda sunt, si bessem non excedunt. vt in d. §. quoniam ob rem. d. authent. Hæc sunt verba sua mirabilia profectò, quæ elegantem limitationem huic legi conferunt. vt infrà dicetur. Hoc idem fuit de mente Bald. in d. l. potest. ff. de leg. j. vbi dicit, quòd potest filius eligere legitimam in vna re, quæ tamen alteri non esset relicta. hoc extollit & sequitur Alex. in l. in quartam. xij. col. ff. ad l. falc. & in d. l. non amplius. & in l. Marcellus. §. res quæ. ad fin. ff. ad Trebel. Fundamentum huius conclusionis est, quia testatori permittitur legata relinquere vsq; ad quantitatem legitimæ non excedentem. Inst. ad l. fal. in prin. & in l. j. ff. eo. tit. disponitur de falcidia. facit totus ti. C. de inof. test. Si ergo hæredi

remanet cõsultum in aliis rebus, vnde posset consequi legitimam, non est super quo conqueratur: nec tanquã grauatus in legitimam potest mittere manus ad res alteri legatas. quam conclusionem refert & sequitur quidã moderpior Mediolanensis in d. §. repletionem. & in d. l. filiũ quem habentem. licet vt referunt moderni aliter fuerit consultum per Paul. quem ipsi reprobant. Hoc tamen limita: nisi pater legasset meliora bona sua, ita quòd deteriora remansissent pro filio. ita Alex. in d. l. in quartã. & in d. §. res quæ. quod patet ratione: nam licet integra legitima remaneat filio: tamen non potest negari, quòd non est nimis grauatus & minus legitima sibi relinquitur, respectu bonitatis rerum aliis relictarum, & deteriorum sibi relictorum: vnde cùm sit grauamen dicit reiici per hanc legem. † Tertium est e (& hoc tene menti perpetuo) quod vbicunque filius concurret cum aliis fratribus, quibus etiam debetur legitima, tunc filius nullum ius eligendi habet pro legitima: sed sorte dirimetur. hoc fuit elegans verbum Bald. in l. suus quoque. ff. de hæred. instituend. alleg. d. l. ij. C. quando & quib. quar. pars. singulare verbum est: sed non allegat bonum fundamentum, nec aliquid facit d. l. ij. Sed teneo suum dictum, non per eius fundamentum: sed per hanc legem iuncto §. j. in auth. de trien. & semis. cũ aliis. ibi enim dicitur quod debetur filiis tertia pars propriæ substãtiæ paternæ. Sed si vnus filiorum possit vnam rem, seu plures eligere pro legitima sua magnum grauamẽ ex hoc alteri filio generabatur, quòd grauamẽ in multis posset cõsistere, vt consideranti patebit. Verum est, quòd hoc de sorte non placet. Imol. in d. l. suus. penult. colum. cùm non sit deueniendum ad iudicium sortis, nisi in casibus in iure expressis, vt inquit Bart. in d. l. ij. & notatur in l. j. ff. vti possidet. Imò tunc recurrẽdum sit ad iudicis arbitrium & officium: vt in d. l non amplius. & per Bart. in d. l. ij. & hoc mihi placet, per ea quæ ante dicta sunt. † Omnia f prædicta elegãter limitabis, addendo vnũ casum, in quo filius debet habere legitimam in re certa. puta si testator reliquisset filio suo aliquam rem pro sua legitima. Nam in isto casu in illa re sic assignata filius debet habere legitimam suam: & iudex debet tunc sequi voluntatem testatoris: & sic pater potest relinquere filio certam rem pro legitima: & in illa sibi legitimam assignare. hoc

16

17

hoc reperio elegantissimè decidere Abb. in c. Rainaldus. de testa. viij. col. versic. in gl. fin. concludens, quòd vbi testator disposuit ex qua re sit fienda deductio legitimæ seruanda est voluntas testatoris. Mouetur Abb. duplici fundamento. Primò ex gl. d. c. Rainaldus. & in l. id autem. ff. ad legem fal. melius poterat allegare l. cum quo. §. fi. & l. querebatur. §. fi. ff. ad l. fal. quæ in quarta falcidia hoc permittunt. Secundò probat hac ratione, scilicet, quia à principio poterit partẽ certam relinquere loco legitimæ, allegat hanc legem & l. omnimodo. C. de inoffi. test. conclusio est famosa profectò quòd testator in testamento posit disponere, & eligere in qua re filius suus debeat habere legitimã, ad quam bene potest facere in arg. l. filiũ quem habentem. C. fam. hercis. Aduerte, quia iste est quotidianus punctus; ideò volui inquirere Abb. fundamenta, si hoc probent. ipse enim adducit autoritatem Bart. in l. in quartam. ff. ad l. falc. quem fatetur hoc dicere: sed Bart. re vera hoc nõ dicit, solummodo enim Bart. loquitur in falcidia & trebellianica: non autem in debita iure naturæ: inter quas maxima est differentia, vt statim subiiciam: nec etiam hoc dicit textus in dicta lege; id autem. cum illa lege solum loquitur in falcidia. Verum est, quod gloss. singulariter in d. cap. Rainaldus. in versicul. portiones. inculcat falcidiam, trebellianicam, & quartam iure naturæ debitam, & vult quòd in vna re posit deduci legitima ex volutate patris, Sed hoc non affirmat clarè, maximè quia nullum allegat fundamentum, nisi l. filium quem habentem. C. fam. herc. que solùm loquitur in quarta trebellianica, & sic hoc fundamentum nihil facit. Allegat etiam hanc legem & legem omnimodo. isto tit. quæ vrgere videntur adductæ isto modo: nam text. in dicta l. omnimodo. dicit, quòd si testator in suo testamento aliquam quantitatem reliquerit filio suo in hæreditate; legato vel fideicommisso, etiam si non ascendat legitimam tale legatum; non potest filius querelare testamentum, sed debet agere ad supplemẽtum; & sic videtur quòd valuit illud relictum sibi factum, & illud imputat in legitimam: & per consequens statur ibi voluntati paternæ in eligenda legitima in re certa. de quo text. hec lex facit relationem. Sed nec hæ leges fundant propositum Abb. & glo. Bartol. quia in dicta lege, omnimodo. solummodo Im-

perator venit ad decidendum quoddam nouum dubium, scilicet quod vbi filio aliquid relinquitur in testamento, etiam si minus legitima, nec potest qrelare, nec impugnare testamentũ, sed solũmodo habet ius agẽdi ad supplemẽtũ: tamẽ ibi nihil deciditur, si de necessario filius teneatur acceptare & accipere dictã rẽ sibi relictã præcise pro legitima si ipse nollet sentiens se forte grauatum in qualitate rei sibi relictæ. Itaque filius ibi nõ cõtradicebat relictum sibi factũ, sed volebat impugnare testamentum, tanquam minus legitima sibi esset relictum. & sic filius acceptauit illud relictũ sibi factum, non illud contradicendo. quam responsionem reperio sensisse Pau. de Castr. in dicto §. repletionem. in responsione quam dat ad illum text. dum per illum volebant aliqui fundare: ꝙ pater posset filio relinquere legitimã in pecunia: de quo ante dixi. Nec etiam obstat argumẽtũ factũ de falcidia & trebellia. nã deceptus fuit Abb. arguendo de disposito in quarta falcidia & trebellianica ad illud quod dispositum est in quarta debita iure naturæ: quæ æquiparatio non potest stare. nã hodie secundũ cõmunem opinionem, testator potest prohibere trebellianicam & falcidiam in totũ ne deducantur. ergo à fortiori potest illas assignare in vna re, vel pluribus esse deducẽdas, prout voluerit: sed legitimã debitam iure naturæ non potest prohibere, nec in ea grauamẽ apponere. ergo à casus diuersitate stat clara responsio, per quæ manet opinio Abb. absq;

18 fundamento. Teneo ergo, quod si ex hac electiõe per patrem facta filius aliquod grauamen sentiat, quod non valeret talis electio contra filij voluntatem, moueor ex dicto §. repletionem. vbi legitimæ repletio fienda est de testãtis substantia, & sic nõ de vna re. Item quia text. in authẽ de trien. & semi. dicit quod filio pro legitima debetur tertia pars propriæ substantię ipsius patris, quam reliquit tempore mortis. Sed si solũ vna res relinquitur per patrem, dato quòd sit æquiualens legitimæ: non satisfit legi: nec relinquitur ei tertia pars substantię, maximè quia filius habet ius legitimę in singulis rebus vt voluit text. & gloss. in dict. cap. Rainal imò habet ius hoc in solidũ in singulis reb⁹, vt Abb. inquit ibi. viij. colum. versicu in glo. fina post Innocen. & hoc antequam deducatur legitima, licet tẽpore deductionis iudex posset arbitrari de quibus rebus, vel de

certa

certa re sit fienda deductio, vt ante dictũ est. Item moueor per hanc legem quæ mandat, vt legitima detur filio sine onere & grauamine. Sed si filius sentiat se grauatum in re quã pater sibi assignauit. ergo tollitur dictum grauamen.

Et hoc in expresso reperio decidisse Ange. in l. si pater. ij. colum. C. de instit. dicẽs quod si filius institueretur in vna re hæreditaria pro sua legitima in qua re pater destinauit legitimam filij esse deducendã: quod fili⁹ potest dicere se nolle habere legitimã in illa re: sed accipere eam de vniuerso, & ad hoc audiendus est si ex tali assignatione filius fraudaretur & grauaretur in legitima, puta quia est quædã res sumptuosa. & posita in lõginquo, secus si esset æquè bona sicut aliæ. idem Ange. in l. in quartam. ff. ad legẽ falc. & ibi sentiũt. Imol. & Alexan. quod perpetuo nota ad intellectum & limitationem Abb ad quod vide quod dixi supra in hac ampliatione prima conclusione. Et satis credo per ante dicta, quod verum filius recipiat grauamen in re sibi assignata pro legitima vel ne, quod hoc arbitrio iudicis sit relinquendum. Sed vbi non grauaretur fili⁹, iustũ est quod valeat electio paterna: & ꝙ iudex teneatur sequi voluntatẽ patris, qui præsumitur sanum consilium velle, & eligere pro filiis suis, maximè cũ l. permittat patri facere diuisionẽ bonorum in testamento inter filios, vt dicit tex. no. in l. quoties. C. fami. ercifcun.

Et sic consului pronunciandum quibusdam iudicibus arbitris à me quærentibus consilium in causa quorũdã hortolanorũ de Ribilla ciues Vallisolid. cum inter eos pater suus diuisisset bona in testamentum, capiens pro eis optimum consilium, ne bona diminuerentur ex separatione & diuisione incõmoda, si portiunculam quilibet hæres deberet habere minutatim in qualibet hæreditate, bene nõ-

19 tato istã qa quotidiana. † Subiungit Abb. alium casum singularem, in quo filius potest habere legitimam in re certa ex volũtate patris & eiusdem filij, puta si pater in vita concessit filio aliquam rem in peculio. nam post mortẽ potest filius dicere se velle habere & deducere legitimam suam in illa re. nã ex quo testator dilexit filium in vita, respectu illius rei præsumendum est, quod idem voluit post mortẽ. dicit esse casum notabilem de hoc in l. filium quem habentem C. fami. erciscun. hęc ille.

20 † Ego põdero, quòd de rigore punctualiter ille textus nõ

decidit illud ad quod allegatur: per Abb. f quia ibi text. non loquitur in legitima debita iure naturæ: sed solum in quarta trebellianica. ideo credo conclusionem Abb. sic simpliciter, prout illam ponit nõ esse verã tam ex eo quod ille textus loquitur in trebellianica: quàm etiam quia in trebellianica non tenetur simpliciter intellectus antiquorum scilicet quod filius posit detrahere trebellianicam in solidum in vna re sibi destinata in peculium, vt statim subiiciam. Nihilominus est dicta l. maximum argumentum ad decidẽdum idem in legitima debita iure naturę. nam illa l. filium quem habentem. inter alias lecturas ad eam datas habet vnam antiquorum, quam ibi sequitur Bar. scilicet quod trebellianica potest deduci in vna re cõcessa filio in peculio profectitio: & in hoc non est alibi ille text. ratio est secundum gloss. ibi & Barto. quia cùm pater eum prædilexit in vita: eandem voluntatem debet sequi iudex in bonorum diuisione: quã facit post mortem: quia secundum Barto. licet quarta respiciat quanlibet rem patrimonij, non tamen debet fieri diuisio cuiuslibet rei patrimonij. vt in dicta l. ij. C. quando & qui. quarta pars. Sed debet deduci in vna re vel pluribus, prout fuerint in concordia, vel iudex fuerit arbitratus, vt dicta l. potest. debet ergo iudex istam rem eligere, quam pater concessit filio in vita in peculio: quem etiam in hoc præsumitur in morte dilexisse. l. pen. de alim. & cibar. le. & ne auferatur filio quod suis sumptibus laborauit, & laboribus ampliauit de alluuio. & palu. l. fina. & ne ab eo fiat separatio rei ita sibi cohærentis argumẽ. l. possessionum. C. communi. vtri. iudi. sic residet Barto. circa dict. l. intellectũ. Nec obstat huic lecturæ, quædã obiectio, quã gloss. ibi facit contra eam scilicet quia peculia profectitia, non sunt præcipua: sed communia. l. certum. C. fami. ercis. ergo &c. nam vt ait Bar. filius re vera non habet dictum fundum præcipuum: cum pro eo habendo det tantundem: nam quartam quam debebat habere in aliis rebus dimittit, & habet eam in dicto fundo peculiari. Nec etiam obstat l. titia. ad legem falci. nã ibi loquitur quando detrahit quartam secundum voluntatẽ defuncti in dict. l. filium. detrahebat præter voluntatem. & sic dict. l. & eius rationes decidendi satis stringunt etiam in legitima debita iure naturæ. Et dictam lecturam approbauit idem Bartol. in dicta l. in quartam

quartam.& Pau.de ca.simpliciter,vt Batt.in dict.l. filium.

Est verum quod Cin.Bald. Salice. Fulgo. & quidam alij non admittut simpliciter hūc intellectū licèt in effectu maneat, dicunt enim quod cùm pater concessit filio suo aliquam rem, & sic ad tempus, non tamē propter hoc sequitur,quod eo mortuo voluerit hanc concessionem esse perpetuam argu.l.epistola,§.fin. ff.de pactis.Sed fatētur quod licèt filius de rigore,authoritate propria cohæredibus cōtradicentibus non possit integram trebellianicam deducere ex dicto fundo peculiari:tamen cùm detractio trebellianicæ iudicis arbitrio sit fienda vt inquit gloss.in dict. l.filium. & in iudiciis diuisoriis iudex habet multùm sequi:non solum expressam testantis voluntatem,sed etiam coniecturatam.l. si cogitatione.C.fami.erciscun.iudex cuius arbitrio hoc relinquitur: cōsideratis dictis coniecturis proximè relatis,debebit assignare huic filio totam quartam trebellianicam in dicto fundo peculiari: sic residentisti. Certè Barto.non meretur reprehendi: quia si rectè ponderetur,tam in dicta l.in quartam, quàm in dict.l.filiū quem habentem.idem firmat referens se ad iudicis arbitriū. ita quod iudex debeat sequi voluntatem defuncti & arbitrari:vt habeat filius quartam in illa re,quam in vita pater in peculio sibi assignauit. & hoc ex præsumpta voluntate testatoris,qui hoc voluisse præsumitur. Per quæ concludo quod in hac quarta trebellianica relinquitur iudicis arbitrio,quod illam faciat deducere in dicta rę peculiari. Nec hoc relinquitur in absoluta potestate filij:vnde si aliud iudici constaret de mente testātis,vel alia iusta causa posset mouere iudicem,bene posset hoc iudex alterare ex arbitrio sibi concesso. Ad propositū ergo fortius hoc relinquitur in iudicis arbitrio in legitima debita iure naturæ: quia cùm peculiū profectitiū post mortem patris cōmunicetur inter omnes filios hæredes.l. certum.C.fami.erciscun.reputatur,& connumeratur inter bona hæreditaria paterna,& per consequens alij filij tanquā in substantia paterna pro legitima sua debent habere partē in illo.Sicut alius filius cui in vita fuit dictum peculiū cōcessum,vt in dicto §.repletionem.sed quia licet filius habeat ius in singulis rebus pro legitima:tamen tempore deductionis,& diuisionis relinquitur iudicis arbitrio;in qua re vel in quibus sit deducēda.

vt in dict.l.potest.& in dict.l. ij. Dico quod cum iudex in diuidendo debeat sequi voluntatem testatoris non solu expressam sed coniecturatam.l. si cogitatione. C.famil.ercisc. iustum & equum est vt debeat arbitrari conformando se cu decisione dict.l.filium que habentem vt scilicet asignet filio pro sua legitima re quam sibi pater in vita concessit in peculium propter ratiões supra assignatas.non ergo hoc erit in potestate filij: vt propria authoritate ipse hoc possit eligere: vt dicebat Abb. sed residebit in iudicis arbitrio. & ita temperatum dictu Abb. tenebis menti perpetuo pulchram extensionem ad dicta l.filium que habetem: vt procedat etiam in deducenda legitima de re filio asignata in peculiu. Quod nota, quia hæc pulchra sunt, & quotidie occurrentia, quæ mihi sæpius honorem & commodum attulerunt in facto. In quinta, & tertia pater potest eligere: de quo vide infra in j.quest. posita super l.regni.

SVMMARIVM

1 *Filia non potest grauari in dotem quatenus est intra legitimam: secus in eo quod excedit legitimam & nume.2.*

3 *An in eo quod excedit dos legitimam si iure consolidationis pertinet ad filiam possit grauari, disputatur late cum nume.seq.*

ADDITIO.

a *Quæ verba Barto.formaliter sequitur & approbat Florian.in eodem §.filia.*

b *Et etiam Raphael cuma.qui asserit hanc esse communem opini.tamen sibi displicet: & ad illum tex. in §.filia.respondet quod ibi fuit filia instituta vel sibi factum relictum.*

Dvodecimò ampliat hæc lex vt procedat in dote 1 filiæ asignata, ita quod filia nõ potest grauari in dote, quatenus est intra legitimam, cu imputetur in legitima.l.quoniam nouella.C.de inofficiosi testamen.& in legitima subducitur omne grauamen, vt hic ita dixit Barto.in l.fina.§.filiæ.ff.de leg.ij.Cin.in l.vnica.§.videamus.ad fin.C.de rei vxo.actio.vbi dicit, quod si pater dotauit filiã simpliciter. & postea eam instituit in dote: & substituit ei per fideicõmissum, quod quatenus est intra legitimam, reiicitur substitutio tanquam onus: do casum singularem in expresso: & ibi hoc tenet Barto.in l.lucius.§.maritus.ff ad trebe.idẽ Bald.& Salice. in l.quoniam nouella.C.de inoffic.testa. & Bal.idẽ per istu tex.in d.l.fin. §.filiæ.ff. de lega.ij. Paul. de Cast.in

Cast. in d. l. quoniam nouella.
per d. §. filiæ. Paul. & Alex. in
l. à filia. ff. ad Trebellia. com-
munis est omnium sententia,
per quam ampliabis singula-
riter glo. in l. iiij. §. sed verum.
ff. de mino. quæ tenet, quòd fi-
lia potest institui in dote sibi
assignata vt amplietur in tan
tùm quod nec aliquod graua-
men in ea potest filiæ apponi.
quod nota. †Sed limita præ-
2 dictam conclusionem esse ve-
ram, nisi dos excederet legiti
mam, quia in eo quod est vl-
tra legitimam, benè potest in
dote imponi grauamen filiæ
dotatæ. Iste est casus singula-
ris in d. l. fina. §. fideicommis-
sum filiæ. aliàs incipit filiæ. ff.
de lega. ij. & hoc firmat Bart.
per illum in l. Lucius. §. mari-
tus. ad Trebel. quod etiam se-
quuntur omnes in locis ante
allegatis. & consuluit Dinus
consil. xxxvj. incipit. hæc est
quæstio cuius tenor. Sed su-
peruenit Bal doct. Perusi. in d.
l. quoniam nouella. ij. quæstio.
qui eleganter limitat dictum
§. filiæ. dicens, quòd licet filia
posset grauari in dote: in eo
quod excedit legitimam, il-
lud est verum quando dos erat
reuersura ad heredem grauan
tis, & non deberet consolida-
ri in filiam, putà quando pa-
ter fuit stipulatus dotem sibi
soli reddi soluto matrimonio,
vel sibi & hæredibus suis,
iuxta ea quæ notat glo. in d.
§. videamus. & Bartolus in l.
post dotem. ff. soluto matrim.
3 †Sed si iure consolidationis
pertinebat ad filiam, non va-
leret grauamen, nec fideicom
missum, nisi tantum filiæ vl-
tra relinqueretur, quatenus
grauatur l. Titia §. quæ in vi-
ta. de lega. ij. l. pater filium. in
princip. ad l. Falci. ita resider,
referens se sic consuluisse.
Pulchra & quotidiana sunt
hæc: ideo non succincte præ-
tereunda. nam reperio quod
Paul. de Cast. tam in d. §. filiæ.
quàm in dicta l. quoniam no-
uella. loquitur satis inhonestè
contra Bald. dicens ipsum ve-
hementer errasse in dicta li-
mitatione & intellectu per eũ
posito ad d. § filiæ. nam si il-
le textus dicti §. filiæ. intelli-
geretur quando cessabat con-
solidatio, & actio de dote
erat patris & hæredum, de
nullo dubio deseruiret ille
textus: quia ex dicto grauami-
ne non grauaretur filia, sed
hæredes. vnde concludit di-
ctum §. habere locum etiam
quãdo actio de dote erat com-
munis, vel filiæ: & sic veniebat
cõsolidanda, vt & tunc posset
ei imponi grauamen in eo
quòd dos est vltra legitimam.
Ratio est secundum eum, quia
in eo quòd dos est vltra legi-
timam, licet sit proprium pa-
trimonium filiæ: & videatur
illud

illud de proprio patrimonio patris exiisse, tamen non per omnia: cùm imputetur in legitima, vt dicta l. quoniam nouella. Sed si in totum exiisset, non imputaretur. & sic conclu dit d. §. procedere indistinctè, dato quòd dos esset cõsolidata in filiam, vel filia iussu patris fuisset stipulata: aut pater ipsi filiæ: quibus casibus censetur ipsi donata: vt in d. l. post dotem. nam & tunc imputatur in legitima. vt est casus in d. l. quoniam nouella. In quantum loquitur de matre, vel linea materna, quæ dotando videtur donare. vt in l. vnica. §. accedat. C. de rei vxo. actio.

Licet ergo donatio ex causa dotis teneat dato quòd filia sit in potestate. vt l. Pomponius Philadelphus. ff. famil. herci. nec posset pater reuocare, in vita filiæ: potest tamen filium grauare, si decesserit sine liberis. dicit ad hoc esse mirabilem casum in d. §. filiæ. quem ad hoc valde extollit: & a loquitur notanter. licet miratus sum de eo nullum ad hoc allegante nisi Bald. & Ioan. Andr. Aduerte, quia Ioannes And. de quo Bal. nullam mentionem facit, mouet hanc quęstionem in additio. Specul. in tit. de instrumento. æditio. §. compendiosè xviij. col. in versicu. sed super forma precedenti incipit, sed incidit alia quæstio, & ad finem residet quòd in eo quod excedit legitimam non posset filia grauari; vbi actio de dote veniebat consolidāda, & sic tenet opinionem Bal. licet nihil boni allegat: tamen apertè tenet quod in quantum d. §. filiæ. permittit, vt filia posset grauari in dote, quatenus est vltra legitimam, debeat intelligi quando pater esset stipulatus sibi soli reddi, seu hæredibus suis ita quod cessaret consolidatio, aliàs secus. Idem Ioan. de Imo. in l. Lucius. §. maritus. ff. ad Trebellia. quod etiam apertè firmauit Alexan. in l. à filia. ff ad Trebellia. dicens quòd placet sibi opinio Ioannis And. licet aliqualiter violet literam d §. tamen ita oportet fieri vt iura iuribus concordent. Et in veritate ante istos hęc fuit intentio Bar. in d. §. filiæ. licet non loquatur multum clarè. dicit enim quòd ille §. est intelligendus quando actio de dote non erat quęsita filiæ[a] si enim quæsita esset nō posset grauari, nisi ei vltra relinqueretur & legatū agnosceret. l. Titia. §. quæ in vita. de leg. ij. d. l. pater filium. hæc ille. itaque in hac limitatione ad d. §. filiæ, sunt Ioan. Andr. Bárto. & Bal. Imo. & Alexan. quæ licet nimis restringat d. §. filiæ. tamen iustum videtur ex eo quia pater non potest in dotem præiu

præiudicare filiæ iuxta l. quoties. soluto matrimonio. nisi tantundem reliquisset filiæ quæ agnouisset legatum. l. si cùm dotem. §. si pater. soluto matrimonio. & d. §. qui in vita. Item quia hæc donatio ex causa dotis valuit à principio, vt d. l. Pomponius Philadelphus. & sic non potest in ea apponi grauamen l. perfectam. C. de donat. quæ sub mo. sed quando non consolidatur ratione illius spei toleratur grauamen vltra legitimã.

5 ¶ Pro alia parte imò quòd ille §. filiæ. intelligatur generaliter prout iacet, scilicet vt posset imponi grauamen quatenus est vltra legitimam, scilicet etiam in casu consolidationis

b est Dinus, [b] Paulus, Cinus, Picho. de Neapoli. & tenendo hanc opinionem posset responderi vt voluit Paulus & alij moderniores, quod licet pater donec filia viuit non posset ei præiudicare in dote, vt d. l. quoties. & authent. sed quamuis. C. de rei vxo. actio. tamen post mortem bene potest ei præiudicare grauando eam si sine liberis decederet & iste sit casus in d. §. filiæ. nihilominus articulus est dubius, intantum quòd si quis pro vna parte plus quàm pro alia iudicasset, non esset increpandus, vt dicebat Alex. in d. l. à filia. ff. ad Trebel. Vnum notabis, quòd dos quam pater præcise stipulatus est sibi & suis hæredibus, ita quod filiæ non consolidetur non imputatur in legitima filiæ dotatæ nisi hæredes patris stipulationem remittant, id est ius stipulationis cedant filiæ. ff. de leg. iij. l. vxorem. §. pater naturalis. & ibi per Ia. de Are. & Bal. in d. l. quoniam nouella. ad finem quæ omnia notabis, vide quæ dicam in xv. ampliatione.

SVMMARIVM.

1 *Procedit hæc lex in grauamine quantitatis etiam intercedente pacto inter patrem & filium.*

1 DEcimotertiò † amplia hãc l. vt procedat in grauamine quantitatis reijciendo, dato quòd inter patrẽ & filium esse factum pactũ de amplius nõ petẽdo. l. si quãdo. §. illud. C. de inof. test. l. pactum. C. de pact. l. pactũ. C. de colla. l. qui superstitis. ff. de acquir. hære. cum aliis: & quia hæc est materia pacti de non succedendo quòd improbatum est à iure, & eius materia diffusè in pluribus locis tractatur non expedit super hoc insistere: & si habeat locum hæc ampliatio in aliis grauaminibus seu conditionibus filio appositis. Vide quę dixi suprà x. ampliatione.

SVMMARIVM.

1 *Etiam in legitima augmentata à statuto reijcitur onus & conditio.*

Filia

2 *Filia licet debeat esse cōtenta propter statutum cum quantitate sibi à patre pro legitima relicta, nō tamen potest in ea grauari.*

ADDITIO.

a *Adde Albertum Bru. suo tracta: de augmento.in v. conclusio principali.prima col.*

1 Decima quarta † ampliatio sit & est elegans, scilicet quòd si per statutum vel l. municipalē legitima filiorum esset augmentata vltra quantitatem filiis taxatam à iure communi, quòd licet plus non exprimeretur in dicto statuto: tamen subintelligitur vt debeat regulari secundū terminos huius legis, hoc est, quòd nullum grauamen nec onus filio posset apponi in legitima sic aucta, sed debeat amoueri & relici tanquam si appositū
a non fuisset [a]. hoc fuit singulare consilium Ioan.Cal.in cōsi. xxxij. incipit. si testator quod est positum sub titu. de testa. vbi ad literam consuluit, q statutum augens legitimā filiorum & in hoc iuri cōmuni derogans in aliis omnibus recipit interpretationē à iure cōmuni: ita vt omne grauamen de legitima ipso iure reiiciatur: probatur in l.j.§. falcidia. ff.ad l. Falci. quod dictum extollit & sequitur quidam Mediolanēsis doctor modernior pro tunc legens Papiæ in l. omnes populi.pen.col.ff. de iusti. & iure. idem Roma.in l. si quis priore.ff.ad Trebel.referens sic se cōsuluisse apud Valentiam & dicit se bene consuluisse. & in specie hoc dictū refert & sequitur Alex. in d.l. si quis priore.iij.col. & in l.inter cætera.penul.col ff.de lib. & posthu. & in l.fin.§.in computatione. viij. colum. C. de iure delib. Ioan.de Imo. Idem in l.finali. xviij. colum. ff. de condit. institu. Et licet isti non allegent ego reperio Bartholomeum de Salice.in hac l. ad finem qui hoc expressè determinat post cōsilium cuiusdam doctoris antiqui nomine Iacobi Butrigarij. † Dicit enim quòd si statuto caueatur, quòd filia sit contenta illa quantitatè quam pater ei reliquerit, nec posset plus petere, contingit quòd pater relinquit ei certam quantitatem quæ non ascendebat ad legitimam, in qua apposuit sibi certum onus, filia contentatur de quantitate relicta: sed dicit se ad onus non teneri per hanc l. quoniam. concludit quòd filia rectè dicat, nec teneatur ad onus, imò reiiciatur & habeatur pro non appo sito per hanc l. nec statutū sibi obstare: imò cùm nihil disponat de onere manet dispositio iuris cōmunis disponentis super grauamine reiiciendo l.si extraneus. de condi. ob cau. l. com

commodissimè. ff. de libe. & posth. Item quia aliud est disponere de quantitate aliud de quantitate vel onere. Sed cùm statutũ solũ prouidet & corrigit ius cõmune in quantitate, ergo non in onere: imò in eo seruatur prouisio iuris cõmunis: quæ theorica probatur singulariter in hac l. iuncta l. omnimodo. eodem tit. inducendo sic. Nã in d. l. omnimodo. disposuit Imperator de quantitate debẽda sine diminutione, hic de onere submouendo: & ita hæc lex addit quòd non erat dispositum per d. l. omnimodo. & nisi fuisset facta lex ista, remaneret dispositio iuris antiqui quo ad on⁹. Quod reputat valde notandũ. Et hoc dictũ in specie sequit Bal. hic, licet nullam mentionẽ de eo faciat Salı. Idẽ sequitur etiam Pau. de Cast. hic reputans pulchrum dictum & menti notandũ: quia cùm statutũ corrigit ius cõmune, vt minus re pro legitima relinquatur nõ debet extendi, nec etiam tale statutum debet corrigere istam l. quando minus tempore vel causa relinquitur.

SVMMARIVM.

1 *Procedit hæc lex etiã in dote quæ loco legitimæ succedit.*

2 *Pater potest prouidere per stipulationem tempore, quo dotat sibi & suis reddi dotem.*

3 *Dos & legitima differunt.*

4 *Pater quando possit sibi appropriare actionem de dote.*

5 *Consolidatio habet locum in tribus casibus in casu expressæ stipulationis.*

ADDITIO.

a *Adde Alex. de Imo. in l. post dotẽ. hic alleg. et l. vij. quantum ubi relatis aliquibus pro gl. cõtra Bar. dicit se transire cum opinione Bar. te. quæ est communis & verior.*

1 QVindecima † extẽsio sit, vt non solùm procedat hæc lex in legitima: sed etiam in dote, quæ succedit loco legitimæ: intellige hoc in dote nondum data, sed quæ nunc assignatur seu legatur, vt differat hæc ampliatio à duodecima suprà posita, quam vide ad huius ampliationis intellectũ. Allego ad hoc Cinum in l. sancimus. C. de nuptiis. vbi dicit singulariter quòd si pater instituit filium vniuersaliter hæredem & filiæ fœminæ relinquit iure institutionis certam quantitatem pro dote sua. 2 (Nam licet illud relictum de sui natura sit conditionale, sci licet si maritetur sicut & stipulatio dotis nomine: vt in h. tali stipulatione. ff. de iure dotium) quòd illa conditio reiicitur: & statim potest petere quantitatem sibi relictã antequam nubat: & interim decedens transmittit ad suos cùm illa dos succedat loco legitimæ: & sicut grauamẽ submouetur

tur de legitima per hanc legẽ: ita de dote quæ in eius locum succedit & sic fuit disputatũ per Ricardum. & est conclusio indubitata in terminis iuris communis, quam tenuit Barto. magistraliter quem omnes sequuntur in l.titio centum.§.titio.ff. de conditio.& demonstra.& ita consului pridie in facto arduo illustrissimæ fœminæ dominæ Mentiæ de Velasco, & hanc eandẽ conclusionem tenet Baldus hic, quando pater relinquit filiæ pro dote. Sed si dixisset hoc modo relinquo filiæ centum pro dote si nupserit tũc est expressa cõditio:& filia interim esset præterita & haberet contra tabulas & ius dicendi nullum ff.de cõtra tabulas.l.iij. si ab ea. Sed etiam isto casu dicit Salicetus hic: quòd etiam si dicat si nupserit, habeat locũ hæc lex & remoueatur conditio.& hoc est verius quod tenementi.

2 † Attẽde tamen singulariter quod dicta hic, & in xij.ampliatione in quantũ dixi ꝙ dos succedit loco legitimæ, ita quòd in ea nõ possit apponi grauamen: vt in l.quoniã nouella. iũcta hac l. quoniam. sunt intelligẽda, nisi pater tẽpore quo dotat filiã prouideret sibi & suis hæredibus dotẽ reddi ꝑ stipulationẽ & in continenti. Nã licet actio dotis soluto matrimonio sit cõmunis patris & filiæ, vt l.ij.§.j.ff.sol. matr. & mortuo patre in vita filiæ integra actio dotis consolidetur in ipsam filiã.l. vnica.§.videamus. C. de rei vxo. act. Tamen bene potest pater per stipulationẽ in cõtinẽti sibi prouidere & impedire ius consolidationis apponendo in dote onus & cõditionẽ: videlicet ꝙ soluto matrimonio sine liberis dos reddat & restituatur sibi & suis hæredibus. Nã per talẽ expressam cõuẽtionẽ & stipulationẽ impeditur ius consolidationis, dato ꝙ filia superuixisset patri secundum veram & magis communem

a opinionẽ quam tenuit [a] Bart. in l.post dotem.solut.mat.reprobata glo.l.vnicæ.§. videamus.C. de rei vxo. actio. facit l.quotiens. ff.solut. matri. vbi permittitur patri prouidere

3 sibi & præiudicare filiæ. † Per prædicta dicebat quidam doctor modernus in quodam tractatu de dote. in vj. parte.in xvij.speciali.lxj.col.ꝙ per hoc limitatur valde hæc lex quoniam.ita ꝙ non procedat omnino à pari dos & legitima, cũ in legitima non posset apponi aliquod onus tamen secus in dote:quia potest pater appone re onus filiæ ꝙ soluto matrimonio dos redeat ad ipsum pã trem & eius hæredes.l. vxorẽ. §. testamento. ff.de legat. iij. Rationẽ optimè assignat prædict

dictus doctor. Primò quia ex tali pacto in dote non multum præiudicatur filiæ, cũ eo non obstante pater & eius hæredes illam tenentur redotare in secundo matrimonio: iuxta id quod habetur in authent. sed quanuis. C. de rei vxo. act. & etiam prouidetur sibi remedio l. fin. C. commu. vtriusque iudicij. nec etiam præiudicatur ei quominus possit habere legitimam in bonis patris licet non esset hæres instituta in quota hæreditatis, secundum Bart. in d. l. post dotem. sed si in legitima onus tale posset apponi, non posset subueniri filiæ quominus maneret grauata in legitima, & sic in hoc casu magis fauetur legitimæ quàm doti. hanc conclusionem apertè sentit Cyn. in l. vni. §. videamus. ad fin. C. de rei vxor. actio. vbi dicit ꝙ in dote non potest apponi grauamen quatenus est infra legitimam quando à principio simpliciter dotauit eam sine vlla conditione sentiens, quòd à principio valeret onus. Sic ergo tene ꝙ iura quæ permittunt patri appropiare sibi actionem de dote, vt l. quotiẽs. sol. mat. & l. pen. §. filia. eo. tit.
4 & l. auia. & l. cũ à socero. C. de iure dot. indistinctè vendicent sibi locũ: cũ filiæ remaneat integrũ ius ad legitimã. Ex quo infertur ꝙ si per statutũ filia non succedit stantibus masculis, quòd si pater dotasset isto casu filiam & fuisset stipulatus soluto matrimonio dotem sibi & hæredibus suis, ꝙ cùm per tale onus præiudicetur filiæ nec remanet sibi ius ad legitimam: cùm ab ea sit exclusa per statutum, quòd isto casu filij tenentur sibi remittere dictum onus & grauamen, cùm non censeatur congruè dotata respectu dicti oneris: & statutum excludẽs filiam dotatam, intelligitur de congruè dotata: & hoc voluit singulariter Bal. in l. fi. C. de dotis promiss. & in terminis hoc tenuit in d. l. quoniam nouella. ad finem, quod nota. Ex quibus conclude quod pater à principio potest sibi appropriare actionem de dote, nec tale onus reiicietur ex eo quòd dos succedat loco legitimę: quod intellige quãdo ius legitimæ remanet filię saluum vt modo dixi. Ista cõclusio esset vera vbi pater mortuus esset filia superuiuẽte si teneaẽ illa opinio quod cesset consolidatio in casu expressæ consolidationis, vt tenuit Bar. in d. l. post dotem. & multi eum ibi, in d. §. videamus. secuti sunt; sed si teneatur opinio cõtraria: quam gl. tenet in d. §. videamus. & multi eam tenent; tunc cùm haberet locum consolidatio cessaret onus nec hæredibus pa-

5 tris veniret restituenda.† Sed in tribus casibus etiam secundum communem opinionem habet locum consolidatio in casu expressæ stipulationis. Primus est si pater habebat alios filios pro quibus debebat dotem vel donationẽ propter nuptias, nec fuerit stipulatus & illi ex aliquo casu non tenetur cõferre. tunc ne emergat inæqualitas: dicta filia haberet ius consolidationis vsque ad concurrentem quantitatem. Secundus casus est si extranei essent hæredes à patre instituti: casus est in l. fin. C. commun. vtriusque iudi. Quos duos casus posuit Bar. in d. l. post dotem. x. colum.

Tertius casus est, vbi pater à principio stipulatus est dotem sibi soli tunc cõsolidetur filiæ: quia non interuenit aliquod factum filiæ quod posset sibi imputari, secus si stipulatio fuisset interposita ex interuallo cum consensu filiæ volentis à se abdicare ius dotis & transferre in patrem & eius hæredes, tunc non fiet consolidatio. hoc probatur in l. penult. § filia. ff. solut. matrim. & ibi hoc singulariter tenet Bald. quod nota. Et sic in his casibus tribus vbi habet locum consolidatio etiam in casu expressæ stipulationis cessaret dictum onus. Quæ omnia perpetuo nota. Nam vidi plerunque & habui consulere de facto, cùm ferè in omnibus instrumentis dotalibus apponatur dicta conditio, vt scilicet dos reuertatur ad patrem & eius hæredes si filia decedat sine liberis, & aliâs super hoc iure consolidationis occurrit mihi causa arduissima disputanda inter illustrissimos duces de Medi. celi, & de Medi. Sidonia super villa de Huelua. Quam disputationem meam inuenies inter consilia mea. consil. 5. Caueas tamen ne te decipiat quoddam consilium Decij quod est num. 36. incipit hæc est quęstio cuius tenor talis est, vbi concludit ꝙ in dote danda non potest apponi grauamen infra legitimam. nam loquitur Dinus quando pater in testamento instituit filiam in legitima, & apposuit grauamen quòd si decederet sine liberis, ei succederet quidam Franciſchinus frater suus, qui frater postea cum dicta quantitate dotauit sororem & apposuit ei dictam cõditionem, concludit ꝙ non valuit cùm iam dicta bona erant libera filiæ pro sua legitima. Sed cùm mihi occurrisset de facto quęstio consulenda in causa cuiusdam Martini de Arriaga, dubitaui cõsulere secundum opinionem dicti Bal. nouelli. cum aliqua fundamenta ex supradictis hic & in xij. ampliatione

ne concludunt cōtra eum, maximè vbi cessarent rationes suæ. Ideò multum cogita ne præcipites sententiam.

SVMMARIVM.

1 *Procedit hæc lex, etiam in ascendentibus & patronis, & etiam in fratribus turpi persona instituta.*

2 *Ascendentes & descendētes æquiparantur in successione.*

3 *Pactum per quod pater impeditur à petitione legitimæ nō valet.*

4 *Ascendentes & descendentes differunt. & nume. 5. & 6.*

7 *Quando ascendētes succedunt descendētibus, an teneantur cōferre.*

8 *Ascendentes an querelam nō præparatam transmittant ad suos.*

9 *Ascendentibus & descendentibus an competat reuocatoria pro his quæ sunt in fraudem alienata.*

10 *Pater an possit renunciare hæreditati filij.*

ADDITIO.

a *Adde scribentes hispanos, in commento super hac l. vj.*

b *No. differentias inter ascedentes, & descendētes: & aliam colligere potes ex Bar. in l. si quis à liberis. §. parens. ff. de lib. agnos. aliam ex Bald. in auth. ex complexu. C. de incest. nupt. aliā ex Sal. in l. quisquis. § filij. C. ad leg. Iul. maiest. aliam ex Bar. in l. ex facto. ff. de vulg. licet aliqui ibi teneant contra Bart. & vide Ias. in l. filium quem habentem. iiij. col. C. famil. hercis. versic. limita eam.*

c *Et Ias. in l filium quem habentem. C. famil. hercis. eclum, v.*

1 Decima sexta † ampliatio, sit, vt dispositio huius legis amouentis grauamen de legitima, non solùm habeat locum in filiis, verùm etiam in ascendentibus, & patronis, & fratribus, vbi turpis persona, per fratrem fuisset instituta, & idem in omni alio cui necessario debetur. nā isti omnes non possunt grauari in legitima seu portione, quæ de iure necessario debet eis relinqui. ista est gl. valde not. in auth. de hęred. & falc. in §. si verò expressim. colla. j. in gl. j. est casus famosus in l. Panthontus. ff. si quis à paren fue. manu. in §. fi.. ibi fideicommissum non cogetur pater præstare ex sua parte quæ ei debetur. & ibi hoc notat gl. dicens nota hic quòd pater habet tertiam sine grauamine, allegat hāc legem. est text. iuncta glo. in l. omnino. §. j. C. de inof. test. ibi, vel aliis personis quibus eadem actio competere poterat. & ibi gl. su per parte vel aliis personis. intelligit etiam de parentibus. est etiam text. in hac l. in prin. & ibi. ne eorū iura. qui ad memoratam actionem vocabantur minuta esse videantur, & hoc etiā statutum est in patrono. l. si patronus. de dona. l. cū patronus. de leg. ij. sed parens & patronus in multis æquiparantur per totum. ff. si quis à pa. fuer. manu. glo. magistra.

Instit.quib.mo.ius pat.po.sol. & magis debita est parenti quàm patrono legitima.& sic consului contra quosdam religiosos diui Hieronimi à me consilium petentes ; & hoc est obseruandum etiam si deiure regni legitima sit in parentibus. probatur in authen.nouissima.iuncta hac l. quoniam in prioribus.dixi latè supra in xiiij.ampliatione.& hoc perpetuò nota,cùm hodie de iure regni pater sit filio hæres necessarius.vt continetur in l.vj. incipit los ascendientes. in
a curiis[a] Thauri in mense Martij conditis anno millesimo quingentesimo quinto. Et bene faciunt verba tex.ibi æquiparando vtranq; successionem ibi. Como lo son los descendientes a ellos. Quæ verba valere possunt ad multa vbi non reperiatur determi
2 natum† contrarium seu ratio decidendi diuersa inter eos.facit l. nam & si parentibus. de inoffi.test.l.Papinianus.§. sed nec impuberis.ff.eod. optimè faciunt verba tex.in §.iustum autem prospeximus. in auth. vt cùm de appel, cognoscitur. collat.viij.vnde l,omnimodo. de inoffic.test.habet locum in parentibus.casus est ibi, & tenet glos. est etiam casus in §, cæterum. in authent. vt cùm de appel. cogn. Item sicut in descendentibus requiritur titulus institutionis. vt in §. aliud quoque capitulum. non in tota legitima : sed sufficit in vno numo. vt notatur in l. si quis priore. ff. ad Trebel' eodem modo in parentibus. vt tenuit Iacob.de Bello. in §. aliud quoque capitulum , vt cùm de appel. cogn. Bald. in l. omnimodo. §. j. C. de inof. test. per §, & hoc quidem illius authent. vbi text. dicit idem in liberorum testamentis , & in testamentis parentum,& in §. cæterùm dicit Imperator.(Sola enim est nostræ serenitatis intentio à parentibus & liberis iniuriam præteritionis & exhæredationis auferre) Idem Bar.in §. siue igitur. ad finem illius auth. Per dicta fundamenta & per §.hæc autem. ibi. (Vnde constat ad vtriusque partis vtilitatem.) Ang. in d. l. nam & si parentibus. per d.§. aliud. versic. sin autem hæc obseruata non fuerint. & Bald.idem in authent. ex causa. de lib. præt, viij. col. iiij. apposit. licet Bart. contra in l. siue. §, excluditur. ff. de iure patron.sed per omnes ferè reprobatur & per eundem Bald. in l. j. C. de bon,possess. con. tab.liber, alij multi moderni,idē & Bald.in d,auth.ex causa.iij opposit. concludit quod d.auth.habeat locum cùm parentes prætereuntur à liberis, vt & legata præstentur omnibus

bus deducta legitima, concludens quòd iura quæ loquuntur de patre erga filium, habent locum è contra: quia eadem est regula in natura correlatiuorum.d.l. nam & si parẽtibus.ibi (non minus.) Et per prædicta & alia consului apud ciuitatem Burgensem quod sicut non valet pactum inter patrem & filium, per quod filius impediatur à petitione legitimæ & eius supplemento. l. si quando. §. illud. C.de inoffic. test. ita è contra non valebit pactũ inter eos, per quod ipse pater impediatur à petitione legitimæ & eius supplemento. & glo. sentit in §. & generaliter. illius legis. in quantum mouet quandam quæstionem ibi, tam in patre nolente insti-
4 tui à filio quàm è contra.†Ni-
b hilominus [b] propter aliquam rationem differentiæ aliquibus casibus differre reperimus. Nam dispositio l. cùm acutissimi. C.de fideicom. non habet locum quando parentes instituuntur à filiis. Bart. singulariter in l. cùm auus. ff. de cond. & demonstrat. sentit gl. in l.ex facto.§.si quis rogatus. ff.ad Trebel.in quantum dicit quòd d.l.cùm auus. locum habet in descendentibus institutis. Idem Ioan.de Imo. in d. l. cùm auus. Fulg. in l. generaliter. §.cùm autem. C. de insti. & substit. sub cond.fa. & hanc opinionem Bar. & sequacium sequitur per fundamenta satis vrgentia quidam modernus filius Mariani de Senis. Barth. Soc.in rep.quã fecit super d.l. cùm auus.& notabiliter dom. Alex.in d.l.§.si quis rogatus.licet Ang.in d.§.si quis rogatus. dixerit ꝙ non meminit hanc quæstionẽ tactam, & tenuit sub quadam distinctione hoc intelligendum de liberis alterius matrimonij: sed in liberis natis ex eodem matrimonio bene subintelligeretur conditio & hoc per d.l.nam & si parentibus.in vers.Non minus. per quam l.hoc idem firmãt Cyn. & Alberic.& Iac.de Raue.in d. §.cùm autem.& sub hac distin. Ang. visus est ire Andr. Sic.in repet. l. cùm acutissimi. licet quibusdam paucis additis à se ipso dicit fabricare suã & nouam distinctionẽ, vt moris sui est. sed superior opinio est magis communis, quam sequitur etiam Imo.in d.§.si quis rogatus.nec etiam subintelligitur conditio si ipse ascẽdens institutus decedat, cum ascendentibus secundum Cuman. in d. l. cùm auus. & ibi sequitur Alexand. licet Rapha. Fulgos.in lege generaliter. §. cùm autem. C. de institutio. & substitution.sub condit.fact.contrarium tentauit per l. nam & si parentibus. sed non firmat pedes per dictam l. scri-

pto.ff.vnde liber.& dict' Socinus in dicta l.cũ auus.probabilius dicit posse sustineri hanc opinionẽ in fauorẽ ascẽdentium,quàm aliam in fauorem liberorum ipsius ascẽdentis instituti,& mouet aliquibus fundamentis quæ ipse vide,quia non est præsens materia nisi incidenter quo attinet ad hanc æquiparationem & differentiam liberorum & parentum. †Differũt etiã quia
5 liberi primi gradus non imputant fructus in falcidiam.l.iubemus. C. ad trebellia. secus in parentibus.Iste est casus in l.filiusfamilias.ff.ad legẽ falci.quæ lex nõ est correcta per dict.l.iubemus.secũdum Barto.in d.l.filius.& ibi moderni & in l.in fideicommissaria in princip.ff. ad trebellia.& per d.l.filiusfamilias.dicebat eleganter Bald.in cap.si pater.de testamen.in vj.quòd idem in legitima debita parẽtibus in qua imputantur eis fructus:de quo exclamat Alexand.& sequitur in dict.l.filiusfamilias. & in l.in fideicõmissaria viij. colum.ad trebellia.dicens:nõ meminisse hoc tactũ per aliũ: & bene facit secundum eum: quia text in l.scimus.§.repletionem.C.de inoffic.testamen. solũ loquitur in legitima filij,seu descendentiũ,ergo in ascẽdentibus remanent incorrecta iura antiqua volentia ꝙ fructus indistinctè imputẽtur in legitimã.l.Papin.§.vnde si quis.ff.de inoff.testa.secus autẽ in descendentibus,in quorũ legitima nõ imputantur fructus,vt est casus in §.repletionem.gl in d.l.in fideicõmissaria.dixi suprà in iij. amplia-
6 tione. † Itẽ licèt descendẽtes posśint detrahere duas quartas,vt in capi.Rainũtius secus in ascendẽtibus,secundũ Bal. in l.si à milite.§.fi.de testa mi
c li.licèt nõ multũ firmet,[c] sed relinquat cogitandũ.sed firmat Alex.in l.in ratione.§.ꝙ vulgo.x.col.ff.ad falcid. Attamen Raph.Cum.in d.l.si à milite.tenet cõtrariũ:si teneatur illa opinio communis ꝙ legitima parẽtũ sit aucta,sicut descendentium:& per hoc idem ibi Ange. Item l.hac consultissima.§.ex imperfecto.C.de testamẽ.non habet locũ quãdo parentes instituuntur à filiis,secundũ Salic.& alios ibi. & in l.fi.C.fami.ercisc.Bal.in §.finautẽ.eiusdẽ l. & ibi probatur & adde Bal.singulariter in l.fi.C.de repu.hære.qui tenet,ꝙ si ascendẽtibus esset delata hæreditas descendentis si se abstinuissent intra annũ nõ possent pœnitere sicut posset filius emancipatus. nam suus hæres infra triennium posset pœnitere & se immiscere,vt ibi est casus. Item licèt Iacob. Butri. dixerit quòd sicut

nepos

nepos succedit loco filij: ita auus succedit loco filij sui premortui, arguendo ex natura correlatiuorum. Quia sicut se habet linea descẽdens ad successionẽ ascendentis: sic è contra. tamen glo. tenet cõtrariũ in authen. defuncto. C. ad tertul. quam Bald. ibi approbat, cùm magis debeatur hæreditas descendentibus quã ascendentibus & pleniori iure. vt in authen. in successione de legi. hære. & cõmuniter idem tenent omnes.

7 † Item quando filij succedunt ascendentibus inter eos fit collatio secundum titulum de collatio. C. tamen è cõtra quando ascẽdentes succedunt descendentibus, inter eos non est locus collationi. ita singulariter decidit Bald. in l. si emancipati. C. de collationi. & idem Cin. ibi. antepenulti. quæstio. & sequuntur Pau. de Cast. Alexan. Ludouicus Roma. & cæteri moderniores ibi. idem sentit Barto. in l. pater filium. ff. co. lum. & Bald. in rubrica. C. de colla. ad fin. & in l. quoniã nouella. j. col. C. de inoffic. testa. quæ decisio valet multum & tẽpore pestis magnæ sæuiẽtis ferè in toto regnò anno præterito millesimo quingentesimo quinto, habui cõsulere sæpius in his successionibus ascẽdentiũ. sed certè ista conclusio non est sine magno dubio. Nã reperies Ang. contrariũ tenere in l. vt liberis, in fine. C. de collat. vbi quærit in hæc verba. si pater & mater facto diuortio de iure veniunt ad hereditatem filij ab intestato, an conferent inuicem dotem vel donationem propter nuptias profectam à substãtia filij? hũc casum non reperio tactũ: credo ꝙ sic. Quia cũ successiones parentũ & descendẽtium sint exæquatæ tam ex testamento quã etiã contra testamentũ, vt in auth. vt cũ de appellati. cognosci. §. aliud quoque capit. authẽ. nouissima. C. de inoffi. testa. ergo sicut descendentes inter se conferunt, cũ succedũt ascendenti: ita è cõtra. hęc ille. Sed reperio ꝙ Alexã. de Imo. solus in d. l. si emancipati. facit mentionem de dict. determinatione Ange. & nihilominus tenet contra eum secutus cõmunem opinionem: de qua ante sermo est habit⁹: sed eius fundamenta mihi nõ satis faciunt. nã mouetur ex aliquibus differentiis ante habitis inter vnam successionem & alteram. Et contra dictam opinionem communem, & in fauorem Ange. stringit text. generaliter loquens in l. inter eos. §. j. ff. de collati. per quem & alia quæ allegat quidã modernior Mediolanensis legẽs Pisis in dicta l. si emancipati. optimè fundat opinionẽ Ang.

& respondet fundamentis doctorum tenētium dictam opinionem communem licèt finaliter dicat non esse receden dum à communi opinione.

Et dicta opinio Ange.optimè potest coadiuuari: ex his quæ in principio dixi esse simi lia inter vtranque successionem:pro quo etiam facit tex. nota.in auth.de hære. & fal. §.primū.colla.j. vbi Imperator æquiparat legitimam parentibus debitam ibi.(Tanquam hæc pars secundū ipsam naturam eis debeatur: quale est filiis & nepotibus, partibus atque matribus &c.) facit text.in authen.de trien.& semi.§.j.colla.iij.vbi postquam Imperator locutus est de augmēto legitimæ, subdit (Hoc obseruando in omnibus personis, in quibus ab initio anti quæ quartæ, ratio de inofficio so lege decreta est.) Per quē text.glo.ibi tenet legitimam esse auctam in ascendentibus, sicut in descendentibus, cū & ascendētibus competebat dicta querela de inofficioso testamento.vt d.l.nam & si parentibus. & l.j.ff.de inoffi.testamen.& in §.j.instit.eo.hoc idem, scilicet, legitimam ascēdētium esse auctam, tenet gl. in authē.nouissima. C.de inoffici.testamen.& in § igitur de non eligen.ij.nubē. & est communis sententia, quā tenet Bar.in d.l.nam & si parētibus.Bald.Ang.in l.si à milite.ff.de testa.mili.Bar.& Ange.in dicto §.j.de hære.& fal. Pau.in authen.ex causa.de libe.præte.& dicit Bart.in d.l. nam & si parentibus. esse ibi casum ad hoc ex eo: quia ibi traditur per modum regulæ: nō minus debere relinqui parentibus quàm libertis. & sic trahit l.noua ad posteriores. l.nam & posteriores.ff.de legi.facit etiam generalitas d.l. Thauri.ideo apud me dicta cōclusio communis cōtra Ange. non est sine scrupulo magno.

8 † Adde etiam aliā differentiā. non hodie descendens exhæredatus ad suum hæredē trāsmittit querelam etiam nō paratam.l.scimus.in fine. & l. si quis filium.C. de inoffi.testa. Secus in ascendentibus exhæredatis, qui querelā non præparatam non transmittunt ad suos:cū in eis iura antiqua nō reperiātur immutata. ergo l. præcipimus.in fine.C. de appella.Nec obstat dict.§.aliud quoque capi.vbi videtur facta exæquatio per omnia ascēdentium & descendentiū: si prætereantur, vel exhæredentur: quòd illud est verum in pote state rumpendi, nō in potestate transmittendi ipsam potentiam.ita singulariter dixit Ange.in l.nā ex his.ff.de inoffi. testa.licet Cin. in d.l. scimus. inde

9 indecisum relinquat. † Adde etiam quòd si pater in fraudē filij alienat bona sua ex titulo oneroso ita quòd emptor participauit fraudem: tunc filio datur reuocatoria l. vltima. ff. si qd in fraud. patroni. Si enim hoc cōceditur filio arrogato, multò magis naturali l. ū qs. de coniun. cum eman. libe. sed pater in bonis filij non habet reuocatoriam. Ratio, quia nō ita debetur patri hæreditas sicut filio. ff. vnde libe. l. scripto in fine. ita dixit singulariter Barto. in l. non vsque adeo. ff. si quis à parē. fuc. manu. & ibi est casus expressus contra patrē. Aduerte quia nec in filio est expeditum, quòd ei cōpetat querela ad reuocandum alienata per patrem ex titulo oneroso. Imò contrarium sentit gloss. in l. j. C. de inoffi. dona. in quantum dicit per hunc titulum sola donata reuocantur: & huius opinionis videtur fuisse Bald. licèt variè & confusè loquatur. ideo eum vide in l. ij. & j C. si quid in fraud. patroni. & in l. j & ibi modernos. C. de inoffic. donat. eundē Bald. in l. j. C. de reuocan. quæ in fraud. credi. Barto. in l hæreditatem. ff. de bon. auth. iudi. poss. Sali. & Ang. in d. l. ij. si quid in fraud. patro. Ange. in authen. de immen. donat. §. fi. Sed in fauorē Bar. videtur hodie famosus tex. in capit. Rainun. de testamen. vbi videtur probari ꝙ sit hodie dare querelam inofficiosæ vēditionis filio pro legitima consequenda: sicut sibi prouidet per querelam inofficiosæ donationis. Sed quia ille text. habet varios intellectus, vide ibi canonistas vltra legistas in locis ante allegatis, maximè Andr. Sicul. ibi qui recitat omnium opiniones. Sed quo ad propositum de differentia inter patrē & filium, reperio quòd d. Anto. in d. ca. Rainun. refert illā opinionem Barto. in d. l. non vsque. & eā sequitur per illum tex. dicens, quòd dato ꝙ filius posset reuocare alienata per patrem quo ad legitimam: tamen secus erit in patre. Sed reperi Cin. qui in l. j. C. de inoff. dona. in vij. quæstio. licèt moueat. q. solùm in filio, scilicet, vtrū ei competat querela contra inofficiosam venditionē: tamen in fine illius quæstionis dicit sibi placere. vt dicta l. nō vsque adeo. sit temperāda, nisi emptor fraudē participasset, prout Pe. dicebat per l. vlti. ff. si quid in frau. patro. & sic cū d. lex nō vsque loquatur in patre, apertè vult Cin. quod etiā patri competeret reuocatoria contra alienationem factam à filio ex titulo oneroso, si emptor fraudem participasset, & hāc opinionē etiā cōtra Bart. reperi firmasse Andr. Siculum

in cap.Rain.de testa.19.fo.motus per tex.in corpore de hære.& falcid §.j.vbi tex.parificat legitimā debitam filio in bonis patris,& debitam patri in bonis filij.& per l.nā & si parentibus.vbi traditur regula.ꝙ non minus debetur legitima patri in bonis filij.sicut è cōtra,& sic trahitur illa lex ad posteriores per l. nam & posteriores ff.de legib. & sic vbi l.antiqua æquiparat duo, l.noua superueniēs loquēs de vno habet locum in reliquo.l. si quis seruo.C.de fur.l.vt tantū.de seru.corrupt.glo.in l.ꝙ vero.ff.de legi.vnde cū d.ca. Rain. superueniens loquatur de legitima debita filio,vt in ea rescindatur vēditio patris inofficiosa: etiā habebit locū in legitima patri debita vt rescindatur venditio filij inofficiosa facta in fraudem legitimæ patri debitę:per regulā d. l.nam & si parētibus.& ita re-
10 sidet. †Adde Bal.in l quāuis. ad fin.C.de fideicōmis.vbi tenet,ꝙ licet filius nō posſit renunciare hæreditati paternę: tamen pater poteſt renunciare hæreditati filij: ex eo quia ꝙ pater non succedat filio,est præter naturam: sed ꝙ filius non succedat patri,est quodāmodo contra,vt Vulgarus dicebat in l.nā & si parentibus. Sed ego consului contrarium apud ciuitatem Burgēsem: vt superius dixi.est verū ꝙ in casu in quo ego consului cōcurrebant alia ex quibus etiā motus fui,scilicet quia hodie l.facta Thauri videtur æquiparare per omnia succesſionē ascēdentium & descendentium.

Item quia in casu quo consului,mater nesciens hæreditatem filiæ de necessario ad se pertinere, secundum dispositionem dictæ legis Thauri, dixit filiæ suæ quòd testaretur ad libitum de bonis suis: & certificata de dicta l.Thauri, reclamauit de hoc statim: reuocans id quod dixerat. & hanc reclamationem & contradictionem fecit notificare filiæ suæ ante mortem suam, scilicet, quòd voluntatis suæ non erat perdere legitimam sibi à iure debitam in bonis suis: & alia concurrebant in casu illo,ex quibus inclinaui animum meum contra filiā, & rectè inclinaui attēta qualitate negotij. Item contra Bald.est casus in l.j §.si vel parens.ff.si quis à paren.fue.manu.secūdū solutionē approbatā à Doc.in l.si quādo.§.illud. C.de inoffi.test.quā ibi ponit gl.scilicet,qa ibi ideo valuit: qa pater acceperat integrā legitimā aliàs non,& idē esset tūc in filio,vt gl & Doc ibi dicūt.& in l.pactū quod dotali. C.de pact.& aliis locis vbi per illū tex.limitant d.§.illud.

Supereſt

SVperest nunc ad huius l. limitationẽ deuenire: vt hoc ordine extẽsiuo & limitatiuo: ferè l. materia euacuetur, cum hac via clarius liqueat vtilitas & practica istius l. sumit enim regula ex hac lege, quòd onus quodcunque & omne grauamen filio appositum in legitima, non valet: imò reiicitur & habetur tanquã si appositũ nõ esset. vt hic cum concordãtiis.

SVMMARIVM.

1 *Conditio fauorabilis filio non reijcitur: & quid si filius velit eam licet fauorabilem reijci. nu. 6. & 7.*

2 *Fauore filij an titulus institutionis possit omitti. nu. 3. & 4.*

5 *Lex filis matrem, an sit correcta.*

8 *Resolutio authoris conditionem nõ esse reijciendam si sit certum eam esse fauorabilem filio. nu. 9.*

10 *Mater respectu legitimæ filij an possit priuare patrem vsufructu vel administratione bonorum. & nu. 11. & 17.*

12 *Mater quæ suspicatur malè de moribus mariti potest instituere filium sub conditione si emancipetur à patre.*

13 *Pater potest filio suo pupillariter substituere in legitima directè nõ tamen per fideicommissum.*

14 *Substitutio pupillaris à matre facta trahitur ad fideicommissum, non tamen in legitima filij sed tantùm in quinta parte bonorum.*

15 *Fideicommissum in legitima, licet non possit iniungi filio potest tamen iniungi venientibus ab intestato & substituto filij: & numero 16.*

16 *Quare pater possit grauare substitutum seu venientes ab intestato, & quid in matre. nume. 17.*

18 *Fideicommissum iniunctum venientibus ab intestato quando expiret.*

19 *Filio repudianti vel non agnoscenti legitimam an possit per fideicommissum substitui.*

20 *In dubio an videatur grauamen vel fideicommissum relictum ab ipso pupillo vel à venientibus ab intestato.*

21 *Si pater in substitutione apponit verba obliqua censetur relictum à venienti ab intestato. & numero 22.*

23 *Si pater in testamento substituit matrem pupillariter & in codicillis reuocat, & substituit fratres.*

ADDITIO.

a *Adde Alex. de Imo. in l. cùm ex filio. ff. de vulg. fin. col. dicentem esse magis communem opi. quòd l. fil. matrem. non sit correcta.*

b *Et taliter institutus dicitur hæres fiduciarius: vt est text. in l. Seius Saturninus. ff. ad Trebellia. & talis hæres tenetur adueniente pubertate restituere hæreditatem cum omnibus fructibus perceptis. tex. est singu. in l. in fideicommis. §. cùm Pollidius. ff. de vsu. nec detrahit Trebellianicam iuxta gl. solennem in l. in fideicommissaria. §. fin. ff. ad Trebell.*

c *Adde Iac. in l. multi non nota. hic alleg.*

alleg.si.co. dicẽte esse veriorem & magis cõmunem opi. quòd nõ fiat hodie correctio.

d *Adde Iac.in auth.non licet.C. de lib.præt.iij.col.ver.nũc limita. & in l.multi.nõ note fin.col.& Gul. Bened.in c.Rainutius.de test.ver bo in eodem testa. relinquens.el ij. nume.18.char.252.*

e *Adde Iac.in l.multi non note.col. j.ff.de lib.& posthu. vbi videtur tenere contra Bal.in locis hic alle.*

f *Et reperitur hodie in j. vol. consi. secundum nouam impressionem.*

g *Authoris digressio.*

h *Et an in casibus in quibus non acquiritur vsusfructus patri debeat saltem habere semper cõmoditatẽ vi.Ang.de Are.§.igitur.inst.per quas perso.nob. acq. dicentẽ quòd sic nisi expressè prohibeatur quòd non possit habere vsumfructũ, nec commoditatem, & dicit esse singulare si est verum, de quo vide Ias. l.cùm filiofamiliâs.ff.de leg.j. pe. char.nu.157.*

i *Quæ est in verbo participiũ vbi Ia. de Belloui.intelligit illam procedere in filio minore xxv.annorũ, secus dicit si esset maior quia in prio ri casu esset prouisio & consilium secus in secundo.*

k *Adde in simili quæ scribit Didacus de Segura. in repe.l.Imperator.ff.ad Trebell.no.j.char.59.*

l *De quo tex.vide fin. Ale.de Imo. in l.j §.substituere. in prin.ff. de vulga.*

m *De quo tex. vide singu. doct. de Seg.in l. ab exhæredati substituto.ff.de leg.j.char.30.in ij.not.*

n *Adde latè & sin. Ale.de Imo.disputantem in l.j.§. substituere. ff. de vulg.& pupill.*

o *De qua doctrina vide sing. Ias.l. hac consultissima.§.fin.C.de testa. in ij.& iij.col.*

1 PRimò† fallit hęc regula & limitatur, nisi cõditio esset apposita in fauorem & prouisionẽ ipsius filij, & in eius commodũ: nã ista talis cõditio, seu prouisio nõ reiicitur: imò valet & obseruanda est. ita dicit gl.hic in parte tollatur: dicens cõditionẽ & grauamẽ tolli nisi pater fecerit ꝓspiciẽs filio. & illã gl.approbãt Bal.& Sal. hic & ferè omnes: & ista cõclusio bene probatur ex tex. fin. l.filiis matrẽ.C. de inof.testa. vbi est casus ꝙ si mater suspicabatur de moribus mariti: qa fortè bona filij malè administrabit, poterit instituere filiũ sub hac cõditione ꝙ emãcipetur à patre nec propter hoc filij querelã de inof.test.mouere possunt qbus nullã iniuriã fecerit mater, sed potius putauit prouidẽdũ & Bal. ibi hoc sequitur, dicens per illũ text. quòd quãdo est certũ ꝙ cõditio respicit fauorẽ nõ odiũ filij nõ debet reiici: imò valet & potuit apponi talis cõditio. sequũtur hoc etiã Bal. Sal.ibi, & cũ hac limitatione trãsiuit quidam modernior Mediolanẽsis.hic licet in d.l. filiis matrem

a trem quo ad illam l. [a] vtrum sit correcta vel ne dubitet per hanc l. Ego sequor hãc limitationẽ quam roboro & probo sic. Primò, quia ista l. loquitur in onere & grauamine reiiciendo, sed vbi certum est conditionẽ esse in fauorem & commodũ filij non potest dici grauamen. Secundò, quia hęc l. venit ad prouidendũ, vbi antea filio cõpetebat querela inoffic. testa. sed quãdo filius instituebatur sub conditione vt emanciparetur à patre nõ cõpetebat sibi querela vt est casus in d. l. filiis, ergo, &c. Tertiò adduco tex. nota. hoc probantem in l. si quis in suo. in fine. C. de inoff. test. & ibi expresse per illũ tex. hoc firmat Sal. Quartò allego Bal. idẽ tenẽtem in l. si pater. in ij. col. C. de instit. & substi. sub cõdi. fac. vbi idem firmat & ponit exemplum, si filio excõmunicato pater apponat conditionem si absolutionem excõmunicationis petierit: cùm cõsilium patris sequendũ nõ spernendũ sit. ff. de cura. furio. l. furioso puberi. Quintò reperio idem tenuisse Bal. qui sic limitat istam l. in l. filiæ cuius. C. fam. herci. & idem Ioan. de Imo. in l. cùm ex filio. pen. col. ff. de vulg. & infert ibi Ioa. de Imo. quòd licet in iure nouissimo filio debeat relinqui iure institutionis, hoc esse verũ nisi pater omitteret institutionẽ fauore filij. Quod etiã sentiunt ibi Bar. & Ang. sequitur hoc quidã Mediolanẽ. modernior in auth. nouissima. C. de inof. test. & exemplificat dictã Imolæ conclusionẽ, puta si esset casus in quo pater timeret insidias vitę filij sui paruuli ab agnatis propterea institueret aliũ & illũ grauaret, vt per fideicõmissum vniuersale restitueret filio quãdo erit maior, quia valebit tale testamẽtũ &
2 dilatio. † Pro hoc, quòd fauore filij posset apponi cõditio, & etiã omitti titulus institutionis allego tex. fin. in l. si emancipat[9] filius. la ij. ff. de bo. pos. con. tab. vbi text. dicit, ꝙ si filius emãcipatus instituit hęredem extraneũ & illũ rogauit, vt per fideicõmissum restitueret hæreditatẽ filio suo, qui in potestate aui erat constitutus sub hac cõditione. si ab aui potestate esset liberatus, ex eo quia auus suspect[9] erat de mala administratione. dicit text. ibi, ꝙ si auus suspectus sit fortè quia malè administrabit bona nepotis, ꝙ valebit dicta cõditio tãquã in maximũ cõmodũ filij vertatur: & hoc est etiã quod ibi gl. vult. Facit etiã casus fin. in l. cùm ex filio. ff. de vul. vbi tex. dicit, ꝙ filio puberi emãcipato nõ potest pupillariter substitui, sed potest omitti eius institutio, & per fideicom

sufficiat ei relinqui quoquo titulo in §.aliud.in auth.vt cùm de appellatione cognoscitur.

Tamen idem Bar.in d l.cùm ex filio.vbi elegãtius & copiosius loquitur.tenet indistinctè quòd d.l.multi nõ notæ.nõ sit correcta, imò maneat in suo robore non ex eo quòd contineat dilationẽ,quia dicta dilatio est in cõmodũ & prouisionem filij. Nec etiã propterea potest inualidari, quia filius nõ sit institutus: nã respondet Bar.eleganter, quòd iste filius est exhæredatus cùm iusta causa in cõmodũ & prouisionem suam:& si dicatur ꝙ nõ potest exhæredari, nisi ex causis positis in §. aliud quoque. c. & §. causas. vt cùm de appel.cogn. respondeo,quòd ibi numerantur causæ ingratitudinis propter quas potest exhæredari. & de illis loquitur ibi tex. sed de causis quæ cõtinẽt dilationẽ & prouisionẽ filij, nulla ibi fit mẽtio: & de istis intelligit d.l.multi. Subdit tamen singulariter,ꝙvt dubiũ euitetur, quãdo casus eueniret institueret filiũ in quinq; solidis & residuũ sibi legaret in tẽpus pubertatis:tũc enim filius nõ potest dicere nullũ, quia institutus est,nec posset statim agere ad supplementũ, quia querela non competit,vt d.l.multi. & d.l. cùm ex filio. sed ius agẽdi ad supplemẽtũ succedit in locum querelæ.l. si quis filiũ. in fi.& l.omnimodo.C.isto titu. ergo nõ competit ei ius agẽdi ad supplementũ tanquã exclusus à querela. Hæc eleganter Bar.in d.l.cùm ex filio.& hæc tene mẽti.nã per hoc mirabiliter limitabis hãc legẽ: & per hoc etiam possunt patres filiis suis prouidere, & eorũ prouisio tanquã fauorẽ cõtinẽs tolerabitur, nec de modernis cures,sis cõtentus cum prouisione iurisconsultorũ tolerata & sustentata per Bar.etiã hodie, quam etiã sequutus fuit Bald. in auth.ex causa.viij.col.vers. iiij.oppono.C.de libe.præter.

d Ad hoc[d] bene facit quędam singularis conclusio Guliel.de Cug.in auth.nõ licet.C. de libe. præte. vbi dicit, quòd est vnus casus,in quo valet exhæredatio filij etiam si nõ fiat ex causis numeratis in. d. §. causas.scilicet quãdo mater causa prouisionis filij exhæredat filiũ: vt quia videt patrem esse prodigũ vel dilapidatorẽ bonorũ. arg.l.pe.ff.de cura.fur. & d.l.multi. & licet hoc impugnet ibi Sal. tamen est verior doctrina per prædicta quando fecit dictã exhæredationẽ, vt filio suo prouideret & grauauit postea hæredem, vt cùm filius esset sui iuris vel legitimæ ætatis restitueret hæreditatẽ filio suo cum fructibus:vt probatur in d.l.multi. cũ aliis

ante

ante allegatis.idẽ tenuit Ange.in d l.mulier in princ.ff.ad trebellia.& Bal.in authen.ex causa. quod probatur apertè in d.l.si emãcipatus.vbi licèt filius cui nõ relinquitur titulo institutionis,sed fideicommissi posset tãquã præteritus cõtratabulare. l. ita tamen.§. qui rogatus. ad trebellia. tamen quia omissa ibi fuit institutio in fauorẽ filij,cum auus erat suspect⁹ toleratur per cõsultũ. Et ꝙ posset omitti titulus institutiõis in fauorem filij grauando fideicommissarium in tempus pubertatis restituere filio,ꝓbat apertè gl. sing.in l.sancim⁹,in parte celebrari.C.de inoff.test. Hoc idẽ sequutus fuit Salic. & adhuc fortius hic in ij.colũ.per dict.l.cũ ex filio,quod etiam si esset dubium vtrũ dilatio,seu cõditio esset in fauorem filij, tamen si posset apparere aliqua coniectura, per quam constet patrem sic disposuisse, vt filio prouideret valeret talis prouisio. Ad prædicta accedat tex.in d.l.cùm ex filio.iuncto eo quod Bart.ibi tenet,est ibi casus quòd filio impuberi emancipato non potest pupillariter substitui : sed potest omitti eius institutio, & per fideicommissum sibi in tempus pubertatis relinqui, quod tantũdem importabit quãtũ pupillaris substitutio.subdit Bartol. ad propositũ sibi videri d. l. esse correctã per hanc legẽ quæ omnẽ dilationẽ & grauamen tollit, quod tenuit gl. in d.l,cùm ex filio.& in d.l.si pater puellę.C.de inof.test.in cõtrariũ se determinat, dicẽs,ꝙ si est çertũ quòd dilatio inducat grauamen tollitur per hãc l.Idem si est dubiũ.vt l.si pater puellæ.cũ gl.C. de inoff.testa. sed si esset certũ, quòd est cõmodũ,vt quia mater dubitans de moribus patris apposuit dilationem in legitima : & tunc non subducitur,&d.l.filiis matrem. sic dicit in proposito ꝙ cũ prouisio de qua in d.l. cùm ex filio. succedat in locum pupillaris substitutionis,quę pupillaris substitutio permissa est tanquã prouisionẽ continens, vt in l.ex tribus, C.de inof.testa. Igitur prouisio, de qua in d.l.cùm ex filio. erit permissa: &sic non erit correcta illius legis dispositio,ne consilium illorum Cõsultorũ procedat in vanũ,quod est adnotandũ, nec potest tunc dici testamentum nullũ cũ filius sit pręteritus ex iusta causa suæ prouisionis, vt ante dictũ est secundũ Bar. idẽ tenuit Ang. ibi, licet Ioan. de Imol.titubans arguat fortiter cõtra hãc opi.Bar,probãs pluribus mediis prouisionẽ d.l. esse onerosam filio;& per consequẽs cõtinere grauamen & nimis diuersificare à prouisione d.l.

d.l.filiis matrem, quæ cōtinet cōmodum & fauorem filij.sed postea ad fi. residet cū Bart.in fin.col.ibi,& aduerte quod dixi,licet Bal.& Alex. videntur impugnare hanc Bart.conclusionem volentes quod d.l.cùm ex filio, sit correcta tanquam eius prouisio nimis onerosa esset filio. tu tene Bar.maximè, quia vbi esset certum continere prouisionem in fauore filij &eius commodum nullus discrepat.
5 † Pro qua conclusione facit communis opi. tenētium ꝙ d.l.filiis matrē. non sit correcta.de quo per doct.in d.l.cū ex filio.&in d.l.filiis matrem. & est cōmunis sententia:excepto dicto moderniore,qui pōderat quandā difficultatē contra intellectum d. l. sed illam soluit Bald.ibi, quos vide.sed (vt dixi) magis communis opinio tenet non esse correctam. d.l. filiis matrem. Concludo igitur vt omnis scrupulus cessset,quòd vbi esset certum conditionem, seu dilationem esse in cōmodum filij: valida erit, nec reiicienda.sic intelligatur d.l.filiis matrem.& sic intelligit illam Bart.ibi,& in d. l.cū ex filio. Nec tunc potest dici onus,seu grauamen: & per cōsequens cessabit huius l. dispositio. Sed si esset dubiū vtrum esset damnosa conditio vel fauorabilis ipsi filio, & in euentum posset dānum pati filius prout loquitur d. l. si pater puellæ.isto titulo. tunc reiicitur, vt est casus in d. l. si pater puellæ.gl.& Bar.& Doct.in d. l. filiis, & in d.l. cùm ex filio.
6 † Vnum[e] tamen dicebat Bal. eleganter quòd videtur nimis hanc conclusionem restringere. dicit enim hoc esse verum, nisi filius vellet legitimam purè & sine onere. nam tunc omnis conditio,seu dilatio,dato quòd fauorabilis esset filio reiicienda est:hoc fuit elegans verbum Bald. in l. si pater. ij. col. C.de instit. sub condit. fa. vbi dicit, quod conditio quæ continet grauamē etiā paruū reiicienda est per hanc l. sed si continet prouisionem, secus: vt si filio excommunicato apponatur conditio si petierit absolutionem. Nam hoc est consilium non grauamen : & consilium patris spernendum nō est:imò sequendū.de curat. furi.l.furioso puberi. Subdit singulariter, quòd erit in arbitrio ipsius filij sequi dictū consilium vel illud spernere. tamen de necessitate non tenetur illud sequi dummodo filius sit sanæ.& suæ mētis.aliàs consilium patris Prætor sequi debet,vt d l.si furioso, idē sequitur ipse in authent.ex causa. viij.colum.C.de liber.prę-terit. iiij. oppositione, vbi limitans d.l.multi non notæ. in quantum dicit tenere fauora-

bilem exhæredationem. subdit, quod filius si vult purè, & liberè bonorum subsidium potest ipsum petere, cùm in ipso filius sit creditor: ideò non tenetur acceptare dilationem etiam fauorabilem. quod est notandum. & reperio quendam modernum Aretinum virum magnæ famæ apud nationem suam sic tenere in cõsilio xix. incipit, ex facto præsupponitur in fine. ij. col. licet nullam faciat de Bal. mentionem, Attamen licet non soleat allegari, reperio quòd Ioan. Fab. in hac l. hoc idem firmat expresè. dicit enim, quòd si conditio respiciat bonum filij, non tollitur cùm prospiciendo ei fecisset, vt d.l. filiis matrem. & subdit ad propositum: quòd si filius vult magis cõditionem tolli, quàm sibi prospici, deberet reiici dicta conditio si filius erat maior. sic resident isti, quasi ad nihilum reducentes singularem limitationem ante dictã.

Considera hanc esse singularem theoricam, tamen mihi non concludit absque scrupulo, & illam reprobant quidam moderniores, inter quos est Alex. in l. multi non notæ. ff. de lib. & posthu. & alius Mediolanensis in d. l. filiis matrem. cum quibus ego sto nec credo Baldũ rectè dixisse. Moueor quia certum est, ꝙ vbi filius voluntariè approbat conditionem & grauamen sibi appositum, parum dubitationis est quòd valeat grauamen: & sic de paruo effectu deseruiebat d.l. filiis matrem. nec tunc erat necessarium distinguere: vtrum conditio esset fauorabilis filio, vel ne, cùm vtrunque posset consentire & approbare: & eius consensu vtraq; toleraretur maximè post mortẽ patris (vt ante dictũ est) & ipsemet Bal. hoc firmauit in d. l. si pater. Secundò, contra eos est casus in d.l. filiis matrem. vbi apertè denegatur filio querela si est institutus sub conditione fauorabili, nec ibi fit distinctio filius velit vel nolit, imò apertè ibi filio denegatur potestas querelandi. Tertiò, quia Bart. Bald. Salic. & cæteri in d.l. filiis. & Bar. in d.l. cùm ex filio. apertè tenent illam l. non esse correctam per hanc l. & sic inferunt quòd potest apponi conditio quæ tendit in commodum filij: ergo si illa lex non est correcta, nõ potest dici esse in voluntate filij parere cõditioni, vel illã spernere volendo legitimã sine dicta cõditione: cũ d.l. expresè permittat patri facere talem institutionem, & filio deneget ius querelandi. Cùm ergo reperiamus casum legis, debemus illum sequi: maximè cùm ipse Bald. ad sui opinionem allegat

gat l.si ita relictũ. §. pegasus. ff.de lega.ij.& l.stipulatio ista. §.inter cętera.ff.de verb.obli. quæ parum aut nihil faciunt: ideò teneo conclusionem absque limitatione Bal. & Ioan. Fabr.quòd in legitima potest apponi filio talis conditio, de qua est certum,quòd venit cõmodum ipsi filio,quod est no-
7 tandum. † Quam conclusionẽ confirmo ex quodam elegãti consilio Pau.de Cast.incipit,visis & consideratis omnibus.ij. colum.& est in meis.num.77.
f & [f]fuit consilium in causa cuiusdam Nicolai. quod consiliũ mirum in modũ extollit quidam iuuenis modernior repetens l.in quartam.ff.ad legem falc.ibi enim Paul. consuluit, ꝙ quando prohibitio alienationis facta esset filio in legitima propter imbecillitatem intellectus,puta quia pater reputabat eum inhabilem,& parum idoneum atq; industriosum ad gubernandum atq; administrãdum res suas, valeret tunc prohibitio ei apposita de non alienando. Nec reiicitur cùm non contineat grauamẽ, sed prouisionem &fauorem filij:dicit enim quod quidã Nicolaus nomine instituit filios suos in vna dimidia pro sua legitima sub hac conditione, ꝙ si infra xxx.ætatis suæ annum alienassent & aliquẽ cõtractũ alienationis fecissent exbonis quę sibi relinquebat,ex nũc veniret ad dicta bona quædã societas.S.Michaelis in ortu. dicti filij non obstante prohibitione alienauerũt bona suæ legitimæ:dubitabatur si vocaretur dicta societas ex dicta filiorum contrauẽtione.videbatur ꝙ nõ,cũ pręceptũ de non alienando positũ in legitima fuit nullũ,& tanquã onus debet reiici per hanc l.& sic dicto præcepto nõ obstãte,si ipsi potuerunt alienare legitimã,per cõsequens nullã pœnã incurreruunt:contrariũ consuluit, imò quòd dictũ præceptũ tanquam nullũ non reiiciatur de legitima.mouetur, quia dicta conditio non cõtinet grauamẽ,cùm non diminuat legitimã re, tẽpore, loco vel causa.Quo casu dicit loqui hãc l.grauamẽ,tollentem:imò cõtinet prouisionẽ filiorũ,quorum infirmitati pater voluit prouidere, quod facere potuit secundũ eũ cùm pro ipsis cõsiliũ capere soleat. ff.de adul.l.nec in ea.alleg. d. l.filiis.& d.l.multi.& d,l.cùm ex filio,& sic residet.Sed quasi in terminis reperio contrariũ consuluisse Fran.de Are.cons. xix.incipit ex facto præsupponitur.& fuit cõsiliũ in causa cuiusdã Barth.de Sen. qui in testamẽto suo Matthiã filiũ suũ vniuersalẽ hæredem instituit, prohibẽs eũ alienare possessiones,& domos suas in certis lo-

cis comitatus Senarũ,& domũ habitationis dicti testatoris sitã in dicta ciuitate:fuit dubitatum si valuit dicta prohibitio, quo ad legitimam;& excludit vnũ mẽbrũ indubitatũ. s. ꝙ si prohibitio alienationis facta fuisset in fauorẽ fideicõmissariorũ,qui fuerunt vocati in casu alienationis : & sic prohibitio alienandi non fuisset in fauorem filiorũ,tunc nihil valeret prohibitio cùm respectu filij esset onus propter quod minueretur legitima.l.fœminæ. §.fi.&§.illud.C.de secun.nup. vbi solùm ille dicitur habere rẽ pleno iure qui eã liberè alienare potest statim quo ad extimationẽ & vtilitatẽ rei. Item quia filius debet habere legitimã plenã omni respectu, vt in §.j. in auth. de trien.& semis. vnde cùm non posset negari dictam prohibitionẽ continere grauamen debet tolli & reiici per istum tex.pro quo optimè facit quod Bart.scribit in l. filiusfamiliâs.§.diui.de legat.j. vbi dicit post Iac, de Aret. firmat,ꝙ sicut non obstãte fideicommisso puro, vel conditionali filia posset se dotare ex patrimonio patris, si sua legitima nõ sufficit, ita poterit non obstante prohibitione alienationis factæ à testatore. Per hæc & alia quæ ibi latiùs scribit in hoc articulo, concludit indistinctè prohibitionẽ alienationis tolli de medio si esset facta nõ in fauorem filiorum, sed alterius tertij. Sed si prohibitio facta esset in fauorẽ filij dicit ꝙ tunc prçceptũ tanquam nudum non valet, quia quilibet fauori suo potest renuntiare. l. si quis in conscribendo. C. de pact.probatur in l. titio centũ.j. ref.ff.de cõd.& demõst.& in l.si tibi.ff.leg.iij. & in l.si filiusfamiliâs.§.diui. ff.de leg. j.vtrobique per doct. Et sic videtur concludere, ꝙ licet prohibitio facta fuisset in fauorem filij, tale præceptum tanquam nudum non valeret, cùm filius fauori suo renũtiare posset.& licet ad hoc nihil allegat fuit expressa conclusio Bald.in d.l.si pater.& in d.authen.ex causa. vbi tenet quòd etiam si conditio fauorabilis esset filio apposita in legitima: tamẽ si filius vellet posset illam spernere.quæ fuit etiam sententia Ioan. Fabr.vt paulò antè dictum est. Subdit prædictus doctor de Aret.esse vnũ casum dubitabilem, scilicet, quando conditio esset fauorabilis filio, sed filius esset pupillus vel minor, quo casu valet prohibitio in fauorem pupilli & minor non posset tali fauori renuntiare: vt hoc probatur in l.ij.C.de vsuca.pro emp.Vel si fortè filius esset maior,tamẽ erat prodigus, vel saltẽ homo qui nõ mediocriter posset administ

ministrare res suas. Quo casu videtur valere prohibitio alienationis per d.l. titio centum. versi. parum industriosus. secundum vnã lecturã quam ibi sensit glos. approbata ibi per Imo. contra Bar. Item cùm per hanc l. solùm tollatur grauamen, non autem id quod fauore filiorum per patrẽ appositũ est, vt in d.l. filiis matrem. Hoc non obstante inclinat in oppositum, imò quòd etiam tũc respectu legitimę prohibitio alienationis non teneat, fundatur, quia sicut posset esse vtile filio non alienare dictas possessiones sibi relictas: ita etiam stante vtilitate, vel necessitate cuidenti hoc posset sibi esse damnosum non alienare. vnde succedit regula, quòd vbicunque onus quod apponitur à testatore posset se habere ad fauorẽ & grauamen, tunc reiicitur, vt ipsemet Bar. fatetur in d.l. cùm ex filio. arg. in §. sed neq;. inst. de auto. tut. Maximè quia vbi valet prohibitio alienationis non valet alienatio in casu euidentis vtilitatis vel necessitatis, vt inquit Bartol. & clarius Imol. in d. §. diui. in quæst. de re legata ecclesiæ & alienari prohibita. l. peto. §. prædium. & quod ibi notatur. ff. de leg. ij. Vides ergo istos in consulẽdo esse cõtrarios, & nimirùm: varij enim varia sentiunt: loquuntur enim satis cõfusè, nec se radicibus legum adaptant.

8 † Ego autem reducens me ad fundamentalia principia antè posita, dico quòd vbicunq; certum est conditionem & prohibitionem alienationis filio appositam esse fauorabilem & in commodum ipsius filij, valet d. conditio & prohibitio: putà si filius erat quidam dilapidator, erat minor parum sapiẽs, & malè industriosus: sic verificetur opinio Pau. per tex. in d. l. filiis matrem, cum omnibus ante allegatis. vbi Bart. & alij tenuerunt valere cõditionem à patre appositã in legitima, vbi est certum illam tẽdere in fauorem filij per fundamenta quæ ante adduxi. & sic debes intelligere hãc materiam vbicunque videris scriptum, conditionem fauorabilem in commodum filij apponi posse in legitima, scilicet, vbi esset certum de commodo & fauore, vt Bart. inquit in d. l. filiis. & in dicta l. cùm ex filio. nam si dubium esset, secus esset vt vtrobique inquit Bart. & probatur clarè ex autoritatibus omnium tenentium esse correctam. l. si pater puellæ. C. de inoffic. testa. vbi concluditur, quòd licet fideicommissum esset reciprocũ, tamẽ quia ex futuro euentu poterat esse dubium de commodo dicunt per hanc l. esse correctam. sed vbi certum esset

de commodo bene toleratur dispositio. Et ad prędicta vltra fundamenta allegata seruit d.l titio centū.in princi.ff. de condi.& demonst. licèt nō loquatur in legitima,sed solū dicit text. esse iustam causam prohibendi alienationē,si apponatur ꝓhibitio homini parum industrioso.melius facit l.in fideicommissi.§.cū Polidius.ff.de vsu. quia paterna pietas sæpe cōsilium capit pro filiis.l.nec in ea.ff.de adul.l. scripto.in fine.ff.vnde libe.& ait Consultus singulariter in l.nihil.ff.de bo.liber.in §.sed nunquid in versicu.facilior. omnia quæ nostra sunt liberis nostris ex voto paremus, pro quo facit dicta l.si furioso puberi.& ita in hoc mihi videtur Pau.rectè consuluisse si in casu in quo ipse consuluit fuit certū cōditionem & prohibitionem fuisse in commodum filij factā.ita quòd nulla potuit super hoc esse dubitatio: & in contraria opinione malè consuluisse Aretinum. Et sic poterit verificari quoddam elegans cōsilium Pet.de Anch.secundum numerū meū ccccxl.incipit in quæstio.quæ vertitur inter egregiā dominam Zermondā.vbi consuluit valere quandā dilationis conditionem, quæ fuit apposita per patrem cuidam filiæ suæ in quadam summa quā ei relinquebat ad eam dotandam pro sua legitima præcipiens, vt sibi non daretur nec à suo patrimonio separaretur, nisi in tēpus nuptiarum, cum ipsa esset minor.facit l.si ita relictum.§.pegasus.ff.de leg.ij.qđ consilium videtur se conformare cum dict. consil.Pau. de Cast. Et si dicas poterit esse quòd veniat filio aliqua iustissima & euidens causa necessitatis,seu vtilitatis ꝓpter quam expediret sibi alienare, & sic tunc prohibitio alienationis vertitur in damnum filio. Ad hoc potest respōderi,quòd ideo dicta prohibitio toleratur: qa à principio fuit certum eam esse in fauorē & commodum filij: & si postea in aliquem casum eueniat dānum illud non debet venire in consideratione cùm à principio effecta fuit valida prohibitio ex certitudine commodi:maximè quia si talis casus eueniret: non obstante dict. prohibitiōe filius posset alienare iuxta ea quæ in simili ponit Ioan.And.in capit. verum. de condi. appo. dicens, quòd vbicunque de iure communi alienatio esset ꝓhibita:& vltra hoc testator prohibet alienare. quo in casu necessitatis valebit alienatio & exemplificat in re legata ecclesię quę de se est

se est inalienabilis : & vltra hoc adiiciatur testatoris prohibitio.idē Bald.in authē.hoc ius porrectum.ſi.colū.de sac. san.eccl.& Ang.in.§. hoc etiā. in auth.de nō alienan.facit l. cū fideicōmissum.C.de fideic. l.pater. in princ de leg.iij.& licèt in hoc Raph.& Imo.aliter sentiant in d.l.filiusfamiliâs.§.diui.tamē in nostro casu satis credo verū ex eo quia di.prohibitio solū fuit tolerata in cōmodū filij:ergo adueniente casu,in quo cessaret dictum cōmodū & esset euidens vtilitas vel necessitas alienādi,iustū est cessare dictā prohibitionem.&,ita teneo.† [g]

9 g Et hodie dum hæc scriberem die quarta mensis Aug.anno millesimo cccclxxxxix.notificata est mihi inopinata & repentina vocatio ad Cancellariā ex mandato,& prouisione inuictissimorum potentissimorūque regis Ferdinandi atq; Helisabeth perpetuæ immortalisque memoriæ regum nostrorum,qui me auditorē suū fecerūt in dicta curia sub prę cepto ibi continuo residendi audiendi atq; diffiniendi arduissimas & omnes alias causas ibi occurrentes,prout mo ris est Auditorum,quod pro nunc excusatum me reddet à subtili speculatione propter non paruum laborem in diffinitione causarū quotidie occurrētiū. Ministret Deus seruo suo,vt intentione rectissima exerceat dictū officiū paulo tempore si fata concederēt duraturū.Multæ enim querelæ & supplicationes magnatū, & aliorū nobilium huius regni,in quorū causis consulebā ad regiam maiestatem delatæ sunt,vt ab huius grauissimo oneris iugo me reddāt excusatum:vltra vires enim est negotium,ita vt donec veniat deliberatio compellar dicere illud quod præclarè scribit psalmista Psal.xxx. In te domine speraui non cōfundar in æternum.in iustitia tua libera me:Inclina ad me aurē tuā accelera vt eruas me . scilicet ab hoc iudicandi iugo humeris meis nec solùm impari,sed

10 etiam inuicto. † Confirmatur etiam prædicta conclusio ex quæstione singulari.tu scis quòd mater potest filiū instituere,ita quod ad patrem nō perueniat vsusfructus bonorū [h]

h quæ sibi relinquit.text.est in auth.excipitur.C.de bon.quæ liber.l.filiis matrem.C.de in offi.testa.& etiā potest priuare patrem ab administratione bonorum quæ filio relinquit, maximè si eū reputasset suspe ctum.probatur in d.auth.excipitur iuncto text.in §.si vero forsan. in auth.vt li.ma. & auiæ.nā in d.authē. excipitur: disponit tex.matrem filio suo

posse relinquere bona sua sub hac cōditione ꝙ patri nō quęrat vsusfructus.& tex.in d.§.si verò.disponit quod in bonis à matre filio relictis sub d.conditione etiam si illa non ordinasset per quem administrarentur bona non dabitur patri administratio. sed per iudicē dabitur curator bonis ad ea administranda donec filius sit perfectæ ætatis: vt ibi est casus.idem glos.in d.auth.excipitur.Nec obstat tex.in l.cùm non solùm.§.siu autem patre recusante.C.de bonis quæ liber.ibi licet pater non habeat vsumfructū, est legitimus administrator.nam secundū Salice.in d.auth.ille text.loquitur quādo pater nō erat suspectus testatori nec legi,in proposito secus. Et ꝙ posset pater à matre priuari vsufructu & administratione in bonis quæ filio relinquit,est casus not.in authen.vt lice.ma.& auiæ.in princi.ibi.(nec vsumfructum, nec quodlibet habeat participium.) & ibi (per quē prospexit testator aut donator hæc gubernentur, donec illi quibus relicta sunt ad perfectam veniant ætatem.) & sic est ibi casus ꝙ mater in bonis quæ filio relinquit potest præcipere, ꝙ pater nec habeat vsumfructum nec administrationē in dictis bonis: imò potest dare gubernatorē quē voluerit ad dicta bona administranda. Et Ang.ibi notat illū tex.ad hoc quod si relinquo aliquid minori.licet habeat patrē, possum eidē gubernatorē dictoiū bonorū dare: ita ꝙ nullus alius administrabit, nisi datus per me.quod etiā firmat ibi Bart.

11 per illū tex.† Hoc præsupposito stat difficultas singularis si habebit hoc,verū etiā in legitima filio debita in bonis matris. Pone enim,quòd mater relinquit filio suo legitimā,& apposuit ei conditionem quod patrem priuabat vsufructu & administratione vtrū valebit dicta dispositio.gloss.singularis [1] in d.authen.vt lice.ma.& auiæ.in princ.dicit:ꝙ dispositio d.auth.excipit.habet locū etiā in legitima cùm non sit onus: imò fauor ipsius filij vt disposuit tex.in d.l.si filiis matrē.& dictā gl.extollit Ange. in d.auth.vt lice.ma.& auiæ. Et Bal.in l.filiæ cuius.fi.col.ad fi.C.fami.her.approbat etiam d.glo.& loquitur notabiliter & mouetur,quia per hoc filius nō grauatur in legitima:imò eius cōditio efficitur melior. vt d. l. filiis matrem. & d.l. cum ex filio. Item quia licet vsusfructus quæratur patre testatore tacente & dimittente in prouisione legis: secus tamē est si testator ipse prohiberet,vt in d.auth.excipitur. Et si tu dicas in legitima pater

ter nō poteſt imponere legē, Reſpōdeo verū eſſe, Legē grauaminis: ſed in propoſito nō imponit lex grauaminis ſed fauoris. Item non imponitur legitimæ, ſed patri iſtius cui ab vxore non debetur legitima, & ita reſidet. idem tenet Salic. in d. l. filiis matrem. dicēs ſe approbare dictā gloſſam, quam ſui maiores tenuere. pro quo etiam bene facit gloſ. huius legis, quod not. & tene menti, quia quotidianū eſt ad corroborationem huius primæ limitationis, & ſecundum hanc concluſionē audio pronuntiatum eſſe hic in Cancellaria. Sed reperio, ꝙ Barto. in dict. authen. excipitur. reprobat dictam glo. imò quòd in legitima mater non poſſet priuare patrem ab vſufruct. alibi etiam idem Barto. ſcilicet, in tractatu de duobus fratribus reprobat d. glo. cum quadam diſtinctione, ſcilicet, quòd ſi filius eſſet inſtitutus ſub conditione, ſi pater renunciaſſet vſufructui: & tunc valeret inſtitutio per dict. l. filiis. & tunc exiſtente conditione per renunciationē patris. certum eſt vſumfructū nō quæri patri ex quo illū renunciauit. ſed ſi inſtitutio eſſet pura, & per modū præcepti fieret adiectio ne ad patrem perueniat vſusfructus: tunc filio adeunte pater habebit in legitima vſumfructū, & ſic Bar. vtrobiq; reprobauit dict. gloſ. Semper Bart. in dubio ſequendus eſt: fuit enim vir ponderoſi ingenij & rectum ſemper fuit eius iudicium: ideo ad eius defenſam fatigans ingenium reperi eum rectè ſentire iuxta intellectum meum. vnde nunquàm mihi cum deliberatione cogitāti potuit videri quo iure fundetur opinio gloſæ & ſequacium, ſcilicet, quod mater in legitima, quam filio relinquit poſsit priuare patrem ab vſufructu: ego enim video quòd à lege, patri eſt conceſſus vſusfructus in bonis maternis, & aliis aduentitiis filio relictis. C. de bon. quæ libe. per totum. quo modo ergo mater poterit patrem dicto vſufructu priuare in legitima, quam de neceſſario filio relinquere tenetur? cùm non poſsit quis facere quin leges in ſuo teſtamento locum non habeant? l. nemo. ff. de legatis. j. Ad fundamentum quòd faciunt tenentes oppoſitum ſtat reſponſio. imò ille text. probat contrariū in originali. ipſi enim adducunt text. in authenti. excipitur. C. de bon. quæ liber. qui text. indiſtinctè permittit patrem poſſe priuari vſufructu. nam illa authenti. fuit extracta de corpore iuris in authentica. vt lice. matri & auiæ. & reuera Irnerius falsò

introduxit literam. Nam ibi text. rotundus est in contrarium, cùm solum ibi permittit patrem posse priuari vsufructu solummodo in eo quod filio relinquitur vltra legitimam: verba enim text. sunt. (Sancimus igitur licentiam esse matri, & auiæ aliisque parentibus postquam reliquerint filiis partem, quæ lege debetur quod reliquũ est suæ substantiæ donare sub hac diffinitione. &c.) Vnde casus est ibi per Bartol. & contra glossam, scilicet dict. authen. excipitur. permittẽs patrem priuari posse vsufructu intelligatur in eo quod vltra legitimam eis relinquitur: ergo secus in legitima. Hoc etiam apertè manifestat rubric. illius authen. in corpore, dum dicit (vt liceat matri & auiæ, & aliis parentibus post legitimam partem liberis derelictam, quòmodo voluerint residuam facultatem suam disponere.) & hoc clarè manifestatur in ratione decidendi posita ad illum text. in dict. authen. ibi. (hoc enim extraneis relinquere poterant vnde nulla parentibus vtilitas nasceretur) Per quam rationem constat illum text. præcisè loqui in eo quòd relinquitur filio vltra legitimam: quia cùm illud cuidam extraneo relinqui poterat: & per consequens patri nod adquireretur vsusfructus. Ita eodem modo relinquendo filio potest præcipere ne patri vsusfructus adquiratur: quæ ratio omnino cessat in legitima, quam nullo modo alteri, quam filio relinquere potest. Ex hoc patet responsio ad vnũ fundamentum positum à Baldo in dicta l. filiæ cuius. vbi dicit, quòd licet vsusfruct⁹ quæratur patri testatore tacente, & dimittente in prouisione legis: secus tamen est si testator ipse prouideret, allegat d. authenti. excipitur. quia hoc non habet locum in legitima, in qua mater hoc nõ potest prouidere: ne patri quæratur vsusfructus: nec tex. in corpore vnde sumitur. d. authen. excipitur, hoc permittit. imò contrarium disponere videtur. Ad aliud in quantum Bald. dicit, quòd filius non grauatur, imò recipit commodum: concedo respectu filij cùm sit eius fauor, quòd pater non habeat vsumfructum in bonis suis. Vnde nec præceptum matris respectu filij non reiiceretur tanquam grauamen, & sic militat fundamentum Bal. sed in præiudicium patris, nescio quo modo hoc posset fieri, cùm à lege cõcedatur ei beneficium vsusfructus in honorem & commodum patriæ potestatis. & eodem modo respon

respondeo ad aliud fundamentum eius in quantum dicit, quod grauamen non imponitur legitimæ, sed patri cui nō debetur legitima: concedo quòd patri nō debetur legitima à matre filij sui: tamē ex legis prouisione & dispositione, debetur sibi vsusfructus in dicta legitima, à qua nō reperitur cautum quòd posset priuari: per quæ videtur mihi glo. d. auth. & sequacium non esse veram, & quòd sit vera opinio Bar. in d. auth. excipitur. reprobantis d. glo. Nec etiam credo Bar. rectè dixisse in tracta. de duobus fratribus in quantum tenuit, quòd si filius esset institutus sub cōditione, si pater renuntiet vsufructui valeret institutio: & sic pater priuaretur vsufructu: cùm non antè filius esset hęres, quàm pater renuntiaret vsufructui. nam hoc nō potest stare: quia si pater instituat filium sub conditione, si emancipetur à patre, hæc conditio reiicietur per hanc l. & remanet institutio pura, aut testamentū erit nullū: cùm filius sit institutus sub conditione non potestatiua, nec in defectum eius est exhæredatus, & sic præteritus: & per consequens testamentum nullum. l. si pater. C. de insti. & subst. sub condi. fac. & in hoc articulo credo Bal. & Sali. in d. l. filiæ. iustè reprobasse distinctionē prædictam, quam posuit Bar. in d. trac. de duobus fratribus.

12 †Vnum [k] tamen crederem, quod vbicūque mater suspicaretur malè de moribus mariti, qui fortè est homo malè industrius, & dilapidator, & talis conditionis quòd si haberet bona in administratione & vsufructu, illa consumeret, valeret tunc illa conditio, quod filiū instit ueret sub conditione si emanciparetur à patre: cùm illa cōditio esset filio fauorabilis, & ex iusta causa apposita, vt in d. l. filiis matrem. & tunc pater emancipando, nec haberet administrationem, nec integrū vsumfructum etiam in legitima, cùm dicta conditio fuit iusta: & propter malos mores patris hoc concedi permittitur. vt in l. filiis matrem. iuncta opinione tenentium illam legem nō esse hodie correctam in legitima. & si dicas, fortè pater tunc nollet emācipare, respōdetur, quod si pater nollet sequi matris volūtatem, & sic nec filiū emancipare: nō propter hoc ipse pater administrabit eius bona à matre sibi relicta sub dicta cōditione, sed filio adeūte iudicę, curator dabitur hæreditati cui sit restitutio, vt dicit glo. in d. l. filiis. in parte debet, quam omnes approbant: & apud talem curatorem erunt bona, quando filius erit sui iuris si filius esset minor

minor: quia si maior ipsemet filius administrabit secũdum Doct.in d.l.filiis. argu.l.Imperator. ad Trebellia. & l. scire oportet.ff.de exc.tut.& etiam in casu quo pater emancipasset eum propter dictam conditionem à matre positam, non erit tutor illius, nec per cõsequens eius bona administrabit, probat tex.not. in l. scire oportet.ff.de tuto.& cur. dat. ab his.tenent Docto.in d.l. filiis. quod nota. Et sic propter dictam iustã causam suspicionis quã mater haberet de marito,& eius moribus qui bona filiorum dissipabit iustum & iuridicum est, quod etiã in legitima posset apponi d. conditio,de qua in d.c.filiis.priuando patrem ab administratione, & vsufructu, prout in d.l. continetur. & hoc casu crederem verificari glo. in d. auth. vt lice.ma.& auiæ.non autem indistinctè: & ita consului in hoc casu apud prouinciam de Vizcaya, in quadam muliere nomine Maria Sanchez de Gorgollo,quæ malè suspicans de moribus mariti instituit quendam filium suum hæredẽ vniuersalem, & eius administrationem reliquit cuidã fratri:& sic fuit obtentũ in Can-

13 cellaria. † In simili optimè facit ad hanc limitationem, quæ satis iuuatur & corroboratur per tex. singularem in l. ex tribus. C. de inoff. testam. vbi est casus, quòd pater potest filio suo pupillariter substituere in legitima: ex eo quia censetur fauor filij, quòd pater testetur pro eo, & non decedat intestatus. Et quemadmodum potest pater testari pro filio substituendo pupillariter,ita potest codicillari pro filio impubere. hoc probat tex.not.in l. si fundum per fideicommissum. §. sicuti.ff. de leg.j.& hoc tenet gl.ibi quod non reperitur alibi secundum Bal.ibi. idem tenet etiã Bart. & illam glo.extollit etiã Bal. in l.si arrogator.tertia oppositione.ff.de adoptio. & sic non solum pater potest grauare in legitima venientes ab intestato ipsi pupillo testando verùm etiam codicillando secundum eos, quod intellige prout statim dicetur de testamento.

Intellige quòd pater potest in legitima filio suo pupillariter substituere directè:sed per fideicommissum non potest filio suo in legitima substituere.ita tenet glo. hic, licet glo. contrarium teneat in d. l. ex tribus. sed glo. huius legis est verior, quam hic sequuntur omnes Bar.Bal.Ang.Sal.in d. l. ex tribus. sequuntur hanc glo. reprobantes glo.d. l. ex tribus.idem Bar. in l.j.§. substituere.ff. de vulga. reprobat glo. d.l. ex tribus. & sequitur hoc

hoc idem, quod hic tenuit gl. in d. §. substituere. probatur etiam in l. cùm patronus. de leg.ij.& in l.cohæredi.§.cùm filiæ.ff.de vulg. cõmunis opinio est per omnes approbata, quam etiam tenuit glo. in l. precibus.C.de impube.& aliis substitutio. Cinus idem optimis fundamentis in d.l. ex tribus.referens quòd Dinus pluries super hoc cõsultus sic sententiauit & ratio diuersitatis inter substitutionem pupillarem & fideicõmissariam est, quia pupillaris est fauor filij cùm per eam succedatur filio & honor est ei habere hæredem, cùm intersit defunctorũ mori cum hærede: vt in l. & quia.ff. de interrog.actio.sed vbi fit substitutio per fideicommissum tunc non dicitur substitutus succedere filio,sed ipsi patri.ff. de hære. insti.l. si seruo.hinc est quòd in dicto fideicõmisso non veniunt propriæ filij facultates.l.cohæredi.§.cùm filiæ.ff.de vulg. & ille tex. est melior, quàm alius qui fit in iure ad cognoscendũ differentias inter substitutionem pupillarem & fideicommissariam: & inter alias, quæ ibi ponitur per scribentes est hæc,quòd substitutio pupillaris directa trahitur ad omnia bona patris & impuberis. l. sed si plures.§. ad substitutos. ff. de vulga.capitu. si pater. de testa.in vj.secus est in fideicommissaria in qua tantùm veniunt bona testatoris:vt est casus in d.§.cùm filiæ.(ibi nec fideicommisso propriæ facultates filij tenebuntur) probatur in cap.Rainutius. de testamen.& in l.Papinianus. §. sed nec impuberis.ff.de inofficio. testam. Ex quo infertur alia differentia secundum Bald.& alios in d. §. cùm filiæ. quòd per substitutionem fideicommissariam factam à patre non potest mater priuari legitima sibi debita in bonis filij, cùm bona filij nõ veniant in fideicommisso, sed testatoris tantùm, quamuis per pupillarem directam excludatur: vt in d. §.sed nec impuberis.& in d.c. si pater. Item quia per pupillarem directam potest filio in legitima substitui:non per fideicommissum: vt ante dictũ
14 est. † Et per prædicta aliàs consului apud ciuitatem de Cuenca, quòd cùm mater non posset filio pupillariter substituere, & si substituat trahitur ad fideicommissum vt est illa gl. vulgata notabilis in l.verbis ciuilibus.ff. de vulg.quam communiter Bar.Bald. & alij ante eos postea secuti sunt per l.Sceuola.ff.ad Trebel. & l.ex facto.in princip.eodem. quòd in legitima nihil valebit talis substitutio fideicommissaria, & sic si mater substitueret filio

lio suo pupillariter quo ad legitimam nihil valebit, non iure directo, quia mater hoc nõ potest: non iure fideicommissi, quia in legitima non potest filio substitui per fideicõmissum cùm sit grauamen substitutio fideicõmissaria, ex quo per eam non succeditur pupillo. ideo patri non permittitur in legitima glo. Bart. in l. ex tribus. C. de inoffic. testamen. & in l. j. ad finem. ff. de vulga. communis est sententia l. cohæredi. §. cùm filiæ. eod. titu. ergo in nihilum tenet quo ad legitimam, & sic limitabis d. l. verbis ciuilibus. & per quendam iudicẽ longinquum missus fuit mihi processus causæ ad consulendum, & sic ei consului pronuntiandum, & reuocaui quandam sententiam in contrarium latam per quendam doctorem imperitum: cuius anima requiescat in pace, qui fuit deceptus intelligendo indistinctè d. l. verbis ciuilibus. ita quod substitutio facta à matre indistinctè in omnibus bonis traheretur ad fideicommissum: errauit enim in legitima vt proximè dictum est. Et plerosque me super hoc aduocatos consulentes vidi errare, quos ab hoc errore deuiaui cùm crederent indistinctè dictam regulá esse veram vt substitutio pupillaris directa, facta à matre indistinctè traheretur ad fideicommissum, & tempore pestis magnæ vniuersaliter in hoc regno sæuientis anno quingentesimo septimo plura testamẽta mihi ostẽsa fuêre, in quibus hoc versabatur dubium: plures feci silere lites quæ ex consilio aduocatorum mouebantur, decepti ab hac generalitate. Et maximè ex villa Arãdæ, plura huiusmodi mihi fuerũt perducta testamẽta, in quibus sic consului aduocatos in hoc instruẽdo. Et nunc anno quingentesimo octauo in mense Martio productum fuit mihi quoddam testamentũ cuiusdã dominæ nobilissimæ de regno Murciæ, per quendã militem beati Iacobi de Spata, in quo idem cõsului vt, scilicet, quo ad legitimam nihil valeret pupillaris substitutio à matre facta; sed quo ad quintam partẽ bonorum matris testantis & substituentis, quæ nõ est legitima, valeret iure fideicõmissi, & in hac parte verificaretur & practicaretur glo. d. l. verbis ciuilibus. sic intelligendo quòd in dicta quinta valeret substitutio iure fideicommissi, quo ad bona matris testantis: cùm substitutio fideicommissaria, vt dictum est, solummodo ad bona testantis & non ad bona pupilli extendatur, vt in d. §. cùm filiæ. super quo cõsilio elegãter scripsi ex

psi ex plurimorum nō imperitorū iudicio: quia causa erat ardua prædicti militis de Faiardis: & idē cōsului apud villam de Bilbao in testamento vxoris Martini de Barraódo.

25 †Sed pulchrè intellige regulam, scilicet, quòd filio non potest in legitima substitui per fideicommissum quando illud fideicōmissum esset iniunctū filio, secus si esset iniunctum veniētibus ab intestato ipsi filio, puta quia pater sic dixisset instituo filium meum indebita iure naturæ, & rogo per fideicommissum eos qui debēt succedere filio ab intestato, quod dictam legitimam restituant Seio: quia hoc bene valet. Iste est casus singularis &
1 fortè vnicus [1] in l. si fundum per fideicommissum. §. sicuti. ff. de lega. j. & hoc tenent ibi Bar. Bal. Ang. & alij. Cin. Bar. & omnes in d. l. ex tribus. Bar. Bal. & Ange. quos ibi sequitur Imo. in l. j. fin. ver. ff. de vulg. & dicit ibi Imo. sume cautelā & consiliū qualiter possēt per fideicōmissum grauamē imponi in legitima, puta ꝙ verba grauaminis referant ad veniētes ab intestato. idē Sal. in d. l. ex trib⁹. Et perpetuo tenebis mēti ꝙ nō solùm veniētes ab intestato possunt in legitima grauari p fideicōmissum, imò etiā ipse substitutus pupillaris filio datus. ita Bal. inquit elegāter in l. cùm virū. pe. col. C. de fideic. vbi dicit quòd substitutus filio testatoris, & rogatus de restituendo tenetur restituere legitimam. idem Bar. in l. cohęredi. §. cùm filiæ. ff. de vulga. & Bal. in d. l. si arrogator. tertia opposi. ff. de adopt. idem Ioan. de Imo. in c. Rainutius. de testa. in materia pupillaris. in fi. & hoc dictum Bal. extollit & sequitur Alexan. in d. l. j. §. substituere. in princip. idem Bal. in dicta l. ex tribus. ad finem. & est communis omnium conclusio. Verum est, quòd Raph. Fulg. in d. l. ex tribus. voluit facere se singularē & vnicum: affirmans quòd nec substitutus nec venientes ab intestato possent grauari, quēadmodum non posset grauari ipse pupillus. mouetur per l. cùm quidam. C. de lega. vbi à substituto exhæredati non potest legari, etiā si exhæredato aliquod legatum factum fuisset. ad dictam l. si fundum per fideicommissum. respondet, quòd ibi filio erat relictum plus legitima. Sed in veritate nihil dicit: quia d. l. si fundum per fideicommissum. non habet responsionem: & d. l. cùm quidam. loquitur in casu diuerso: & etiā ibi est casus specialis, & licet sit difficile reddere rationem illius l. tamen vide Cin. & Sali. notabiliter, qui assignant rationē specia-

lita

m litatis:[m] & adde quia licèt nihil allegetur p Alex.nisi illud dictū Bart.in d.l.cū virum.reperio Cin.in d.l.ex tribus.qui per d.l.si fundum.tenet quod substitutus filij potest grauari in legitima filij infra pupillarem ætatem:& Bald. in d.l.ex tribus.ad finem refert se consuluisse idem in ciuitate Viterbij vt ibi latiùs per eum. idem Salice. ad finem. quod etiam Bart.firmauit expressè in l.Papinian' §.si quis impuberi.ff.de inofficio.testamen & sentit in l.cohæredi. §.& qui hæredem ff. de vulg. idem expressè Paulus,qui loquitur in substituto pupilli quem à fortiori dicit grauari posse per l.in ratione.§.quod vulgo.ad l.fal.& l qui fundū. §.qui filio.eo.tit.ita dicit ipse in d.l.ex tribus.& ita teneas.

16 † Ratio autē stat in promptu quare patri permittatur grauare ipsum substitutū seu venientes ab intestato ipsi pupillo & eis onus fideicōmissi iniungere: quia dicti venientes ab intestato.habent hęreditatem ex volūtate patris testantis, non autem ex necessitate quia cùm permittatur patri pupillariter substituere,poterat ipse si voluerat substituere filio aliū quem elegisset,& sic excluderet venientes ab intestato à filij hereditate.ff.de iure codicil.l. si quis cùm nullū. Vnde videtur eis legare seu donare ex quo non ademit quod potuit adimere:& succedit regula nota quod ad imponendum onus ei quem honoro,iuxta l.ab eo.C. de fideicō. paria sunt alicui aliquid legare vel ei nō adimere, cùm posset.casus est not.in l.j.§.sciendum.ff. de leg.iij. hanc rationem assignant Doct.maximè Cinus in d.l.ex tribus.& glo. in d l. si fundum. §. sicuti. super parte filij instituti, facit l. conficiuntur. ff. de iure codic. vnde Ioan.de Imo.in l.j.§.fin. ff.de vulg.in fin.verb. recitans illam conclusionem, quam ibi tenet Bart.post Din. & Bal.& Ang.ꝙ posset substitui filio in legitima per fideicommissum, si verba grauaminis referātur ad venientes ab intestato,dicit quod est intelligēdum si filius sit impubes.& talis cui potuisset fieri pupillaris.

17 † Ex quibus pondera singulariter ad matrē substituentē filio pupillariter in legitima quod nec valeret iure fideicommissi,etiā si verba grauaminis referrentur ad venientes ab intestato: cū cesset ratio d.l.si fundū. cùm mater non posset pupillariter filio substituere:& sic nec excludere veniētes ab intestato substitutionē alteri faciendo. Tene menti, quia habui de facto in quadam substitutione pupillari matris. & valet multum

tum scire hoc ad rectè intelligendum dict. l. si fundum. & est noua & mea consideratio. sed colligitur ex fundamento Consulti in d. l. si fundum. à ratione decidendi ibi sumpta, quam etiam dedit Bartol. in l. j. §. substituere. final. verbis. ff. de vulg. Ex prędictis potest dari consilium secundum Bald. & Ang. in d. l. j. §. substituere, vt sit casus in quo legitima filij non detrahebatur post eius mortem de bonis patris, scilicet si verba fideicommissi non dirigantur in filium, sed dirigantur in legitimum hæredem filij: & ab eo incipiat onus fideicommissi: tunc enim ex persona filij non potest deducere legitimam, quia filius nō fuit grauatus nec ex sua persona: quia sibi nō debetur legitima in bonis testatoris: quod refert notandum. Et Ang. ibi dicit quòd sic est dare casum in quo filius in totum poterit priuari legitima sua, id est ꝙ legitima filij non detrahetur de bonis tęstatoris: quod reputat notandum, licet iste punctus egeret declaratione & examinatione.

18 † Aduerte tamen & tene menti, quia istud fideicommissum appositum succedentibus ab intęstato expirat adueniente pubertate ipsius filij. Iste est casus vnicus in l. quod fideicommissum. ff. de leg. j. tenent omnes, vbi supra, quod nota. quia regulariter fideicommissaria substitutio durat post pubertatem. l. precibus. C. de impub. & aliis. Ratio quare dictum fideicommissum expirat, assignatur clarè per Ang. in d. §. sicuti, Quia post pubertatem succedentes, ab intestato puberi non succedunt ex prouisione testantis, sed solummodo in casu in quo pubes intestatus est: cùm igitur solo fortunæ iudicio hęreditas illius puberis ad venientes ab intestato decurrat, non mirum si grauari non possunt per patrē, vt l. si fuerit. §. j. de leg. iij. Ex quo infero quandam singularē limitationem ad d. l. quod fideicommissum. quòd si pater esset miles, qui post pubertatem suis liberis posset directo substituere cùm illa bona tunc decurrant ad venientes ab intestato ex prouisione testantis: fideicommissum non expiraret adueniente pubertate. verba fuerunt Ang. in d. §. sicuti. quæ sunt menti tenenda.

19 † Limitabis tamen glo. istius l. & doctrinam ante relatam quæ habet vt, scilicet, in legitima non posset filio substitui per fideicommissum, procedere, quando filius acceptasset legitimam suam: sed si eam non acceptasset sed expresse repudiaret: vel quia statim mor-

tuus est antequam agnouisset, quo casu legitima transit ad substitutum. tunc licet nominatim dictum fideicommissum fuisset iniunctum impuberi, & sic nihil valet, vt dictum est. tamen quia legitima trahitur ad substitutum, valet, & substitutus tenetur ad fideicommissum licet sibi non fuisset iniunctum: sed impuberi. Hanc limitationem sic in specie posuit quidam modernior Mediolanensis, legens pro tunc in ciuitate Papiæ. l. si arrogator. xv. col. vers. ij. principaliter limita. ff. de adopt. extollit hoc valde & cum iactantia, referens se mirabiliter & nouiter hoc inuenisse, & se nouiter ad hoc ponderasse textum in l. cùm patronus. ff. de legat. ij. vera est conclusio & singularis: sed miror de viro docto, qui sic publicè audet affirmare se nouiter ad hoc ponderasse illum textum cùm re vera per Bald. & Ang. & alios ad hoc fuerit antea ponderatus, vt statim dicetur in quarta limitatione.

20 † Iuxta hoc tamen superest vnum pulchrum dubium: nam vbi à venientibus ab intestato fideicommissum relictum est eis expresse & specificè nominatis planum est. n sed in casu dubio est quæstio notabilis, vtrum fideicõmissum seu grauamen videatur ab ipso pupillo relictum vel à venientibus ab intestato: puta quia dixit testator post mortem filij impuberis, hæreditas integra restituatur titio, nec exprimit vtrum per filium vel eius hæredes, seu per substitutum: & est maximæ importantiæ scire hoc, quia si à filio videatur relictum, non venit legitima in grauamine seu fideicommisso, aliàs secus: vt d. l. si fundum. videtur dicendum quòd in dubio fideicommissum videtur relictum ab ipso filio impubere instituto: licet relinquatur post mortem suam. Hic est casus sing. in l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de vulgar. Quem Bart. ibi ad hoc commendat & reputat menti tenendum. Hanc opinionem videtur firmare Bald. in l. precibus. C. de impu. & aliis substit. versic. sequens quæstio. & hoc consuluit Paulus consilio clxxxviij. incipit in casu præsenti. motus per c. si pater. de testam. in vj. Contraria est communior & verior opinio: imò quòd in dubio fideicommissum videatur relictum à venientibus ab intestato, do glo. singul. quæ hoc tenet in l. qui duos ff. de vulg. quę dicit quod si verba testatoris sint hoc modo cõcepta, si talis infra pupillarẽ ætatẽ decesserit, lego tibi centũ, quod licet nõ exprimatur vlterius ex dictis verbis, videtur

detur relictum legatum à substituto. Item Bar. ibi dicens ꝙ vbi verba sunt simpliciter prolata & referũtur post mortem pupilli, videtur relinqui à substituto. argu. l. codicillis. in princ. de vsufru. leg. Nec obstat d. l. cohæredi. §. cùm filiæ. in versi. quod si hæredem. nam ibi verba fuerunt prolata ad ipsum impuberem, quoniam ipsum impuberem grauauit: quod refert menti tenendum, ex eo quia quando legata relinquuntur à substituto, venit legitima: secus quando ab impubere. Hanc sententiam ibi omnes ferè sequuntur & Raph. & Pau. in d. l. ex tribus. Pau. in l. eam quam. C. de fideicom. referens ita fuisse consultum per Ioan. de Imol. & Fulg. Bononiæ. idem firmauit Imol. in cap. Rainutius. in materia vulgaris in fi. & Rapha. & Alex. in d. l. j. §. substituere. ff. de vulg. Paulus & Rapha. in d. §. cùm filiæ. Bald. in d. l. eam quam. Pau. in d. l. qui duos. & satis videtur æqua opinio: cum verba ambigua ita interpretanda sunt vt actus valeat. l. quoties. ff de reb. du. & in simili decidit Bart. in l. centurio. ff. de vulg. in versi. vlterius quæro. dicens quòd si testator dixerit, Si filius meus decesserit sine filiis vel eorũ filij sine filiis, &c. quod in dubio videtur illis iniũctũ, qui de iure grauari poterant: & hoc vt actus potius valeat quàm pereat. ad §. cùm filiæ. respondent omnes quod verba fuerunt relata ad filium.

21 † Per prædicta refert Paul. de Cast. in d. l. ex tribus. determinari quãdam q. quam Raph. Fulg. refert se vidisse in ciuitate Mediolani. pater reliquit filiæ pro dote sua, quæ quantitas non excedebat legitimam. & si decederet sine liberis, voluit quòd distribuerentur inter pauperes, qui pauperes non possunt venire ex pupillari directa: propterea quia illa verba distribuãtur sunt obliqua, vt vult Bart in l. centurio. ij. q. prin. ff. de vulg. est dubium an istud fideicommissum relictum pauperibus valeat, refert Bal. cũ pluribus consuluisse non valere, cùm filia per fideicommissum nõ potuit grauari in legitima: sed ipse Raph. consuluit contrarium: & ita refert obtentum fuisse: cùm venientes ab intestato potuerunt grauari: & in dubio cẽsetur relictũ à veniẽtibus ab intestato. refert etiã Pau. in d. l. ex tribus. quod ipse habuit de facto hũc casum Bononiæ, & fuit sibi portatũ vnũ consiliũ Bal. qui consuluit valere fideicommissum, & quòd omnes doct. Bononienses ex illo consilio decepti, consuluerunt idem, quia res videbatur sine dubio: refert tamen

quòd ipse & Ioan.de Imo.perpenderunt de isto errore & fecerunt retractari omnia dicta consilia & omnes fatebantur se errasse:sed se excusabant propter authoritatem Bald. licet dicat tunc nec ipsum nec Imo. habuisse notitiam de dicto Rapha. subdit etiam Paul. quòd in ciuitate vbi ipse legebat habuit iterum istum casum de facto: & quidam doctor qui reputatur valens, fuit deceptus & quod ipse scripsit sibi & pœnitentia ductus reuocauit consilium:ideò refert hoc menti tenendum:quia magnũ honorem poteſt literatus consequi ex dicta doctrina. Refert etiam Fulg. in l. eam quam. quod Bald. & Christophorus de Cast.consuluerunt contrarium,scilicet,fideicommissum non valere: ipse se consuluisse dicit contrarium,& quod pro eo(vt afferit)protulerunt sententiam arbitri qui erant ex solennioribus doctoribus venerandi collegij illustris ciuitatis Mediolani,de quo supremum honorẽ inquit reportasse,quod tene menti. Ego etiã habui istum casum de facto,& sic consului apud Metinam de rio seco in testamẽto cuiusdã Mancij nomine:qui instituto posthumo in dicto testamento mandauit, quòd si decederet infra pupillarem ætatem quòd bona sua distribuerentur in capella quadam quæ fieret in ecclesia beatæ Mariæ & aliis causis per eum nominatis:dicto posthumo mortuo infra dictam ætatem mater eius dicebat dictam distributionem in pias causas non esse fiendam: sed ipsam admittendam ad succeſsionem filij, ex eo quia non fuit filius suus directo substitutus, sed in modum supradictum. Et quidam deceptus in dicta conclusione consuluit in fauorem matris. ego autem detegens illius errorem,consului cõtrarium & in fauorem ecclesiæ. Et bene credo ꝙ statim vbi vidit fundamenta consilij mei, pœnitentia ductus reuocauit & cognouit errorem suum. Et secundum consilium meum fuit lata sententia in fauorem ecclesiæ:& si posses habere illud consilium inuenies pulchra. Nam labori non peperci cum in fauorem ecclesiæ beatisimæ virginis scripsi, cui seruio à iuuentute mea, & postea pluries habui de facto; & sic consului. Sed vnum perpetuo notabis ad plura dubia tollenda, quòd vbi pater mandasset in
22 testamento † vendi bona sua & filij,si decesserit in pupillari ætate,distribui inter pauperes,ꝙ censetur directa pupillaris: sic per plura fundamenta consuluit Bart. in consi.incip. Titius condidit testamentum.

Idem

Idem in l.centurio.ff.de vulg. in versic. quid si testator dixit. & in l.fundi Trebatiani. ff.de usufru.leg. licet alij contra: de quo pulchrè Alex. consil. xlv. j. volum. ubi eleganter inuenies multa ad propositum, si isto casu mater excludatur. Quia quo ad matrem hoc casu excludendam, casus non procedit sine scrupulo propter autoritates aliquas doct. quas ibi videas: nam in casu quo ego consului concurrebant aliquæ coniecturæ contra matrē.

23 † Ex prædictis assumpsi materiam consulendi super quodam dubio ad me transmisso per quosdā aduocatos, in quadam quæst. de facto occurrente inter quosdam ciues Arādę, anno quingētesimo septimo. Quidam in suo testamēto institutis filiis hæredibus, substituit eis pupillariter matrem suam, deinde fecit vnum codicillum in quo reuocauit dictā substitutionem, & substituit eos pupillariter expressè ad inuicē: eis defunctis infra pupillarem ætatem, vnus eorum superstes petebat defunctorū hæreditatem vigore substitutionis sibi factæ in codicillo: mater è contra dicebat ad eam pertinere vigore substitutionis sibi factæ in testamento quam affirmabat non potuisse reuocari in codicillis. Et in fauorem fratris sub-o stituti [o] in codicillis, facit quoddam elegans verbū Bar. ab eo positum in l. militis codicillis. §.j. de testa.milit. qui tenet ꝙ si pater instituit pupillum filium suum, & ei pupillariter substituit quēdam extraneum postea in codicillis illā pupillarem substitutionem reuocauit & substituit ei sorores ipsius pupilli, decessit pupillus, dicebat substitutus in testamento quod in codicillis non potuit reuocari substitutio iure directo, sed iure fideicommissi, & sic volebat succedere de iure directo & restituere aliis substitutis retenta quarta: & sic tenebant omnes doct. ipse tenet contrarium. Imò quòd in totum repellatur ille extraneus substitutus in testamento, & valeat ista substitutio facta in codicillis iure directo: & sic refert fuisse obtentum. hoc idem tenet in l.hac consultissima.§. fi. C. de test.& in l.ij ff.de iniust.testa.& est valde singularis determinatio ad omnia iura dicentia, ꝙ non potest directo dari, nec adimi hæreditas in codicillis: vt limitetur, nisi in patre testante inter liberos & codicillante, qui in testamento substituerat eis pupillariter extraneum. Est verum quod multi tenent cum Bar.& multi contra. tamen in proposito super quo requisitus fui de cō-

filio, nõ videbatur vrgere hæc determinatio. Nam Bart. mouetur duobus fundamentis. primo: quia in milite hoc statuitur vt in d.l. militis. ergo in patre. quod argumentum quidam non admittũt de quo largus fit sermo à modernis in d l. hac consultissima. §. fi.

Sed ad propositum mouetur ex d. §. fina. vbi valet testamentum minus solẽne in quo sunt instituti venientes ab intestato, ad reuocandum primum testamentum, in quo extraneus erat institutus. Sed in casu cõsultationis, mater substituta in testamento habito respectu ad bona pupilli, cui succeditur ex substitutiõe pupillari, mater non erat extranea: cùm sit eis proximior ad succedendum ab intestato secundum l. istius regni. sic cessat fundamentum Bar. Et etiã quia si haberetur respectus ad ipsum pupillum non sunt substituti venientes ab intestato: cùm mater succedit filio & nõ frater. Vnde allegabam in fauorem substitutorum in codicillis valere dictam substitutionem iure fideicõmissi hoc motiuo. Nam verũ est secũdum iuris principia: quòd hæreditas non potest dari, nec adimi iure directo in codicillis: sed trahatur ad fideicommissum. l. hæreditatẽ quæ est ij. C. de codi. l. ij. ff. de iure codic. §. fi. Idem in substitutione pupillari. l. si idem. C. de codi. no. text. in l. Sceuola. ff. ad trebel. Angelus tamen in l. Sceuola. conatur hoc eleganter limitare & intelligere, quando solũmodo in codicillis fuisset facta substitutio pupillaris. nam tunc trahetur ad fideicommissum. Secus si fuisset facta in testamento quod præcesserat codicillos: quia si illa in codicillis reuocetur, & alius substituatur, ista substitutio in codicillis facta, nihil valebit, nec etiam iure fideicommissi, cùm ex hac sequeretur adeptio hæreditatis, quæ non potest fieri in codicillis. Sed communiter omnes damnant eum, imo quod etiam tunc valet iure fideicommissi, vt dicit Imo. in l. j. ff. de iniust. testa. & idem Ang. sibi contrarius, si recte consideretur in l. nostram. C. de testa Sali. in l. si idem. C. de codic. Alex. in l. ij. C. de con di. mouentur contra eũ per d. l. Sceuola. & per l cũ quis decedens §. Scia. ff de leg. iij. mihi videtur casus in l. hæreditatẽ. contra eum ad fin. C. de codic. cùm ergo secundũ omnes trahatur ad fideicommissum & hoc fideicommissum esset iniunctum ipsi matri quę in primo testamento erat substituta: & erat succedens ab intestato filiis suis: & sic in dubio præsumitur iniunctum ipsis veni

venientibus ab intestato: sic dicebam & allegabam quod etiam in legitima valuit dicta substitutio iure fideicommissi facta in codicillis: ita quod mater à qua fuit adempta prima substitutio: quæ est succedēs ab intestato haberet quartam: & tres partes haberet filius substitutus in codicillis: sed non me determinaui pro tunc, nec pro nunc, sed cogitandum relinquo & perpetuò nota ista ad multa quia quotidie occurrunt.

EX prædictis resultat secūda limitatio ad hanc legem vt non habeat locum in substituto pupillari seu veniētibus ab intestato ipsi pupillo: quia isti possunt grauari in legitima, vt est casus in d.l. si fundum.

SVMMARIVM.

1 *Filio potest substitui pupillariter & quid de substitutione vulgari.*

ADDITIO.

a *Adde omnino decl. de Segu. repe. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vul. ver. fallit. 5.*

1 TErtio limita hāc legem quod filio bene potest substitui pupillariter in legitima: licet hęc nō sit propriè limitatio: cū nō dicatur propriè grauamē: imò prouisio filij vt d.l. ex tribus Adde tamen ꝙ queādmodū filio potest substitui pupillariter in legitima: ita etiam potest ei vulgariter substitui, puta si noluerit vel nō potuerit acceptare: hoc ꝓbatur in l si posthumus. §. ꝙ vulgo[a]. ff. de lib. & posthu. vbi si filius est institutus in primo gradu in totū vel in parte: licet sit præteritus in secundo, testamentū nō rūpit: & est ratio quia per secūdū gradū filio instituto in primo nulla fit iniuria: nō enim admittitur, nisi ipso volēte, cui nō esset loc⁹, si ipse nollet, sed acceptare vellet: sibi ergo imputet: vt l. iam dubitari. ff. de hær. inst. ita inquit Pau. de Castr. hic quod est not. ad extensionē. l. ex tribus. ꝙ tenet in j. & fi. col. huius legis. Idē firmauit Alex. in d. §. quod vulg. dicēs quod substitutio vulgaris nō dicitur esse onus filio. ideo pōt fieri in legitima. probatur etiā in l. si fili⁹. ff. de lib. & posth. & in l. fin. ff. de condi. insti. ratio est quia si filius vult esse hæres nō excluditur à substituto: cū vulgari substitutioni insit tacita cōditio. l. cū proponas. C. de hære. instit. sed an saltē quo ad legitimā transmittat ad suos hæredes excluso vulgari substituto? est materia de qua in l. si pater. C. de insti. & sub. sub con. fa. ibi vide: sed aliquod dubiū videntur huic limitationi apponere quę dicta sunt supra in v. ampliatione.

SVMMARIVM.

1 *Is ad quem debet deuenire legiti-*

ma filij potest in ea grauari.

1 QVarto limita hãc legẽ, vt vendicet sibi locũ in filio: secus in alio ad quẽ deueniret legitima ipsius filij, putà quia filius repudiauit vel moritur antequã agnosceret: quo casu deuenit ad substitutũ, qui substitutus tenetur ad grauamen filio appositum in legitima: licet filius ipse ad illud nõ teneretur. Hic est famosus casus in patrono. in l. cũ patronus. ff. de lega. ij. vbi text. dicit quod si patronus est institutus hæres à liberto suo in portione sibi debita, quæ hodie est tertia vt in §. j. Insti. de succe. lib. & in §. sed nostra. quòd fideicõmissum relictũ ab eo prę stare non cogitur, cùm debeat habere dictã partẽ sine aliquo onere: vt in d. §. sed nostra. subdit text. & in hoc facit ꝙ si patronus omiserit & repudiauerit institutionẽ: ille ad quẽ dicta pars omissa & repudiata peruenerit tenetur ád fideicõ missum: assignat cõsultus rationẽ per hæc verba (quoniam quod illius personæ præstaret hoc nequaquã ad aliũ pertinere debet) & sic in patrono est ibi casus singularis de quæsti. Et dicit Ange. ibi, ꝙ per illã l. limitat̃ hæc lex quoniã in prioribus. vt nõ procedat vbi filiꝰ repudiasset legitimã: q̃a in tali legitima quæ transit ad aliũ virtute repudiationis, põt imponi onus & toleratur: & hoc extollit ibi Alexã. in apostillis, & etiã firmat in hac l. dicens ꝙ ille ad quẽ venit legitimã vigore renũciationis tenetur ad grauamen, quia licet d. l. loquatur in patrono tamẽ ex identitate rationis idẽ erit in filio. Idẽ Pa. de ca. in d. l. cũ patronus. in vtraque lectura, & sequitur hic quasi ad finẽ dicens quod si filio instituto in legitima esset datus substitutus vulgaris, quod põt fieri, & filius fuisset grauatꝰ de aliquo dãdo, quod si ipse repudiasset legatum legitimæ & vadit ad substitutum, ꝙ dictus substitutus tenetur subire grauamen: cùm hoc priuilegiũ, vt grauamen reiiciat̃, fuit introductũ in priuilegium personale filij ideo nõ transit ad substitutũ.

Et miror de istis, quo modo nõ allegant Bald. in d. l. cũ patronus. vbi summat sic illã l. grauamen appositũ in legitima, quod est nullum respectu eius cui infert̃: est aliquod respectu eius cui accrescit: & subdit notabiliter, quòd onus quod infertur in legitima habet̃ pro non scripto: quo ad eũ cui debet̃ legitima: sed si ille repudiet legitimã & accrescit cohæredi: mutatiõe personæ, mutat̃ nomẽ legitimæ, & onꝰ iniunctũ debet impleri: quòd refert esse notandũ pro legitima filij: & hæc teneas menti perpe

perpetuò addēda cuidā Mediolanensi legēti Papiæ, qui in l. si arrogator. quarto folio. ff. de adoptio. nō sine iactantia hoc sibi attribuit, de quo dicto feci mētionem supra eo. in j. limitatione in versi. limitabis tamen glo. istius legis.

SVMMARIVM.

1 *Filius non debet habere legitimā in re quā pater elegit ad testādū.*

1 QVinto limita † hanc legem nisi pater elegisset sibi vnam rē ad testandū, quia in hac electione prçiudicat filio, ita quod nō potest dicere se velle illam rē vel eius partē pro sua legitima. Non intelligas quod per hoc posset filius grauari in quantitate legitimç, sed solū in hoc quod filius nō potest dicere se habere partē in illa re pro legitima, tanquam in bonis paternis, cum alias in omnibus bonis paternis debeat habere partem. vt in l. scimus. §. repletionē. isto ti. hoc fuit elegans verbū Bal. in rubri. de rerum diui. ij. col. vbi dicit q si pater mandauit in testamēto, q fiat hospitale in domib⁹ suis, filius vult illas domos pro sua legitima: videbat em̄ quod posset argu. eius quod dispositū est in creditore vt in l. creditoris de distra. pig. cōtrariū determinat dicēs quod pater pōt eligere vnam rē, de qua testari posset si fili⁹ in cæteris bonis potest habere legitimā: electio em̄ quæ datur filio, dat in bonis nō legatis. mouetur quia legata integraliter præstāda sunt, si bessim nō excedūt, vt in §. quā ob rē in auth. de rest. & ea quç pa. idē tenet Bal. in l. pōt de leg. j. dixi supra in x. ampliatione.

SVMMARIVM.

1 *Posthumi institutio sub cōditiōe casuali vel mixta valet in casu.*

1 SExto limita † hāc legē nō habere locū in posthumo in hoc casu s. q si fuisset institut⁹ posthumus sub cōditione casuali vel mixta, si prius quā nascat̄ cōditio extiterit, nō rūpit testm̄ posthumi agnatiōe. Hic est casus in l. cum posthumus. ff. de lib. & posth. & bal. singulariter & specificè ibi dicit. quod per illū tex. datur intellect⁹ ad hāc legē quæ dispōnit vt omnis conditio reiiciatur de legitima, quod habeat locum in iam nato nō posthumo antequā nascatur: ratio est secundū eū, quia dū est in vtero non est suus hæres. Nec sibi interim debetur legitima. vt in l. posthumi §. ex his. ff. de iniust. testa. idē ibi Ang. & Imo. dicentes per d. l limitari hanc legē, vt non habeat locū in posthumo vbi grauamē deficeret ante natiuitatē posthumi. Et dixit Ale. in d. l. cum posthumus, illā l. esse in argumentū, quod vbi filius fuisset institutus sub conditione: vel

cū adiectione alicuius grauaminis, valet institutio, etiam quo ad legitimā: si talis cōditio vel grauamē viuēte adhuc testatore deficiat. quod reputat notandū ad intellectū huius legis & eius limitationē.

SVMMARIVM.

1 *Valet conditio apposita institutioni factæ de persona incerta.*

1 SEptimo limita hāc legem nisi apponeretur conditio institutioni factæ de persona incerta: quia tunc testamentū esset nullū nec reiiceretur cōditio. Iste est casus singularis in l.cōmodissimè.ff.de libe.& posth. vbi tex. dicit ꝙ posthumus rectè instituitur, si in hūc modū instituat. Instituo posthumū siue viuo me, siue mortuo natus sit, idē si purè instituatur, sed in vnū casum institut⁹ sit & alter casus sit omissus. puta instituo posthumū si me viuo nascat, in casu omisso natus rumpit testamentū. subdit Consultus rationem. quia hic filius, nec sub conditione quidem scriptus hæres intelligitur, qui in hūc casum nascitur, qui non est in testamento cōprehensus. Opponit Bar. ibi de hac l. vbi conditio reiicitur, & sic remanet testamentum firmum. Soluit, quòd hęc lex loquitur in conditiōe quæ apponitur de persona certa: secus si apponatur institutioni factæ de persona incerta: & sic non solū habet vim conditionis, sed demōstrationis, qua deficiente, non videtur talis persona instituta. Per hoc infert se dixisse in quæstione de facto, testator instituit fil[illegible] qui sibi nasceretur, & matrimonium contraheret, in mille: filiam verò quæ sibi nasceretur & monasterium ingrederetur, in quinquaginta. Contingit quòd mulier nata professa est religionem tertij ordinis sororum sancti Francisci: & sic nec nubit, nec monasteriū ingreditur: refert ipsam præteritam & testamentum ruptū. Nec poterat dici ipsam sub conditione institutā: imò nullo modo est instituta, & refert ita de facto obtinuisse quod est notandum. Idē Bald. ibi. contentus sola Barto. relatione. Idem Ange. & Imol. idem Barto. & Bald. in. l. si pater. C. de instit. & substit. sub condit. fa. & idem Ange. & quidam moderniores licet alij qui moderniorum, qui fuerūt Rapha. Fulgo. & Pau. de cast. in dict. l. commodissimè. & in dicta l. si pater. vtrobique insurgunt contra Barto. à quorum latratibus Alexand. copiosè & singulariter (vt moris sui est) tam in dict. l. si pater. quam in dict. l. cōmodissime. defendit Bar. & eius opinionem sequitur, & respōdet eorū fundamētis. quę vide.

Summ

SVMMARIVM.

1 *Si filius in potestate fuit substitutus sub conditione turpi vel reprobata à iure an vitiet institutioné.*

1 OCtauo limita hãc legem non procedere quando filius in potestate fuisset institutus sub conditione turpi vel à iure reprobata. Nam dato ꝙ talis cõditio esset potestatiua, non reiicitur, imò vitiat institutionem: sic reperio firmasse Bal. licet nõ multùm clare in terminis huius l. in l. pater. ij. col. C. de inst. & subst. sub con. fac. in v. opposi. dicit enim ꝙ d. l. si pater. est hodie correcta per hanc legem. & nimirũ secundum eum, cùm impossibilis conditio vitiatur & non vitiat, & in hoc facit l. j. ff. de cõ di. insti. Subdit notabiliter, & in hoc facit: nisi conditio esset impossibilis & turpis: quia tunc vitiat odio patris, qui turpem cõditionem quasi demẽs apposuit filio, mouetur per l. filius. ff. de cõdi. insti. vbi tex. dicit quòd filius, qui fuit scriptus hæres sub conditione quam senatus, aut princeps improbauit ita infirmat testamẽtum patris, ac si conditio non esset in eius potestate. Subdit consultus rationem notabilẽ, scilicet, nam quæ facta lędunt pietatem extimationis, verecundiam nostram, & generaliter quæ contra bonos mores fiunt nec facere nos posse credendũ est. & est ille casus specialis in institutione filij: cùm aliæ conditiones turpes, tanquam de iure impoßibiles reiiciantur. l. conditiones. ff. de condi. institu. l. obtinuit. de condit. & demonstra. l. reprehendenda de institu. & substi. cũ aliis. Hanc limitationem ad hãc legẽ firmauit expresſè Pau. de Cast. & reputat notandam in l. cõditiones. ff. de con di. insti. & Alex. idem in d. l. si pater. C. de insti. & substi. sub con. fa. xv. col. versi. extra glo. adde dicẽs quòd vbi filius fuisset institutus sub conditione turpi, vel à iure reprobata, etiã hodie redderetur testamẽtum nullum per d. l. filius. nec hoc corrigitur per hãc legem, secundũ eum. Quod satis probatur per d. l. cõditiones. iuncta d. l. filius. eodem titu. nam etiam illo iure ante d. l. filius. conditiones turpes reiiciebantur: vt d. l. conditiones. tamen per dictam l. filius. fuit inductum & statutum quòd non reiicerẽtur de institutione filij in potestate. Sic ergo dicendũ in proposito, quod licet per hanc legẽ cõditiones reiiciantur de legitima tamen nihilominus remanebit in suo vigore. d. l. filius. idẽ ipse Alex. in d. l. reprehendẽda. & sequitur hoc dictum moder. Mediolanensis tam hic, quam in d. l. si pater. suppressa authoritate.

Alex.

Alex.à quo ipse subtrahit to-
2 tum quod refert. † Hæc conclusio est singularis ad huius l.limitationem,de qua ego vehemẽter dubito:nã omnes isti qui ponũt hãc limitationem, fundãt se solũmodo per d.l filius.q tex.potest cauillari hoc modo : ibi enim disponit tex. ꝙ si filius fuit institutus sub cõditione turpi vitiatur testamentũ:sed ratio decidẽdi ad illam l.est duplex. Prima ponitur per Accur.in l.j. illius tit. scilicet,quòd vbi vitiatur testamẽtũ in cõmodũ instituti, qui erat successurus ab intestato: ideo vitiatur institutio vt succedat ab intestato, & legata nõ soluat. Quã solutionẽ impugnat Bar.in l.j.iiij.col.ff.de cõdi.insti.quam ibi sequuntur doct.ex eo quod attenta dicta ratione militaret d.l. filius.in quolibet veniẽte ab intestato. Secũda ratio est & hęc facit ad propositũ, scilicet quod in d l. filius. sit speciale in filio.qui nõ potest institui nisi sub cõditione potestatiua : vnde instituẽdo eũ sub cõditione turpi. de qua in d.l.dispositio est nulla.nõ propter impossibilitatẽ cõditionis : sed ꝓpter defectũ formæ substãtialis testamẽti, videlicet quia filius fuit institutus sub cõditione non potestatiua:quod fieri nõ potuit,vt d.l.suus quoq;.ff.de hære.inst. vnde cẽsetur præteritus: & sic redditur institutio nulla: quia testamentum peccat in forma substãtiali.& cùm tũc propter defectũ formę reddatur nullũ: nõ simpliciter propter cõditionẽ turpẽ:ideo nõ reiicitur conditio,sed remanet testamentũ nullũ ex defectu formæ, nec debet fieri reiectio cõditionis in testamẽto, quòd aliàs ex defectu formę redditur nullum. Hæc est ratio specialitatis, de qua in d.l.filius. & hãc approbat Bar. licet breuibus verbis in d.l.j.clarius ibi.Imo. in v.j. col. Ad propositũ ergo si propterea in d.l.filius.testamentũ est nullũ,nec conditio reiicit: quia filius est institutus sub cõditione non potestatiua, cùm interim reperiat se prętéritũ, iuxta d.l.si pater.habeo intẽtũ cõtra dictos doctores ex opinione cõmuni, quæ habet, ꝙ hæc lex quoniã. obtineat etiã vbi testamẽtũ esset nullũ,quia filius propterea esset præteritus,quia institutus sub conditione casuali vel mixta, quam opinionẽ ampliaui latius suprà in j.extẽsione.Ad hoc pondero d.l.si filius.ibi testamẽtũ infirmat patris ac si conditio nõ esset in eius potestate : sed si in casu quo institutus esset sub cõditione, quæ nõ esset in eius potestate reiicitur conditio per hãc legẽ & validũ manet testamẽtũ,vt latius dixi in dicta prima ampliatione, ergo,&c.

go, &c. Item quia licet in hoc esset aliquis fauor filij: tamen hæc lex fuit inducta etiã in fauorem testamẽtorũ,& ne testamẽta euertãtur: igitũ habebit locũ etiã in isto casu cùm hæc lex generaliter & indistinctè loquatur, reiiciẽs omnẽ cõditionẽ & grauamẽ. itaq; retẽta cõmuni opinione quòd d.l. si pater.C.de instit.sub cõdi. factis sit correcta, per hanc legẽ non credo istos rectè dixisse.

SVMMARIVM.

1 *An hæc lex procedat quando remoto grauamine adhuc relictum remanet in sua specie.*

1 NOnò† limita, quòd dispositio huius l. quæ habet, quod remoto grauamine maneat institutio pura, habeat verum quãdo remoto grauamine adhuc relictum remanet in sua specie, aliàs institutio reddetur nulla: exemplũ, si pater instituat filiã suã in ingressu domus suæ, id est vt posset habere regressum habitationis in domo testãtis, cũ vidua erit vel si relinquãtur filię vestimẽta vidualia titulo institutionis, cùm vidua erit: nã dicta institutio etiã hodie erit nulla: ita dicit Ang. limitari hãc legẽ in l. suus quoq;. in fi. ff. de hær. inst. referẽs sic se cõsuluisse de facto. idẽ sequitur ibi Imo. in v. col. versi. addę tamẽ prędictis. mouetur quia si tollis prædictã cõditionẽ de medio, puta cùm vidua erit, & sic velles reii cere conditionẽ prædictã, impossibilis videtur ingressus & delatio dictorũ vestimẽtorũ, & sic nil reperiretur filiã habere pure, & per cõsequẽs testamẽtũ erit nullũ, tãquã præterita: quod est notãdũ. de qua limitatione nõ parũ dubito tã propter generalitatẽ huius legis, quàm propter id quod dixi in proxima antecedẽti limitatione: & propter id quod Bar. dicit in d.l. suus quoq;. in illa q. verũ illa lex sit correcta p hãc legẽ, attamẽ reperio Bal. in simili. in l.j. in pe col. C. de iure fisc. lib. x. eleganter limitasse hanc legẽ in ver. itẽ pone. vbi dicit quòd omnia iura, quę dis ponũt grauamẽ esse reiiciẽdũ de legitima debere intelligi de tali grauamine, quod, scilicet grauamẽ salua dispositione saluari potest: vt si grauasset filiũ restituere id quod sibi relinquit pro sua legitima secus si grauamen respiceret priuationẽ dispositi, & ideo non potest executioni mãdari salua voluntate testatoris: vnde infert quòd si legatũ est filio à patre min⁹ legitima & prohibuit eũ quòd plus nõ posset petere vel habere, quod agnoscendo legatũ priuatur legitima quasi renũtiãs, & imputet sibi qui legatũ agnouit, quia amplius de portione legitima tractari non potest, arg. ff. de bon.

Alex. à quo ipse subtrahit to-
2 tum quod refert. † Hæc conclusio est singularis ad huius l. limitationem, de qua ego vehemẽter dubito: nã omnes isti qui ponũt hãc limitationem, fundãt se solũmodo per d. l. filius. q tex. potest cauillari hoc modo: ibi enim disponit tex. ꝙ si filius fuit institutus sub cõditione turpi vitiatur testamentũ: sed ratio decidẽdi ad illam l. est duplex. Prima ponitur per Accur. in l. j. illius tit. scilicet, quòd vbi vitiatur testamẽtũ in cõmodũ instituti, qui erat successurus ab intestato: ideo vitiatur institutio vt succedat ab intestato, & legata nõ soluat. Quã solutionẽ impugnat Bar. in l. j. iiij. col. ff. de cõdi. insti. quam ibi sequuntur doct. ex eo quod attenta dicta ratione militaret d. l. filius. in quolibet veniẽte ab intestato. Secũda ratio est & hæc facit ad propositũ, scilicet quod in d. l. filius. sit speciale in filio. qui nõ potest institui nisi sub cõditione potestatiua: vnde instituẽdo eũ sub cõditione turpi. de qua in d. l. dispositio est nulla. nõ propter impossibilitatẽ cõditionis: sed ꝓpter defectũ formæ substãtialis testamẽti, videlicet quia filius fuit institutus sub cõditione non potestatiua: quod fieri nõ potuit, vt d. l. suus quoq;. ff. de hære. inst. vnde cẽsetur præteritus: & sic redditur institutio nulla: quia testamentum peccat in forma substãtiali. & cùm tũc propter defectũ formę reddatur nullũ: nõ simpliciter propter cõditionẽ turpẽ: ideo nõ reiicitur conditio, sed remanet testamentũ nullũ ex defectu formæ, nec debet fieri reiectio cõditionis in testamẽto, quòd aliàs ex defectu formę redditur nullum. Hæc est ratio specialitatis, de qua in d. l. filius. & hãc approbat Bar. licet breuibus verbis in d. l. j. clarius ibi. Imo. in vij. col. Ad propositũ ergo si propterea in d. l. filius. testamentũ est nullũ, nec conditio reiicit: quia filius est institutus sub cõditione non potestatiua, cùm interim reperiat se preteritũ, iuxta d. l. si pater. habeo intẽtũ cõtra dictos doctores ex opinione cõmuni, quæ habet, ꝙ hæc lex quoniã. obtineat etiã vbi testamẽtũ esset nullũ, quia filius propterea esset præteritus, quia institutus sub conditione casuali vel mixta, quam opinionẽ ampliaui latius suprà in j. extẽsione. Ad hoc pondero d. l. si filius. ibi testamẽtũ infirmat patris ac si conditio nõ esset in eius potestate: sed si in casu quo institutus esset sub cõditione, quæ nõ esset in eius potestate reiicitur conditio per hãc legẽ & validũ manet testamẽtũ, vt latius dixi in dicta prima ampliatione, ergo, &c.

go, &c. Item quia licet in hoc esset aliquis fauor filij: tamen hæc lex fuit inducta etiã in fauorem testamẽtorũ,& ne testamẽta euertãtur: igitur habebit locũ etiã in isto casu cùm hæc lex generaliter & indistinctè loquatur, reiiciẽs omnẽ cõditionẽ & grauamẽ:itaq; retẽta cõmuni opinione quòd d.l. si pater.C.de instit.sub cõdi. factis sit correcta,per hanc legẽ non credo istos rectè dixisse.

SVMMARIVM.

1 *An hæc lex procedat quando remoto grauamine adhuc relictum remanet in sua specie.*

tractum extra ipsos, nisi vsque ad certã quantitatem, ꝙ tale statutum operabitur etiam in cõtractu quem faceret cũ clerico vel ecclesia, seu alia pia causa, cùm nec directè, nec indirectè hoc tẽdat in graue prę iudicium ecclesię, nec ad hunc finem factum sit: & licèt non sic his recitatis, tamen optimè & copiosè plura allegans sequitur hanc conclusionẽ quidam Doctor modernus auditor Rotæ non frustra viuens in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. xxxiij. colum. versicu. retenta igitur ista communi opinione de constitu. ad hanc cõclusionem facit pulchrum consil. Federic. de Senis, cõsil. lxxviij. secundũ numerũ meum: quod consiliũ ad literã secutus fuit Domini. in capi. fin. de immu. eccl. vbi ait, quòd si statutum auget portionem debitam filiis de iure naturæ, quę est tertia ad dimidiã: & postea testator relinqueret filio tertiã, & residuũ ecclesiæ, quòd ecclesia nõ haberet totũ residuum sibi relictũ: sed filius deberet habere integram dimidiam: quæ est legitima sua aucta per dictum statutũ: & residuũ dimidiæ habebit ecclesia, non residuum tertiæ, quia secundũ eũ aliud est per statutum aliquid disponi: per quod prohibeatur omnis via transferendi dominium in ecclesia, sine causa: & hoc nõ valet, aliud ex iusta causa facere statutũ, per quod subditus reddat̃ inhabilis ad cõtrahendũ cũ quacunq; persona: & hoc toleratur. ff. de cõdi. & demon. l. cùm tale. in §. mulier. & l. cùm ita. & de hoc consilio reperio factã mentionem per And. Sicu. in c. Rainutius. col. lij. de testa. licet alleget illud pro consilio Calde. in titu. de constit. consi. xv. & mirum est vt ipse multoties contra alios inuehit, quomodo nec vidit Dominicum, nec alia consilia antè per me relata. accedat etiam elegans consilium do. Bald. consil. xix. incipit in quæst. quæ vertitur. vbi dicit valere statutum prouidens, ꝙ ascendentibus, scilicet, patri, vel matri, vel aliis non liceat relinquere, aut dimittere extraneis personis, vel locis, nisi tertiam partem bonorum, & subdit eleganter quòd stante d. statuto, non posset relinquere ecclesiæ, vel pio loco vltra tertiam, etsi plus relinqueret, non valeret: nec tale statutum iniuriosum dicitur piis locis: cùm à iure legitima filiorum posset augeri per statutum: & sic in dictis duobus tertiis filij dicuntur creditores: & reperio extollere hoc consilium Bald. quendam aduocatum cõsistorialem nomine Baptistã de Gazalupis de sancto Seuerino, in quadam repetitione: quam fecit

ett super l. omnes populi. de iust. & iure. xlviij. col. versi. amplius vidi dubitari. quod dicit notandum ad statutum Senēse dictans quòd mulier habens filios de quarta tantùm dispo nere possit: & reliquæ tres partes inter filios diuidantur: nam valet tale statutum secundum eum respectu pia
9 rum causarum. † Mihi videtur hæc conclusio iuridica, tam per dictum consilium August.
d positum in d.c.si. d dicentis, quicunq; vult exhæredato filio ecclesiam instituere, alium quærat qui suscipiat non Augustinum, imò Deo propitio neminem inueniet: de quo consilio meminit gl in l. si quis ad declinandam. super parte simi li modo. C. de epis. & cle. Item quia respectu legitimæ, fauorabilior est causa filiorum, quàm piæ causæ. Do casum sin gularem de hoc in auth. si qua mulier. C. de sacrosanct. eccle. (ibi legitima nulli diminuta.) melius in fi. ibi filij legitimam participēt reliqua substantia monasterio competente, & Salic. ibi ponderauit ad hoc d. text. ibi idem Ioann. Fab. imò secundum eum peccat qui religionem intrat, & parentum vel liberorum educationem dimittit. xxx dist. si quis filij. & c. si quis deliquerit. & ad hoc allegauit illum text. d. auth. Bal. in l. j. col. iiij. in rep. C. de sacrosanct. eccl. verū est, quòd Bald. in d. auth. si qua mulier. ij. col. in iiij. nor. dicit not. in §. sed si post. quod si pater nil disponit, præsumitur fauorabilius pro monasterio, quàm pro filiis. Sed dicas, quod habēdo respectum vltra legitimam verum dicit, & sic debet intelligi ille tex, vt constat ex litera: sed quo ad legitimam secus est: & in hoc non rectè dixit Bal. imò tunc fauorabiliores sunt filij: quod clarè patet in quantū tex. dicit. (filij legitimā percipiēt reliqua sub stantia, &c.) & sic reperio quòd intellexit d. auth. Pet. de Anc. consulendo, consi. xlvj incipit, prima facie videretur dicēdū, & Bar. idē in repet. l. j. C. de sacrosanct. eccle. antepen. col. v. quæst. princ. Per prædicta limito singulariter id quod traditur in l. j. C. de sacros. eccl. ibi. (idq; bonorū quod optāt. &c.) vbi testatori videtur data libertas relinquendi quod optabit piis locis, quod fuit argumentum potissimū ad partem contrariam. Nam illud debet intelligi excepta legitima quæ iure naturæ debetur filiis: à qua nec priuari, nec fraudari possunt per legatum ecclesiæ, vel pio loco factum, vt est casus in d. auth si qua mulier. & hæc fuit responsio Salicet. in d. l j. xj. col per supra dicta: & per illud consi ium August.

ex quo infert, ꝙ filiis præteritis vel exhæredatis contra ecclesiam institutam dantur remedia communia, quę dantur cõtra priuatas personas institutas. bene facit l. generali. C.de sacrosanct.eccle.vbi tex. dicit, quòd ad pias causas requiritur testamentum omni iuris ratione munitum, & ecclesia regitur iure communi, nisi appareat de priuilegio speciali de prohibi.feu alie.c.j. facit etiam quod per illa iura scripsit Rom. in rep, auth.similiter.C.ad l. falc.cõtra Bal. in d, l.generali. & in veritate nullo modo potest dici, ꝙ hæc lex & similes sint contra libertatem ecclesiasticam, cùm lex illa nõ dicitur cõtra libertatẽ ecclesiæ, per quam limitatur potestas subditorum circa res suas, vt apertè probatur in j.§. Instit.ad l.falc. & in §. sed nostra.de succesio. liber. & in l. j. de his qui sunt sui vel alie. iur.nisi talis limitatio induceret priuationes lucri piarum causarum seu personarum ecclesiasticarum.not.text.in l. j. §.municipium.ff.ad l.falc.vbi tex.dicit ad municipium quoque legata, vel etiam ad ea quę Deo relinquuntur, lex falcidia pertinet. ita etiam tenent docto. in d. authent. cassa.prętereà lex custodienda est. xj. qu[illegible] ij. c. qui resistit. exodi, per totum.& in foro conscientię lex ciuilis seruãda est quando est iusta facta ab habente potestatem. Fundans se super certam glo.in c.quæ in ecclesiarum.de consti. ibi iure poli & ibi doct. Abb.in proœmio de const.Ioan. And. in c. ij. de verb.signifi. lib. vj. super quo copiosissimè scripsit dictus auditor in c.j.de consti. xij. col. versi. extra prædictos tres casus. & vide pulchrè sanctum Tho.in xij.quæst.lxxxxvj. art. iiij.vbi dicit, quòd leges iustæ habent vim obligandi in foro cõscientiæ à lege æterna à qua deriuantur. Prouerb.6.Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernũt.& Pau. ad Rom.xiij. Omnis potestas humana à Deo est. & ibi pulchrè tractat Thomas, ex quibus lex reddatur iusta vel ne. & dicebat pulchrè Bal. in c.in omni negotio de test.in prin. quòd ille, quẽ lex humana excusat, non peccat, nisi talis lex humana esset contraria legi diuinæ: vt si lex humana dat causam delinquendi de præscrip. c.fi.ideò secundum eum leges sacratissimæ sunt seruandæ, etiam in foro cõscientiæ:aliàs sequeretur quòd omnis legum forma & subtilitas deduceret ad inferos, & conscientia legũ esset magis damnata, quàm maleficiorum. Per quæ concludo dispositionem huius legis esse validam, nec vltra

quàm

quàm hic disponitur ad pias causas in præiudicium filiorum quenquam relinquere posse: & alia plura quæ ad hãc conclusionem facere possunt, scripsi in d. disputatione, quã feci super d.l. maguer. in illa quæst. vtrum valeat ad pias causas contractus mulieris factus absque licentia viri.

SVMMARIVM.

1 *Si pater est ditissimus poterit pro anima vltra quintam relinquere.*

ADDITIO.

a *Et licet sit opinio quia est tamen dubia, & contra eã potest considerari tex. in ratione iur. in c. apostolicæ, de dona. versi. si verò in tantum abundet. de donat.*

1 Limitabis † tamen egregiè hanc legem quo ad hanc partem nisi hæreditas patris esset adeò opulenta, quòd excessus quantitatis taxatæ per hanc legem parum præiudicasset filiis, puta quia pater erat valde diues, in tantum quòd etiam si vltra quintam legasset pro anima, paruum præiudicium filiis induceretur, consideratis amplissimis facultatibus quas eis pater relinquebat. nam tunc tale legatum etiam vltra quintam validum esset & adimplendum. Hoc in terminis reperio decidere quendam moderniorem auditorem Rotæ, nomine Felinum Sandeum in c.j. de const. xiiij. in versic. extra prædictos tres casus. vbi dicitque in casu in quo per formã statuti mulier non posset relinquere extraneis, nisi certã quantitatem taxatam in præiudiciũ filiorum haberet verum: nisi hæreditas eius esset adeò opulenta, quòd excessus quãtitatis taxatæ per statutum parum præiudicasset filiis: quia tũc legatarius quãtum ad conscientiam videtur tutus: sic dicit se cõsulẽdo Ferrariæ limitasse prædictum statutum: sed quia hoc non concludit, nisi ad forum conscientiæ clarius se determinauit prædictus doctor in c. ecclesia sanctæ Mariæ. xxxiij. col. in versic. retenta igitur ista communi opinione. ibi quarto, quia saltem de const. vbi postquam dixerat valere statutũ, ne in præiudiciũ filiorũ posset relinqui ecclesiæ vel pio loco vltra certam summam, dicit, quòd saltem vno casu tale statutum non valebit, videlicet, vbi filij, vel venientes ab intestato sunt adeò diuites, quòd propter institutionem factam de ecclesia contra formam statuti nõ depauperantur ex eo: quia tunc cessat ratio posita in d.c. quicunq;. xvij. q. iiij. quod nota, pro quo allego elegans cõsi. Pe. de Anch. à quo prædictus doctor assumpsit fundamẽtũ, & est in meis nu. 46. incipit, prima facie videtur dicen-

dum, vbi consuluit in casu simili, videlicet cum quidam pater fecisset testamentum, reliquit certam summam cuidam hospitali pro anima ipsius à filio vltimo moriente fuit dubium ex quo ille filius vltimo moriēs decessit relictis filiis, si illud legatū pro loco factū esset soluendum? videbatur enim quòd non ex eo quòd fideicommissum vel legatū vniuersale, vel singulare relictum à filio post mortem suam expirat eo cum liberis decedente. l. cùm acutissimi. C. de fidei commiss. l. cum auus. de cond. & demonst. l. generaliter. de insti. sub condi. fact. cōtrarium refert se consuluisse: imò quòd hoc non obstante legatum debeatur piæ causæ, prout relictū fuit. Mouetur primo, quia d. l. cùm acutissimi. cum aliis procedunt præsumptiuè præsumēdo, ꝙ si testator de nepotibus cogitasset alienam prolem non pretulisset suis nepotibus in prædictis legatis & fideicommissis, cùm ergo d. leges fundantur in præsumpta voluntate testantis, si esset casus in quo posset præsumi de mente contraria ipsius testatoris, cessaret legis præsumptio, & per consequens dictarum legū dispositio. l. in testamento. C. de testa. iiij. l. precibus. de nup. & aliis: igitur cōsiderata causa relicti: quia pro anima (quæ omnibus rebus præferenda est) vt l. sancimus. ad fi. C. de sacrosanct. eccle. & quia in dubio sequenda est opinio quæ animę fauet, vt l. sunt personæ. ff. de relig. & sumptib. fu. dicendum est hoc legatum præstandum esse, atque soluēdum piæ causæ, dato quòd filius vltimo moriens, à quo relictum est cum liberis decessisset: & piam causam isto casu liberis esse præferendā ex præsumpta voluntate, præsertim quia vltra legitimam fauorabilius prouidet lex piæ causæ, quam liberis. vt in authen. si qua mulier. C. de sacrosanct. eccl. & sic resīdet, hoc consiliū est singulare ad hoc, sed ad propositum quæst. nostræ non vrget multum, cùm si rectè ponderetur quando illud legatum vltra legitimam erat factum pię causæ: non dubitamus esse validum, quia quintam quę est vltra legitimam, hæc lex bene concedit relinqui piæ causæ. sed de hoc non est quæstio nostra, tamen ad aliud propositū est singulare illud consilium, scilicet ꝙ dispositio d. l. cùm auus. & l. cùm acutissimi. & l. generaliter. nō habeat locum in ecclesia substituta vltra legitimam. itaque si pater instituat filium, seu ei aliquod legatum vltra legitimam relinquat: & ei substituat ecclesiam, puta relinquo filio meo centum

centum: ita quòd post mortem suam restituat ecclesiæ, ꝙ si talis filius decedat cum liberis, isti liberi non excludunt ecclesiam, imo eis præfertur ecclesia per quod singulariter limitantur dicta iura. & hoc consilium Petri de Anch. refert & sequitur do Alex. in consi. cccclvij. incipit super eo, de quo quæritur in superiori themate in iiij. col. hanc decisionem sequitur quidam modernior Mediolanensis in d. l. cùm acutissimi, motus ex eo, quia quãdo ecclesia esset substituta dictæ leges cùm auus, & aliæ cùm sint ciuiles non habent locum in dispositionibus ad pias causas, quæ regulantur de iure gentium maximè, quia cum isto casu lex ciuilis esset præiudicialis & dãnosa ecclesiis non est recipienda nisi per Romanum Pontificem esset approbata, vt dicunt Canonistæ in d. cap. fin. de solut. per Abb. in cap. j. in quarto notabili. de noui ope. nunciat. melius in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ. ad hoc argumentum facilis esset responsio, si esset propria materia. Certè ista decisio non est sine contradictione: nam Bald. in d. l. cum acutissimi, tenet contrarium: imò dispositio dictarum legum haberet locũ dato ꝙ ecclesia esset substituta. idẽ Paul. de Cast. ibi. & Raph. Cu. in d. l. cum auus. quos vide. & vltra eos And. Sicul. in repe. d. l. cùm acutissimi. & cùm non sit præsens materia, hoc sufficiat. Subdit Pet. de Anchar. in d. consilio, & hoc facit ad propositum, nam postquam firmauit quod ecclesia excludit liberos (vt supra dictum est) dicit non obstare si dicatur ꝙ in successione patris fauorabilior est causa liberorum, quàm pia causa, vt in dicto consilio Augustini. nam respondet se intelligere illud c pront iacet, idelicet quando ex tali relicto sequeretur totalis priuatio & exhæredatio filiorum, non autem cum delato, siue amplo patrimonio testator de certa particula pro remedio animæ
1 suæ disponeret. † Quæ conclusio habet maximam æquitatem, vt, scilicet, statutum prohibens vltra certã summã relinqui piæ causæ, limitetur nisi testator esset homo ditissimus; & [illegible] amplissimo patrimonio suo aliquid nõ nimis vltra quintã relinqueret piis causis pro remedio animę suę, ex quo nõ multũ grauabantur filij. nã valebit tale relictũ fauore animę & pię causæ. & sic iudicarẽ & consulerẽ si c. sus eccurrisset. Et si dicas hoc est contra decisionẽ proximè positã in qua dixisti valere dispositionẽ legis vel statuti disponentis ꝙ vltra certam quan-

ticatem nō posset relinqui pię causæ & hoc fauore liberorū: nam concedo: sed principale fundamentum omniū tenentium dictam conclusionē fuit consilium Augu.positum in d. c.quicūque,sed quia illud debet limitari,vt nunc dixi, habeo intentū cùm filiis paruū generatur præiudicium si pater homo ditissimus ex amplissimis facultatibus aliquid vltra quintam relinquat piis causis ꝓ remedio animæ suæ. Bene facit, quod refert idē Pe. de Ancha in regula possessor. de reg.iu.li.vj.xiiij.col.in repet.in ver.quidam verò venerabilis.vbi concludit ꝙ institutus in testamento minus solenni licitè in foro consciētiæ retinet hæreditatem sibi relictam,quando verus consensus testantis concurrit nisi testator inconsultè prætulisset extraneū propinquis: quia tunc cùm non sit secutus ordinem charitatis, non retinebit hæres licitè in foro conscientiæ talem hæreditatem,subdit dominus Petrus de Ancha.ibi ad propositū hoc esse verum,nisi tales cōsanguinei, quos testator sic inconsultè omisit & extraneos illis prætulit,essent diuites & dictus hæres institutus esset indigens. Nam tunc licitè in foro conscientiæ dictus hæres potest bona retinere.& refert Petr.de Ancha. sic respondisse sibi in scriptis fratrē Thadeum de vrbe veteri ordinis prædicatorum: quæ consideratio est ęquanimis secundum eū:& hoc nota ad huius.l.limitationē quam vt nouam non obliuiscaris.& istud sit quo ad hāc partem,quæ habet vt vltra quintā non posset relinqui pro anima.

SVMMARIVM.

1 *Si pater habet facultatem regiā poterit secundum eam disponere, & minuere legitimā,nu.7.& 8.*

2 *Quo iure sit debita legitima filij.*

3 *Opinio autoris in prædicto casu.*

4 *Ius naturale quotupliciter sumatur.*

6 *Legitima potest minui per rescriptum principis, id est facultatem regiam ad maioriam,& per statutum.& nu.7.*

9 *Princeps per rescriptum suū non potest filios in totum priuare legitima debita in bonis parentum.*

10 *Quando soror p.sit agere contra fratrem habentem iure maioriæ bona, quæ pater tenuit vt illā debeat dotare.*

11 *Bona maioriæ an possint alienari vel obligari pro dote absque licentia regis.*

12 *Quod pater tenetur relinquere filiis pro sua legitima filiorum est proprium patrimonium ipsorum.*

13 *Pater virtute facultatis regiæ potest prohibere perpetuò. alienationem bonorū & apponere alias condi-*

conditiones.

14 *Facultates regiæ ad faciendum maioricatũ de omnibus bonis sunt iniustæ: & patres priuantes in totum legitima filios etiam ex facultate regia, peccant.*

15 *Princeps qui sine causa iusta concedit facultatem ad faciendum maioratum, an peccet.*

16 *Facultas regia ad maioratum quare sit necessaria, & qualiter sit impetranda & ordinanda.*

17 *Non habens hæredem necessarium cui debeatur legitima, potest facere maioratum de suis bona, & ea perpetuò vinculare absque facultate regia.*

ADDITIO.

a *Adde quæ plurima relata per Phil.dec.& Hero.chuca hispanũ in addit.in l.iura sanguinis.ff.de reg.iur.*

b *Adde latissimè de materia hispanum Fortu.garsiam in l.j.§.ius naturale.ff.de iustitia & iur.& vi.tracta.Ioã. Oldendor.de iur. natu.gen.& ciui.in vũ.vol.trac. secundum nouam impressionẽ.& vi.l.ij.tit.j.part.j quæ incipit ius naturale.*

c *Et vltra superius allegata hæc dicit communem opp.Phili. Dec.in consi.xix.col.iiij.vbi refert plures autoritates.& de statuto minuẽte legitimam filiorum vi.Alexan.de Imo.consi.lv.viso puncto quæstio. col.ij.vel.iij.& adde concordiã in hac materia inter opin.contrarias per Doct.de Pala.Rub.repe.cap. per vestras.§.21.in princip.fol. mihi.93.*

d *Et ideo doctor de Pala.Ru.in repe.rubri.de dona.inter virum & vx.rem.fol.10.§.16.fin.col.dicit qui ergo vult rectè facere maioratum relinquat filijs legitimam vel dotem competentem, vel faciat quòd filij renuntient expresse legitimæ & eius supplemento cum iuramento.*

e *Adde Doctores de Pala.Rub.in repe.ca per vestras.de dona.inter vir.& vxor.§.24.incip.an auus carta mihi.120.in versic.Ex hoc infertur ad vnum valde singulos.*

f *Adde plures instantias inter dotẽ & legitimã per Ludo.gome.in §.fuerat insti.de actio.col.vj versi. vj fallit.*

g *Et ideo facultas vel rescriptũ datum alicui ad faciendum maioratum de bonis suis vel maiori parte ipsorũ ipsum quòd facere est odiosum nõ fauorabile, ita firmat Doctor de Pala.Rub.repet.cap.per vestras.§.xxvj fi.col.fol.101.*

h *Adde quæ scribit Albe de Ros.in l.princeps.ff.de legib.& docto.in c quæ in ecclesiarum de consti.& vid.in simili dictũ singul. Archi. in c.non liceat prope 12.q.2.*

i *Et an parentes habentes licẽtiam à principe faciendi maioratũ possint ea vti salua conscientia. vi. docto.de Pa.Rub.rep.ca.per vestras.de do.inter virũ & vxo.§. 26.in §.incip.restat nunc examinare.*

k *Adde Phil.deci.in consi.516.colũ.*

iij. & in consil. 635. in j. colum. vbi vide.

1 SEcundò limitabis hanc legem determinãtem taxationem & quantitatẽ meliorandi & relinquẽdi filiis procedere nisi pater haberet licẽtiam, seu regiam facultatem ad disponendũ de bonis ad libitum faciendi maioricatum in vnũ ex filiis, seu in plures: nã virtute talis licentiæ & facultatis poterit pater dispone re de bonis suis nõ seruãdo ta xationẽ hic positã, & quia passus est valde quotidianus in hoc regno propter facultates regias, quæ pleiũque ad maioriã faciendam cõceduntur necessariũ atque vtilissimũ censui super earum iustificatione & validitate aliquid insistere.

2 † Vnde ad veritatẽ quæstionis est præmittendũ vtrùm legitima sit filiis debita de iure naturali vel de iure ciuili? & videtur quòd de iure ciuili. vt probat tex in l. lege duodecim tabularum. C. de legi hære. ibi. (qui vnã consonantiã. &c.) & Bal. ibi dicit, quòd omnes successiones de mũdo sunt de iure ciuili. & si quæ dicant de iure naturali debent exponi de iure persuadente naturali in coadunatione constituto ff. de ver. signi l. pronun. §. fami. idẽ firmauit Sali. in auth. nouissima. C. de inof. test. per dictã l. lege. dicẽs quòd legitima debetur filiis à iure ciuili positiuo: à lege enim nõ à iure naturali quo oĩa erãt cõmunia. l j. in §. ius naturale. ff de iusti. & iur. licet cõiũctio naturalis & ratio naturalis q̃ est in hoĩe, suadeat legitimã filios in bõis patris habere, sic dicit debere intelligi. l. scripto. ff. vnde lib. & l cùm ratio. de bonis dã̃a. & § j. & §. si quis autẽ de hær. & falc. vbi imponitur necessitas patri, ergo de iure ciuili. idem Dinus à quo Sali. & alij subtraxerunt in c. indultũ de reg. iu lib. vj dicens, ꝙ portio bonorum parentũ debetur filio à iure ciuili. per d. l. lege & per § j. de trien. & semis. non autem de iure naturali. quo omnia erãt communia, vt in §. ius natarale. l. j. ff. de iustit. & iure. licet secundũ eum cõiunctio & ratio naturalis suadeat homini legitimã in filios relinquere, vt d. l. scripto. & d. l. cùm ratio. quia iure ciuili legitima assumpsit nomẽ: & quota eius postea aucta est, & sic nomine, origine, quotitate, necessitate de iure ciuili dicẽda est, maximè cùm omnia remedia per quæ petitur, vel ad ipsam peruenitur, omnia sunt de iure ciui. hæc ille. idem Bart. in auth. de hæredib & falcid. §. j. col iij dicẽs esse ibi casum expressum de hoc in quantum ibi lex imponit necessitatem relinquendi: ex quo videtur

quòd antea non erat necessitas. Nec obstat tex. ibi in quãtum dicit secundum naturam. quæ verba videntur denotare quod sit de iure naturali, nam debent illa verba intelligi & postillari secundũ Bart. id est, ex quodam instinctu naturæ & ex quodam cursu naturali, vt ait glos. in d. l. cùm ratio. & hanc responsionẽ prius dedit glos. ad illum tex. in §. j. in authen. de trient. & semis. in parte debite vocant, & super parte quod debetur, hoc idẽ probatur apertè in dict. authenti. de trient. & semis. § j. iuncta glos. in parte debite vocant vbi glos. exponit, scilicet iure cõmuni Imperatorio & Bart. dicit ibi esse casum expressum quòd legitima debetur filiis de iure ciuili: & respondit d. §. j. de hęred. & falci. prout suprà responsum fuit. id. m Ange. in l. Papinianus. in §. quarta. ff. de inoffic. testamen. per illum text. & ante proximum refert se pluries sic consuluisse, idem Barto. in l. j. §. ius naturale. ad finem. ff. de iustit. & iure. mouet quæstionem vtrùm legitima filiorum sit de iure naturali? sentit quòd non. Nec obstat si dicatur quòd succedit loco alimentorum, nam respondet, quòd mortuo patre deficit subiectum in quo fundabatur ius naturale, ergo & qualitas. ff. de ope. libe. l. qui libertin⁹. §. posthumus. l. huic scripturæ. & hanc responsionem tanquam singularem nota menti idem Cardi. in c. raĩnutius. de testa. dicens, quòd legitima habet ortum à iure ciuili ex eo quia ius testandi est de iure ciuili. insti. de testa. §. j. & ij. pro quo do glos. singu. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. in parte dominia distincta. vbi glos. dicit, quòd de iure ciuili quandoque distinguuntur dominia, vt per vsucapionem, sententiam & testamenta: similis est in l. j. ff. de acquiren. rer. domi. in parte nostræ ciuitatis. quæ dicit dominium acquiri de iure ciuili, ex præscriptione, & ex testamento. & ex successione: intellige quòd isti modi acquirendi dominia sunt de iure ciuili: nam dominium per se simpliciter sumptum de iure gentium est: de quo latiùs Bartol. & Bal. in d. l. ex hoc iure, & ibi Angel. in tertia opposi. dicit, quòd tria sunt, quorum vnum non est alterum, inuentio dominij: & hæc fuit ab initio rationalis creaturæ de iure diuino: distinctio dominij & hæc de iure gentium: modus acquirendi & iste quãdoque est de iure gentium, quandoque de iure ciuili facit l. testamenti factio. ff. de testa idem Ant. Sicul. in c. Rainutius. de testa. col. liij. & liiij. concludens per

aliorũ fundamenta ꝙ legitima non debeẽ filiis de iure naturæ.ad §.j.de hæred.& falci. vbi tex.dicit secundum ipsam naturam exponit,id est secundum ipsam rationẽ naturalẽ: quod satis demõstratur ibi in quantum tex.æquiparat legitimam,quæ debetur filio à patre: & econtra: sed patri non debetur legitima de iure naturali: quod verbum sic reperio exposuisse Barto.in l.si quis à liberis.in §.si parens.ff.de liber.agnos.in quantũ text.ibi dicit ꝙ secundum naturam parens alendus est.exponit Bar. non à iure naturali:sed ratione sumpta ex humano ingenio,scilicet, vt bene facientibus,bene faciamus, & subdit An.Sicul.necesse esse fateri sic exponenda esse omnia iura, quæ dicunt quòd legitima successio debetur iure naturæ,vt omnia intelligantur & exponantur id est ratione naturali.& sic exponit Dynus in d.c. indultum,scilicet, quòd dicatur debita iure naturæ. id est iure ciuili persuadente naturali coniunctione constituto. vt & alias exponitur de verb. sig.l. pronunciatio in §.familiæ.& facit ad hãc expositionẽ l.fi.C.quorũ bonorũ.vbi tex. dicit quòd lege naturæ cõsanguinei vocantur ad successionem consanguineorum: sed clarũ est ꝙ dispositio naturalis nõ introduxit ꝙ cõsanguineus succedat consanguineo: sed solũ ratio naturalis inclinauit ad hoc. qđ cõstat ex d.l. cũ ratio.quæ dicit ratio naturalis non autem ius naturale. Nec obstat quòd legitima succedat loco alimentorum:nam non sequitur, ergo est de iure naturali, cùm ius ciuile nõ naturale fecerit hanc subrogationem, vt dict.§. prohibemus.vnde licet ius ciuile tolleret legitimam: non per hoc tollerentur alimenta, & hæc conclusio euidentissimè probatur secũdũ eum ex eo quod legitur Numeri.27.vbi litera dicit(homo cum mortuus fuerit absque filio ad filiam trãsibi hæreditas.) Ecce qualiter lex diuina aufert hæreditatẽ filiæ fœminæ. ergo talis successio non est de iure naturali,& de illo text.facit mentionem Sahec.in l.cunctos populos.& Angel.consil.299.vides igitur qualiter omnes supra dicti doctores indistinctè se in hanc sententiam confirmant quòd legitima filiorum non sit de iure naturali,sed de iure ciuili sic.Abb.in dict.capitul. Rainutius. locutus fuit breuiter & malè: ideo eũ non refero.† 3 Mihi autem alia videtur veritas, & excludo vnum membrũ indubitatũ scilicet, quòd legitima filiorum, quãtũ ad quotã est de iure ciuilis

uili: quod clarè patet ex tantis variationibus in quota legitimæ præcedētibus. nam primò fuit quarta l. cùm queritur. de inoff. test. postea aucta est vsq; ad trientē, vt in auth. nouissima. postea per hanc legē aucta fuit. ita vt excepta quinta residuum dicatur legitima: saltē respectu extraneorum: sed si fuerat de iure naturali nō poterat mutari, vt in §. sed naturalia. insti. de iure natu. His presuppositis satis potest iuridicè substentari[a] quòd legitima simpliciter sumpta, licet nō taxata in quātitate sit de iure naturali: quod probo per iura sequētia. Primò per tex. fin. in l. fi. C. quorum bo. vbi tex. dicit, quòd vir repellitur à successione vxoris intestatæ, quę consanguineos habet. subdit tex. rationem: cùm prudentiū omnium responsa & lex ipsa naturæ successores eos faciat: est verum, quòd And. Sicu. in d. c. Rainutius. liij. col. exposuit illum tex. id est ratio naturalis: aliâs non deferret consanguineis, quibus de iure naturali non debetur successio: sed hæc responsio bene posset repelli per verba generalia illius l. quæ generaliter loquuntur, & vidētur manifestare esse de lege naturæ, quòd consanguinei excluderent extraneos. & satis videtur naturæ consonum hoc, vt consanguinei extraneis præferantur: vt educatio magis ad filios quam ad extraneos iure naturali inclinatur, quod satis videtur esse ibi de mente Ange. dicentis illum esse pulchrum casum & pulchrum modū loquendi ibi esse, scilicet, quòd respōsa prudentum, & lex naturæ inuitet agnatos ad agnatorum successionem: maximè potest hoc dici si sumamus ius naturale largo modo, vt Bal. sentit in d. l. fin. qui dicit, quòd d. l. loquitur de lege naturæ largo modo, per quam successio debetur consanguineis omnibus non de iure naturę stricto modo, per quod debetur successio liberis. ergo his deficientibus ex lege naturę largo modo sumpta debetur cōsanguineis, quæ lex ad hoc alibi non reperitur secundū eum: & hoc modo poteris euadere respōsionem Andr. Sicul. & dicebat Bald. in d. l. fin. quòd de iure stricto modo tale ius naturæ sumptum debetur successio. Idem And. Sicu. in repet. rub. de testamen. in viij. col. post multa concludit quòd successio est de iure gentium originaliter: approbatiuè autem & formaliter est de iure ciuili per tex. in l. fin. C. quorū bon. nec intelligas de iure gentiū primæuo, vbi homines vt bestiæ viuebant, & omnia erant absq; distinctione communia quod

quod ius gentium primæuum, dicitur proprie ius naturale: sed ex alia iure gentium quasi secundariò: vbi iam inceperát gentes habere dominia distincta. nã inducta occupatione & rerũ distinctione incepit filius succedere patri in d.c. ius naturale. & ista fuit distinctio Antonij in c. per venerabilẽ. qui filij sint legitimi. & Paul. de Cast. in repet. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iu. dicit, ꝙ succeſsio hæreditaria est de iure naturali quo ad facti succeſsionem & quo ad occupationem. sic dicit procedere tex. in d.c. ius naturale: sed quo ad formã succeſsionis, quòd hæres repręsentet personã defuncti quòd debeat adire, & similia, est de iure ciuili. Hoc idẽ firmauit Io. And. in addi. ad Spec. de succeſſ. ab intesta. v. col. incipit additio, sed reducitur ad quæst. dicens quòd ius naturę vocat filios ad succeſsionem: sed quota certa legitimæ nõ est de iure naturæ aliâs nõ eſſet variabilis. dicit eſſe expreſſum in Lombardia, ꝙ si pater maritat filiam, debet eſſe dote contenta in titu. de succeſſ. l. si pater filiam. & allegat alia quæ fuerũt Oldra. cõs. cxxxiiij. firmatur hoc: quia certum est quòd alimenta debentur filio de iure naturali. l. j. § ius naturale. ff. de iustit. & iure. sed notũ est quòd legitima introducta est, & succedit loco alimentorum, not. tex. in auth. de triente & semiſ. §. j colla iij. ibi, (& natura primo curata competenter: sic ad extraneas largitates accedere) iuncta glo. in parte natura. quæ exponit, scilicet filij qui naturaliter procreantur sine iure naturali. hoc idem probat text. singu. in §. prohibemus eiusdem authenti. aſsignando rationem, quare in vsufructu legitimę non potest filio apponi grauamen. dicit tex. filiis forte fame pereẽptis. vnde nec etiam in medio gubernabuntur: & quotidie habeant cibum quod eis quotidianam gubernationem accipiat: & vlterius dicit text. & vsumfructum insuper & proprietatem, scilicet, legitimæ relinquat si vult filiorum non repente fame morientium sed viuere valentium vocari pater. idem Bald. in l. lege duodecim tabularum. C. de legit. hæred. & Salice. in l. scimus. C. de nup. & in authen. nouiſsima. Ange. in l. Papinianus §. quarta. Bal. in d. l. j. §. ius naturale. omnes isti pluribus aliis in locis fatentur legitimam succedere in locum alimentorum: ergo debet sapere alimentorum naturam quæ sunt de iure naturali, vt in l. per Anabolani. C. de episc & cler propter hoc dicebat Bal. in l. vnica. C. quan. nõ pet. par. xv col. quod

quò l pater qui decedit cum filiis non dicitur decedere intestatus, etiã si nõ faciat testamẽtum. bene facit tex. singu. in l. si testamentum. C. de testa. vbi casus quòd princeps nõ potest auferre hæreditatẽ alicui delatam ex testamento: ex quo videtur quòd hæreditatis acquisitio non sit de iure ciuili, 4 ideo Bar. in d. l. interdũ, ij. col. b ff. de condi. inde. dicit, quòd licet testamẽtum quo ad formã & solennitatem sit de iure ciuili. l. iij. de testa. tamen testamentum per se & simpliciter est de iure gentium, vt patet in multis locis in veteri testamento vbi antiqui patres disponent de bonis suis. idẽ sentit Bar. licet non clarè in rub. ff. de acqui. hæred. ibi clarius Alex. glo. & Bart. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. aliquid Bart. in l. qui à latronibus. ff. de testamen. est verum, vt ante dixi quòd And. Sicu. in d. c. Rainutius. de testamen. & alij ante eum quos ipse tacuit, conati sunt euertere aliqua fundamenta ex antè allegatis, dicentes, quòd illa iura debent intelligi de ratione naturali, ita quòd legitima nõ sit debita filio de iure naturali, sed de ratione naturali quæ inter se diuersificant dicit per hoc eua di omnia fundamenta quæ videntur dicere quòd legitima debeatur filiis de iure naturæ quod exponãtur, id est ratione naturali, quomodo respondit Sali. in d. auth. nouissima.

Quorum motiuum videtur mihi nõ excludere quin legitima non debeatur filiis de iure naturali, & nisi fallor, contrarium tenentes decipiuntur in æquiuocatione terminorum.

†Et vt hoc apertè videas considera ꝙ si ius naturale b strictissimo modo sumatur, illud est quod brutis & hominibus commune est, & sic conuenit homini in quãtum animal & hoc ius bestiale quodam modo videtur diffiniri à Iurisconsulto in l. j. ff. de iustitia & iure. dicente ius naturale esse quod natura omnia docuit animalia, quòd proprium est omnium animantium puta maris atque fœminę coniugatio, liberorum procreatio & educatio, & secundum hoc habentia in se rationem naturalẽ nõ sunt de isto iure naturali, quod patet ad sensum: nam si illud ius naturale est quod brutis cõmune est, quę ratione carẽt, vbi verbum naturale refertur ad rationem, nõ potest ad hoc referri tale ius: & hoc est ꝙ Iurisconsultus vult in d. l. j ad finem inquiens ius gentiũ esse quo gentes humanæ vtuntur, quod à naturali recedere, inde licet facilè intelligere quia illud omnibus animalibus, hoc solis hominibus inter se

ter se commune sit.facit l.omnes.eo.tit. vbi Cõsultus ait, ꝙ vera naturalis ratio inter omnes homines cõstituit id apud omnes gentes peræquè custoditur, vocatúrq; ius gentium, quasi quo iure omnes gentes vtuntur veluti erga Deum religio vt parentibus & patriæ pareamus, vt vim atque iniuriam propulsemus, vt hæc & alia exemplificat Cõsultus in d.l.j. cum quatuor legibus sequentibus: itaq; cùm verbum naturale refertur ad rationẽ non intelligitur de illo iure
5 naturali † bestiali hominibus & brutis communi: sed de iure naturali gentium, quod nõ est commune animalibus carẽtibus ratione, sed solis gentibus: & sic loquitur d.l. omnes. dum dicit quod verò naturalis ratio & postea subdit illud esse de iure gentium: idem quando verbũ naturale refertur ad hominem: intelligitur de iure naturali gentium. est casus in l.vt vim.ff. de iusti. & iure. vbi ait Consultus: & cùm inter nos cognationem quandã natura cõstituit, consequẽs est hominem homini insidiari nefas esse. Hæc eadẽ magistraliter docuit Bart. in d.l. omnes.ij.col.iij.oppos. hoc modo intelliges gl. in d.l. venia. C.de in ius voc. nam cum tex. ibi dixisset naturali ratione honor huiusmodi ꝑsonis debeatur, exponit glo. non dicit iure naturali, quia hoc falsum esset, sed naturali ratione quæ dictat vt benefacientibus benefaciamus, vt l.si non fortè.§. libertus.ff.de condi. indeb. & rectè loquuta est glo. cum ratio solum hominibus conueniat cùm homo sit animal rationale, sed ius naturale sine additione hac cõuenit omnibus animantibus, vt in d.§.ius naturale. ideo cùm tex. dicat naturali ratione nõ potest referri ad dictum ius naturale strictissimum omnibus animalibus commune, vt idem dixit glo.in l.j.ff.de leg.præst. hinc est quod Bar.in l.si quis à liberis.in §.parens.ff.de lib. agn. cùm tex. ibi dixisset quòd parens debet ali à filio ratione naturali: subdit ipse quòd educatio parentũ à liberis nõ est de iure naturali, sed naturali ratione, quæ habet vt benefacientibus benefaciamus, vt l. sed si lege.in §. cõsuluit.ff. de pet.hære.& secundũ eum hoc apparet ex eo quòd huic verbo naturali adiungitur ratio, quæ non competit aliis animantibus: ideo verba tex. ibi dicentis ratione naturali exponi debent, id est iure gentium vt etiam exponit glo. in d.l.omnes. dicens naturalis ratio, id est de iure gentiũ secundum eum qui idẽ tenuit in l.j. ff.de iusti. & iu. Et considera etiam

etiam, quòd hoc ius naturale omnibus animantibus cõmune proprié loquendo vocatur quidã stimulus siue instinctus naturæ: vt glo. inquit in d.l.j. & in c. ius naturale.j. distinc. & in §.j.instit.de iure natu.nã nec respectu brutorum potest hoc proprié ius naturale dici: est enim differentia inter hominem & alia animalia ratione carẽtia: nam licet omniũ illorũ sit aliquis determinatus & proprius finis,& contingat consequi illũ finem,tamen ratione carẽtia non cognoscunt rationẽ finis nec proportionẽ operis ad finẽ: hoc est quia habent finẽ quẽ aliquando consequũtur per operationẽ propriam cõuenientẽ speciei generi ipsorum: & tamẽ nesciũt esse finem summũ quem consequuntur: etiam nesciũt quis sit modus veniendi in finẽ vel deuiandi,quod est non cognoscere rationẽ finis & proportionem operis ad finẽ: homo autem quia ratione vtitur, habet hoc specialiter, quia cognoscit finem sicut cætera cognitiua, & insuper cognoscit rationem finis & proportionem operis ad finem: & ideo licet tam in eo quàm in omnibus animantibus sit naturalis conceptio & inclinatio, tamẽ conceptio naturalis indita homini quæ dirigitur ad operandum cõuenienter in finẽ dicitur lex naturalis vel ius naturale. In brutis autem illa naturalis conceptio proprié vocatur naturalis æstimatio. Ratio differentiæ patet: quia lex nominat regulam ad aliquid agendum, & sic non competit nisi illis qui ad regulam aspicere possunt & secundum eam componere actiones: hoc autem solum est eorum qui actionum suarum libertatem habent & dominium, bruta autem non habent dominium actionum suarũ,sed ex vi insita naturæ mouentur magis ad cõuenienter exercendũ actiones,quasi impulsa quam regulentur quasi agentia ex proprio arbitrio: aguntur enim magis quàm agunt,& sic proprie in solis hominib⁹ est lex naturalis,vel ius naturale,quę est conceptio quędam naturaliter homini indita, qua dirigitur ad agendum in actionibus propriis siue competãt ei ex natura generis vt comedere & gignere, siue ex cõditione speciei,vt ratiocinari & similia. Sed adhuc loquendo de illo iure naturali strictissimo brutis & hominibus commune est liberorum educatio vt in dictis iuribus cõtinetur, nec tamen sic grossæ hæc educationis cura intelligenda est in brutis & hominibus eodẽ modo: nam natura hominis inclinat ad aliquid dupliciter:

ter: vno modo quia eſt conueniẽs naturæ generis & hoc eſt commune omnibus animalibus, alio modo quod eſt cõueniens naturæ differentiæ: & ſic eſt naturale homini actum prudẽtiæ vel tẽperantiæ habere. In quantum eſt animal rationale & ſicut eſt ſibi natura eſſe rationale: ita eſt naturale habere actũ rationis quod ad prudẽtiã & virtutes pertinet, & ſicut natura generis quãuis ſit vna omnibus animalibus tamẽ nõ eſt in omnibus eodẽ modo ſed ſecundũ ꝙ vnicuiq; cõpetit ita inclinari ad propagationẽ & educationẽ, licet ſit omnibus animalib⁹ cõmunis modus: tamen propagandi & educandi ad quẽ inclinat, non eſt omnibus animalibus idẽ: ſed vnicuiq; ſecundũ ſuam ſpeciem. & quia humana ſpecies viget ratione cõpetit ei propagatio & educatio ſecundũ rationem, hoc eſt vt taliter iungantur ſic educent filios qualiter ad conuenientem educationem prolis & ipſorum conuenientium bonum ſtatum competat: nam etiam in animalibus educatio non recipitur eadem in omnibus: cùm in quibuſdam ſufficiat ſola femella: in aliis filij nati, ſtatim poſſunt cibum quærere, & ita non indigent aliqua educatione parẽtum: alia ſunt in quibus & ſi maſculorum cura ſit aliquãtulum neceſſaria, tamen pauco tempore. In hominibus autem eſt aliud, nam vtriuſque parentis cura neceſſaria eſt in educatione filiorũ longo tempore: & cùm ſit animal rationale prouidet etiam eis aliquid poſt mortem relinquere, vnde ſe ſubſtẽtare poſſent cùm theſaurizare parentes filiis ſuis debeãt iuxta apoſtoli ſentẽtiam 2. Corinth. 12. & ad hoc naturali ratione inclinantur: itaque loquendo de illo iure naturali ſtrictiſsimo brutis & hominibus communi, quod propriè ſtimulus vocatur ſeu inſtinctus naturæ, poſſunt verificari multæ doctorum expoſitiones, de quibus ſupra. & adhuc de iſto iure naturali eſt liberorum educatio, licet aliter in hominibus, aliter in animalibus, vt ante dictum eſt. & quòd legitima in locum alimẽtorum à iure ſucceſsit, patet in iuri-
5 bus allegatis. † Aliud eſt ius naturale non ſic ſtrictiſsimo modo ſumptum, prout brutis & hominibus commune eſt, ſed quia tantùm hominibus conuenit, quod propriè ius naturale gentium appellatur: ſic eum appellat Imperator in §. ſingulorum. Inſtit. de rerum diuiſ. & in §. ſed naturalia. Inſtit. de iuſti. & iure. & in §. ius naturale. j. diſtinct. & in §. & quidem. Inſtit. de re. diuiſ.

& in

&in pluribus iuribus facit l.omnes.versi.quòd naturalis ratio.ff.de iusti.& iure.& in pluribus iuribus hoc est expressum. vbi iurisconsulti appellant ius naturale illud quod solùm gentibus nõ brutis cõuenit.sic ab Accurs. & aliis doctoribus hoc appellatur ius naturale gentium: quia hoc gentium proprium est, nõ autem brutorum, quæ ratione carent: nam cùm ius naturale est illud quod est ex principio, quod à natura est inductum, istud principiũ est ratio in homine, quia non acquisita fuit homini: sed innata quicquid directè descendit de dictamine rationis sine aliqua lege positiua,ius naturale vocatur, siue illud sit de actionibus pertinentibus ad homines solùm in quantum sunt, vel etiam in quantum animalia, omnibus enim rebus naturaliter insunt quædam principia,quibus non solùm operationes proprias efficere possunt, sed etiam quibus eas fini suo conuenientes facere possunt, quia natura cũ sit optimè instituta vt dicitur 12. Machab.in fine non solùm prouidet rebus, vt agant, sed etiam vt conuenienter agant: & quia quicquid à natura datur,naturale est: dicendum est quòd principia in quibuslibet rebus ad reddendas operationes suas conuenientes suo fini sunt naturalia: & sic reddere opera conuenientia suo fini sit eis naturale: & hoc est generale siue quantum ad actiones quæ consequuntur rẽ aliquam ex natura sui generis,siue quãtum ad eas quæ consequuntur ex natura speciei:sicut magneti competit ferri deorsum ex natura sui generis, scilicet, in quantum est lapis,& consequenter grauis,& competit ei trahere ferrum ex natura suæ speciei: & ad vtranque actionem est principium naturale sicut in homine est ratio, vt supra dictum. Est & de hoc iure naturali gentium est liberorũ successio,vt dicit tex.in d.cap. ius naturale.vbi litera (ius naturale est commune omnium nationum,eo quòd vbique instinctu naturæ non constitutione habetur aliqua, vt viri & fœminæ coniunctio,liberorum successio,puerorum educatio,&c.) Probatur in l. scripto.in fi.ff.vnde libe.ibi (liberos naturæ simul & parentum commune votum)& in l. cùm ratio.ff.de bo. damnato. cum aliis. absurdum ergo, imò absurdissimum est quod affirmãt aliqui.s.legitimã posse in totũ tolli, cũ sit de hoc iure naturali gentiũ quod immutabile est, vt in d.§. sed naturalia. qui tex. loquitur de hoc iure naturali gentiũ,& alia iura superius adducta idẽ disponunt.

Et loquendo de hoc iure naturali hæc differentia, quam scribentes faciunt de ratione naturali ad ius naturale, non probatur iure, imò propria ratio naturalis censetur lex naturalis animalibus rationalibus conueniens, pro quo adduco in expresso verba notanda Archid. in d.c. ius autem naturarale.j.dist. vbi dicit ꝙ duplex est lex. s. naturalis cõmunis: & ista omnibus animalibus brutis & aliis cõmunis est. alia est lex naturalis rationalis, cui animalia non participant, & de hac loquitur text. in d. c. ius autem. & secundũ eũ istæ duæ leges fuerunt ante legem Mosaicam: & subdit ad propositum ꝙ ista lex naturalis rationalis nil aliud est quàm naturalis ratio, & ita concludit, ꝙ ista ratio naturalis est lex naturalis, & in hoc differt ab alia communi, quia hæc rationalis procedebat instinctu naturæ rationali. Vnde dico ꝙ si lex humana præcipit legitimam filiis relinqui, ideò præcipit quia tanquam secundum ipsam naturam & ius naturale rationale eis debebatur, vt dicit tex. in authen. de hæred. & falcid. ibi tanquam, &c. Est enim primò de ratione legis humanæ ꝙ sit deriuata à lege naturæ: vnde inquit Augusi. in lib. de libero arbitrio. ꝙ nõ videtur esse lex quæ iusta non fuerit, & in quantũ habet de materia, tantũ habet de veritate legis: & in iuribus humanis dicitur esse aliquid iustum ex eo quod est rectũ secundum regulam rationis: rationis autẽ prima regula est lex naturę: vnde lex humana tãtum habet de ratione legis in quantũ à lege naturæ deriuatur. Si vero à lege naturæ in aliquo discordet iam non erit lex, sed legis corruptio, vt latius per Archi. in d.c. ius autẽ naturale, & subdit Archi. in d.c. seq. incipit ius naturale. quod secundum hãc rationẽ est inclinatio hominis ad bonum secundũ naturã rationis, quæ est sibi propria sicut homo habet naturalẽ inclinationẽ ad hoc vt veritatẽ cognoscat de Deo, & ad hoc ꝙ in societate viuat: & secũdum hoc ad legem naturalẽ pertinent ea, quę ad huiusmodi veritatem spectant, vtpotè quòd homo ignorantiã vitet, & aliquos non offendat cũ quibus debet conuersari & huiusmodi. Præterea hoc declarat notabiliter Sanctus Tho. in 1.2.q. 94. per totam quæst. vbi dicit quòd lex naturalis est aliquid per rationem constitutum, & omnia illa ad quæ homo habet naturalem inclinationem, ratio naturaliter apprehendit vt bona, & per consequens vt opere prosequenda, contraria eorum vt mala euitanda.

Vnde ſecundum ordinem inclinationum naturalium eſt ordo præceptorum legis naturæ: ineſt enim primo inclinatio hominis ad bonũ ſecundũ naturã inqua cõmunicat cũ omnibus ſubſtãtiis, prout quilibet ſubſtantia appetit cõſeruationis ſui eſſe ſecũdũ ſuam naturam: & ſecundũ hãc inclinationem pertinent ad legem naturalem ea per quæ vita hominis conſeruatur & contrarium impeditur. Secundo modo ineſt homini inclinatio ad aliqua magis ſpecialia ſecundum naturam in qua communicat cum cęteris animalibus, & ſecundum hoc ea dicuntur eſſe de iure naturali, quæ natura omnia animalia docuit, vt eſt commixtio maris & fœminæ, educatio liberorum, & ſimilia. Tertio modo ineſt homini inclinatio ad bonum ſecundum naturam, quæ eſt ſibi propria, ſicut homo habet naturalem inclinationẽ ad hoc quod veritatem cognoſcat de Deo, ꝙ in ſocietate viuat. & ſecundum hoc ad legem naturalem pertinent ea quæ ad huiuſmodi inclinationem ſpectant, vt quòd homo ignorantiã vitet. & quòd alios non offendat cum quibus debet conuerſari, & cætera huiuſmodi, vt ſingulariter dicit Thom. in artic. ij. illius quæſt. & ſic loquendo de lege naturali prout conuenit homini ſecundum ſuam naturam, quæ eſt vt ſit animal rationale ad legem naturæ pertinet omne illud ad quod homo inclinatur ſecũdum ſuam naturam: quia vnumquodque inclinatur naturaliter ad operationem ſibi conuenientem ſecundum ſuam propriam formam, ſicut ignis ad calefaciendum, vnde cum anima rationalis ſit propria forma hominis, naturalis inclinatio ineſt cuilibet homini ad hocquod agat ſecundum rationem, & hoc eſt agere ſecundum veritatem, vt ipſe ait in tertio argumento, & ſic homini proprium & naturale & de lege naturæ eſt, vt inclinetur ad agendum ſecundum rationem. Et ſic concludit in artic. quinto ad ſi. quod aliquod dicitur de iure naturali dupliciter. Vno modo quia natura ad hoc inclinat, alio modo quia natura non inducit contrarium, vt latè hoc exemplificat, & ſic hoc erit in homine ius naturale, & erit in hominibus de lege ſeu iure naturali illud ad quod inclinatur ſecundum ſuam naturam, quæ eſt rationalis, & in hoc multi decipiuntur, vt ait Tho. in art. ij. quia licet iſta propoſitio, homo eſt animal rationale ſit per ſe nota ſecundũ ſui naturã, quia qui dicit hominẽ dicit rationale, tamẽ ignoranti nõ eſt nota. Tertiò, quia dato

ꝙ omnia cessassent cũ legitima succedat loco alimentorũ, & alimẽta sint de iure naturali: ergo & legitima censetur de iure naturali: nec hoc argumentũ videtur mihi habere responsionẽ. verum est ꝙ Bal. in d.l.j.in §.ius naturale.respondet dicens ꝙ mortuo patre deficit subiectum in quo fundabatur ius naturale: ergo & qualitas. nam & antequam deficeret ipsa lex & ratio naturalis patrem inclinauit ad relinquẽda alimẽta filiis suis, vnde se sustentarent post mortem suã: & sic licet defecit subiectũ ꝙ erat pater, quia mortuus est tamen antequã deficeret. s. in vita prouidit relinquere bona filiis suis. vnde post mortẽ suã se substentent, ad quod ab ipsa natura inclinatus erat ex maximo amore, quẽ parentes habent ad filios tanquã sint pars ipsius vt ait Philo.8. Ethico.& hoc est quòd dicebat apostolus 2. Corinth. 13. s. parentes debent thesaurizare filiis.i.parentes debent aliquid reseruare in quo filij succedant eis mortuis. Hoc probatur clarè in §. j.& in §. prohibemus. in authent. de trien. & semis.ibi filiis fortè,& in authen. de hę. & falc.§.j.
6 † Ex quibus concluditur manifestè ꝙ cùm legitima in quota seu taxatione nõ sit de iure naturali, imò de iure ciuili. quod bene potest minui per rescriptũ principis & per cõsequẽs per licentiã à Rege concessam ad maioriam faciendã, non autẽ in totũ tolli. Et loquendo in casu magis dubio, scilicet, in statuto hoc firmant omnes ꝙ legitima posset minui per statutũ, licet nõ in totũ tolli. Principio in hac opinione fuit Dynus in c. indultũ.de reg.iur. lib.vj. Salic. post eum in auth. nouissima. & in l.scimus.& ibi Cyn.C.de nupt.Bar.licet nõ determinatè in l. titio centũ. in §. sed cũ ante nuptias.ff.de cond.& demonst.Bal.in d l.j.in §.ius naturale. Rota decis.19. quę refert Anto.in cap.Rainutius.& Abb. ibi. idem Bald. in c. j.de feud.& in l.cum lege. de episc. & cler. & in l.fi. in §.ipsum autem. C. de bon. quæ lib. & in auth. nunc autem.C. de episc. & cler.Cald. in tit. de constit. consi.xv. Cardi.in d.c.Rainutius.allegans Rotam deci.xxj. incipit fuit dubitatum.Imol. in d.l.titio centum. dicit hanc esse opinionem communem. Hanc opi. alij multi sequuti sunt, quos recitauit And.Sicu. in d.cap.Rainutius, xliiij.col, versic. nota quòd prætextu consuetudinis, vbi firmauit plus quòd per statutum, nec in totum, nec in parte posset minui legitima. dicit esse casum in l.hac edictali. in prin. ibi (ita tamen vt quarta pars quæ

quæ ei debetur nullo modo minuatur.)C.de ſecund.nupt. ſed verba nullo modo tollunt poteſtatem ſtatuendi contrarium. glo. in Clem.hi qui. de æta. & qualit. l. fin. de teſtam.milit.iuncto eo quod dicit Ang.in l.ſi quæramus.ff.de teſta.dicit eſſe caſum in §.pro hìbemus.de trien.& ſemiſ.ibi (nec licebit de cætero) & multo minus ſecūdū eū poſſet minui à ſtatuto comitis vel marchionis,vt ibi per eum latiùs. & licet And.Sic.ſibi hanc opi. appropriauerit, tamen prius fuit Salic.in d.authent. nouiſſima.viij.col. per dicta iura eo modo inducta, vt induxit Siculus,licet non perſiſtat in ea.

Tu tene opinionem communem, quæ habet quòd poteſt minui: imò voluerunt aliqui
c quòd in totum poſſet tolli[c] & huius opinio fuit Ang. in §. j. in authent.de hæred.& falc.& in d.l.Papinianus.in §.quarta. Cynus in d.l.ſcimus.fina.verbis.Franciſcus in clem. paſtoralis.§.j ad finem.de re iud. & adhuc Abb. in d. cap. Rainutius,inuenit aliam opinionem diſtinguendo, ſcilicet, quòd vbi filius non habet vnde viuat, non valeret ſtatutum in totum abſorbens legitimam, aliàs ſecus: quia tunc ceſſat ęquitas naturalis, & ſuccedit alia regula, ſcilicet, quòd in re ſua quilibet eſt moderator & arbiter (vt ante dixi) etiam in ſtatuto teneo communem, ſcilicet, quòd poſſet minui nō in totum tolli, cùm ſimpliciter ſit de iure naturali non in quota. Ad propoſitum idem teneo in caſu in quo ſumus, ſcilicet, in licentia alicui per regem conceſſa ad maioricatum faciendum: nam virtute huius licentiæ pater minuendo legitimam aliorum filiorum poſſet vni maioriam conſtituere vltra tertiam & quintam, de qua hìc attento principio ſuprapoſito, ſcilicet, ꝙ taxatio legitimæ, & eius quotitas eſt de iure ciuili: nam princeps contra tale ius ciuile reſcribere poteſt, apponendo clauſulam non obſtante tali lege, vt communiter apponitur in dictis facultatibus. patet in l. omnes. & in l.fin.per totum. C. ſi contra ius. & in l.reſcripta. de preci. Imperat. offeren.& hoc in terminis decidit Ioan.Fab.in l.ſi quando. C.de inof. teſt. dicēs ꝙ legitima poteſt tolli per reſcriptum principis.Hoc idē tenuit And.
7 Sicu.† in d.c.Rainutius. ad fi. allegat Dynum vbi ſupra.l.iura ſanguinis.ff. de reg.iu.licet loquatur nimis generaliter dādo regulam quòd legitima poteſt tolli per reſcriptū principis.Hoc idē tenuit And. Sicu. in d.c.Rain. lviij.col. verſi. & ideò elicio iſtā cōcluſionē, di-

cens ꝙ in statuto quæstio poſſet eſſe dubia ſi poſſet tolli vel minui legitima, ſed per legē imperialē tenet ꝙ in totū poteſt tolli & minui: mouetur quia lege ciuili prohibitū eſt legitimā in totū tolli vel diminui vt in d.§ prohibemus. ergo eadē diſpoſitiōe poteſt tolli & derogari derogando diſpoſitioni d.§.prohibem⁹. Nā procedit hoc argumētū: iſtud eſt de iure ciuili ergo eodem iure ciuili tolli poteſt.l.captatorias.ff.de teſta. mili. ibi ſenatus reprobauit,ergo approbare poteſt.l.morib⁹.ff de vulgari.& pupillari.l.more.ff. de acquiren.hæredi.iſtud non teneo in quantū firmat ꝙ in totum poſſet tolli,nā nego antecedēs,ſcilicet ꝙ in totum ſit de iure ciuili vt nūc pleniſsimè probaui & ſic manent deſtructa eius corolaria. Adde etiam Bald.ad propoſitum in l.fin.in ij.col.C.de fru.& liti. expē.qui dicit ꝙ princeps poteſt alicui concedere poteſtatē teſtandi diminuta legitima: ſubdit ꝙ iſtud priuilegiū minuens legitimam non eſt iniquum,quia licèt legitima ſit de iure naturali loco alimentorū nō tamen eius meta ſed
8 de arbitrio legiſlatoris. † Ex quibus moneo in hac concluſione,per quam ſecundo limitatur hæc lex vt obtineat niſi princeps conceſsiſſet alicui licētiam faciendi maioricatum & diſponendi ad libitum,de bonis ſuis in vnum filiū,quē vellet:nam virtute talis licentiæ & facultatis poterit relinquere vni ex filiis quē elegerit vltra tertiā & quintam hic taxatam. & ex hoc principio ſubſtentantur hodie licentiæ tales & maioricatus,qui earū virtute cōſtituuntur vt valeāt, nec filij poſſunt ſuper hoc cōqueri nec illorū cōſenſus requiritur ad maioriā validandā,vt vulgus aliquādo credit. & iſta cōcluſio poteſt dilatari ex fundamentis in locis vulgaribus traditis,vbi diſponitur principem poſſe reſcribere contra ea,quæ à iure ciuili
9 inducta ſunt. † Intellige tamen ſingulariter hanc cōcluſionem,quæ habet ꝙ per ſtatutū vel reſcriptū principis non poſſet in totum auferri legitima,licèt diminui ſic,ꝙ ſi pater haberet licentiam ſeu regiam facultatē ad maioricatū faciendū licèt vigore talis licentiæ bene poſſet grauare filios in quantitate legitimæ & relinquere filio maiori vltra tertiam & quintā per hanc legem taxatā:tamen vigore talis licentiæ non poſſet dictos filios in totum priuare legitima ſua d & vniuerſum patrimoniū filio maiori relinquere,ſed debet aliis filiis minorib⁹ aliquid pro ſua legitima relin

relinquere, vnde se substẽtare posse t: & si hoc non facerent dicti filij haberent recursum cõtra filium in quẽ fuit factus maioricat⁹, vt sibi daretur aliqua portio ad se substẽtandũ. allego Bal. in auth. nunc autẽ. C. de episco. & cle. vbi dicit se pridie cõsuluisse ꝙ valet statutum ꝙ non possit peti legitima si aliquid succedit loco legitimæ, puta dos filiæ nuptæ: tunc enim nõ aufertur in totũ sed minuitur. idẽ Bal. in l. cum lege eo. tit. ibi enim tractãdo vtrũ per statutũ posset minui legitima? concludit ꝙ si in totum non tolleret, sed limitaret, ꝙ valeret nisi limitaret in fraudẽ alimentorũ. Ratio est secundum eũ quia meta quæ imponitur portioni est de iure ciuili: sed meta legitimæ & alimentorũ est de iure naturali: vnde non potest in totũ tolli sed distingui. Idem Sali. in authẽ. nouissima. col. vij. C. de inoffi. testa. dicens ꝙ licèt statutũ possit ex causa minuere legitimam sed tamen ꝙ nõ potest in totum tollere, nisi de aliquo prouideatur per statutũ quod loco legitimæ habeat succedere, sicut videmus quotidie statuta fieri quæ prohibent fœminas succedere cum masculis & legitimã petere: sed prouidẽt vt arbitrio propinquorũ dotentur: dos enim e ista succedit loco legitimæ licèt fortè diminutæ. Vnde dicit ꝙ si statutũ nõ prouideret in aliquo, ꝙ puta non tenere tanquam irrationale & cõtra omnẽ legem tam naturæ quã diuinam canonicã & ciuilem, tenent etiã Doctores quos nũc retuli in hac quæstione vtrũ per statutũ posset tolli legitima, iuuat quod no. Ioan. And. in regula sine culpa. de regu. iur. lib. vj. in mercuria. quẽ refert Abb. & sequitur in c. licèt. de voto. fi. col. vbi tenent quãdo hæreditas ex cõsuetudine debetur primogenito, debet subueniri suis fratribus & eis assignare tantum attenta facultate & dignitate principatus seu maioratus, vnde congruè possent substentari, ita tamen quòd tãtum remaneat primogenito vnde posset honorificè regere principatum, aliàs consuetudo esset irrationabilis, qđ bene nota, qa vidi multoties filios habere recursum cõtra fratrẽ maiorẽ, cui maioria relicta est. Idẽ tenet Bal. in l. cũctos populos. C. de sum. trini. & fide catho. vide infrà in xj. limitatione. Ex quibus infertur ad quæstionẽ quotidianã, quòd si filia illius qui fecit maioriam in filium suum maiorem, non habet de paternis bonis vnde posset se dotare quod potest agere contra fratrem suum maiorem e cui maioria facta est vt illam

docet etiã de bonis maioriæ, & hoc indubitatũ est vbi esset filia illius qui fecit maioriam nihilo aut modico sibi relicto pro sua legitima, vnde posset se dotare seu alimentare: & sic multoties vidi pronunciatum in Cancellaria, quod manifestè probatur ex ante dicta conclusione. scilicet, quod per licentiã regiam alicui concessam ad maioriam faciendam non potest pater totum patrimonium vni relinquere, alios filios à tota legitima priuando, licet eorum legitimã minuere posset. Vbi autẽ maioria esset ab auo vel proauo & sic ab antiquo vtrum tunc descendens maioriã possidens teneretur dotare sororem suã non habentem vnde congruè se posset dotare, secundũ statum suum? quæstio est dubia valde quia in ea cessant fundamenta ante dicta, æquitas videtur suadere ꝙ sic, vbi frater haberet bona maioriæ ex quorũ fructibus sine magno incommodo status & personæ hoc posset facere: nã frater tenetur dotare sororem suam si nõ habet vnde se dotet. Notab. tex. in l. nõ omni. ibi glo. C. de admi. tut. doct. in l. fi. C. de dotis promi. facit l. cũ plures. in §. cũ tutor. ff. de admi. tuto. à cõtrario sensu. Idẽ Cinus & do. in d. l. nõ omni, quia tenetur ipsam alere. ff. de tu. & ra. dis. l. j. §. j l. qui filiũ. ff. vbi pupi. edu. de. ergo & dotare. quod intellige si esset ex eodẽ patre nata, vt docto. dicunt. Sic vidi pronunciatũ in Cãcellaria pluries, super quo feci quãdã pulchrã allegationem quã inuenies in meis consiliis si ad lucem venerint.

11 † Vtrũ autẽ bona maioriæ q̃ sunt subiecta restitutiõi, & alienari expssè ꝓhibita possint alienari seu obligari ꝓ dote absq; licẽtia regis? nã per authen. res quę. C. communia de lega. videbatur ꝙ sic. sed gl. in l. nulla. C. de iure do. quæ est valde sing. tenet cõtrariũ: imò ꝙ dispositio, dictæ authẽ. non vendicet sibi locum in re quę expresśè in contractu vel alia dispositiõe esset ꝓhibita alienari: de qua glo. Bal. ibi facit maximum festum. Idẽ tenuit ipse Bald. in ca. j. in §. donare. quali. olim feu. ali. po. idẽ videtur ipse tenere in §. imperialem. de pro. feu. alie. per Fede. contrariũ tenent Bal. Salic. Iac. de Are. & Cin. in l. voluntas. C. de fideicõ. Sali. in l. fi. in pe. quæst. C. de re. alie. per tex. in arg. in d. authen. res quæ in l. mulier. in §. cũ proponeretur. & l. à filia. ff. ad trebe. idẽ sentit Bal. in l. voluntas. C. de fideicom. Alexan. in l. filius. in §. diui. ff. de lega. j. idem ibi Barto. quando nulla alia bona ad dotem constituendam starent,

rent,vt dicũt prædicti docto. & sic loquitur d.authẽ.longa est quæstio tacta per moderniores in diuersis locis.in vno casu nõ est dubiũ vbi per constituentem maioriã expressè esset prohibita alienatio vel obligatio ex causa dotis vt firmant quidã moderniores in dict.authen res quę.& Alexã. consi.lvj.j.volumi.in j.colum. per fundamẽta que videas.& ita consului in causa cuiusdã magni militis & propter istas diuersitates semper cõsului & vidi sic consultũ per viros doctos vbi aliquis nobilis habẽs bona maioriæ contrahit matrimoniũ, ꝙ ad obligandum bona maioriæ pro dote & arris impetretur à rege licentia & sic semper vidi fieri. Infero etiã aliã cõclusionẽ contra Bal in l.j.in §.ius naturale in fi.ff.de iust.& iure.ꝙ istud qđ pater debet relinquere filiis ꝓ sua legitima diminuta erit ꝓprũi patrimoniũ suũ nõ subiacẽs regulis alimẽtorũ.ideo trãſmittit ad hęredes.Moueor qa istud succedit loco successiõis & legitimę sibi debitę de iure naturali. qđ est manifestũ:nã vt supra probatũ est,legitima nõ potest in totũ tolli cũ simpliciter licet non in quota 'sit deiure naturali. Vnde cũ hoc sit verum necesse est fateri, quòd illud quod filio non potest tolli imò debet ei relinqui, debeat ei relinqui, tanquã propriũ patrimoniũ sibi debitũ ita quòd liberè transmittat & ei debeat siue sciat operari vel non:seu dato quòd cessassent regulæ in alimẽtis adhibitæ cũ non debeatur sibi simpliciter & absolutè tanquã alimenta sed tanquã legitima quæ succedit loco alimẽtorũ.

Nec obstat fundamentũ ex quo Bal. videtur moueri,scilicet legitima succedit loco alimentorũ:ergo in ea vel integra vel in parte seruari debeat regula quę in alimẽtis traditur.nam dico quòd nõ extat f ista regula [f] quod patet quia si esset vera legitima nõ esset filio diuiti relinquenda nec ei qui ex opera sua & industria se posset substentare,nec illã transmitteret cũ alimenta vita finirẽtur.Ita Salic. in auth. nouissima.melius Cinus in l. scimus.C.de nup. vbi apertè tollit hãc æquiparationem de alimẽtis ad legitimã.hoc aper tè demonstrat Cinus in d.l.scimus in fin.versi.legitimã.vltra cõsiderationẽ alimentorũ esse à lege statutã:nã si solùm consideraremus rationem alimentorum bene potuisset filius agere cõtra hæredẽ patris vt ei alimenta præstaret.tamẽ hoc non obstante text.in d.§. prohibemus. cõpellit patrem ad legitimam filio relinquendã vt inde posset viuere filius

etiam aliis institutis hæredibus, vt sic pater cogatur respondere naturæ non hæres eius tanquã egenis alimẽta præstare. quid enim si hæres de facto non obediret iudici? Quid si dissiparet bona à testatore relicta, interim mussaret filius, propter quod visum imperatori iustũ fuit patrẽ necessitare ad legitimã filiis relinquẽdam nõ obstante quòd ipsi filij haberẽt pro alimẽtis actionem contra hæredem patris, cùm dicta alimenta ex causis ante dictis deficere possent, & sic ille text. manifestè probat legitimam non esse in totum regulandã regulis alimentorum. Et quod hoc sit verũ, scilicet ꝙ legitima non subiaceat regulis alimentorũ tenuit Abb. expressè in dict. c. Rainuti⁹. nã sequeretur quod nec mater nec auia tenerẽtur relinquere filio legitimam, cũ pater teneatur alere. l. si quis à liberis de libe. agno. & ipse & nõ mater dotare. l. fi. de dotis promis. idem ipse Abb. in c. Rainutius. ij. colũ. in j. nota. dicit, nota quòd in legitima nõ potest filius grauari vt post mortem suam restituat, & sic non obstante paterna volũtate potest disponere de bonis sibi relictis pro legitima, vt est casus hic. ex hoc dicit se inferre ad propositũ, quòd legitima iure naturali filio debita nõ succedit omnino in causam alimentorũ: quia cũ alimenta deficiant per mortem filij, si hoc esset verũ, sequeretur ꝙ pater posset de illa legitima disponere post mortem filij, quod est cõtra istum text. & illum præterea in eo quod succedit loco legitimæ diminutæ non potest opponi onus seu grauamẽ. Iacob. Butri. Salic. & Pau. & alij in ista l. quoniã in prioribus. Imo. in l. fin. ff. de condit. insti. in antepen. col. Bart. in. l. titio centum. in §. titio genero. ff. de condit. & demon.

13 † Tenebis menti, ꝙ vigore dictæ licentiæ & facultatis regiæ non solũ pater potest grauare filios in quãtitate legitimæ: verũ etiã in tẽpore & in prohibẽdo alienationẽ & in aliis, puta in eo quod pater relinqt filio maiori vel aliis pro sua legitima prohibere ne vllo tempore alienẽt: sed semper quilibet conseruet hęreditatem sibi relictã absq; diminutione, ita quòd semper post eius mortẽ in ea succedat filius maior descendens absq; diuisione: & sic de aliis conditionibus quæ apponuntur ab his qui faciũt maioriam. Hæc cõclusio probatur satis apertè ex his quæ ante dicta sunt, qa quòd filius non posset grauari in legitima est de iure ciuili, vt hac l. quoniã. & l. omnimodo. isto tit. sed hoc alio iure ciuili,

re ciuili, & per consequens à Rege tolli potest vt l. moribus. ff. de vulg. & per totũ. C. si contra ius. & quia omnes supra relati tenẽt quòd legitima sit de iure ciuili, quo ad quotã & ad alias formas, puta quòd iure institutionis relinquatur & quòd in ea nõ apponatur grauamen & cõsimilia: vnde omnes has formas quas ius ciuile induxit easdẽ & ius ciuile tollere potest. optimè ad hoc facit quod scripsit Bar. sing. in l. Titio centũ §. fi. in col. fi. ff. de condi. & demonst. quòd si per formam statuti legitima posset minui in quantitate, ergo in tempore. Intentio Bart. est, quòd vbi permissum est grauamen quantitatis apponi in legitima: ita & aliud grauamẽ valet ergo consequentia: legitima potest minui per principem in quãtitate: ergo etiam in qualitate & forma relinquẽdi.

14 † Ex antè dictis infero singulariter quòd facultates seu licentiæ quæ cõceduntur à regibus ad maioricatum g faciẽdũ, sunt iniustæ[g] in quantum in eis conceditur licentia ad faciendũ maioriã filio ex omnibus bonis: in multis enim quas vidi continetur hæc clausula (do os licencia y facultad para que de todos vuestros bienes, o de qualquier parte dellos podays hazer y hagays mayorazgo en vno de vuestros hijos, qual quisieredes, y por bien tuuieredes, &c. dico enim quòd in quãtum dicitur de omnibus bonis, dicta licentia est valde iniusta & cõscientiæ ipsius concedentis onerosa. Primò, quia per eam expressè tollitur legitima aliis filiis, quod apertè est contra ius naturale, vt suprà probaui cùm legitima sit simpliciter debita filiis à iure naturali, licet nõ in quota. & ad hoc faciunt omnes decisiones suprà adductæ ad probandũ, quòd legitima simpliciter sumpta licet nõ in quota, debetur filiis à iure naturali, & in forũ nõ posset tolli quatenus est de iure naturali. licet minui sic, cùm eius taxatio sit à iure ciuili, vt dictum est. Secundò ex hoc dicebat Bal. notanter in l. fin. in ij. col. C. de fruc. & lit. exp. ꝙ princeps potest alicui concedere potestatem testãdi diminuta legitima, subdẽs expressè, quòd priuilegium concessum ad minuendam legitimam non est iniquum, sed ad tollendam in totum sic: cùm legitima sit de iure naturali loco alimentorũ, nõ tamẽ eius meta sed de arbitrio legislatoris. Tertiò, quia princeps sine iustissima causa non potest in præiudicim priuati concedere rescriptum contra ea quæ sunt de iure naturali vel gentium

tium. Hæc est communis omnium tam legistarũ quàm canonistarũ opinio. est casus expressus in Clement. pastoralis. de re iudi. vbi dicitur Imperatorem nõ posse tollere ea quæ sunt de iure naturali. Ideo dixit gl. in l. Barbarius. ff. de offic. præt. quòd princeps potest alicui auferre rẽ suã cum causa sed nõ sine iusta causa, hoc tenent omnes Canonistæ in c. quæ in ecclesiarum. de constit. Bal. & omnes in l. fi. C. si contra ius vel vtili. publi. & in l. rescripta. C. de pre. Impera. offe. & Bar. in l. j. ff. de constit. & in aliis locis. & Bal. in l. fin. in pen. col. ver. immediatè oppo. C. senten. resc. non posse. dicit ꝙ quædã sunt iura quæ qui potest acquirere etiam contra principis volũtatem: quia acquiruntur de iure gentium vt dominia, & ista nõ possunt per principẽ auferri sine iusta causa. Idem Bar. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iu. & dicit Raph. Fulg. in l. fi. C. si contra ius vel vti. pu. quòd secundũ hãc opinionẽ pluries consuluit, quòd vbi princeps ius vnicuiq; non tribuit non est in eo iustitia. Quartò quia clarum est, quòd per dictam clausulam manifestè princeps concedit patri potestatem exhæredandi alios filios sine causa, cùm dicit quòd faciat si velit in vnum filiũ maiorià de omnibus bonis suis. quod valde iniquum & cõtra ius est: nã iura cũ magna ponderositate & Iuriscõsultorum labore inuenerũt & statuerũt causas iustas, propter quas pater posset filios exhæredare vt in §. causas. in auth. vt cùm de appel. cogno. Quomodo ergo princeps iustè & sine magno onere cõscientiæ potest in legũ derogationẽ absq; vlla illatum causarum iustè patri cõcedere ad libitũ exhæredare filios. Sed si illarum aliqua causa subesset pater sine licentia Regis iure permittẽte posset filios exhæredare: imò crederem quòd pater qui vigore talis facultatis faceret maiorià omniũ bonorũ in vnum ex filiis priuando alios bonis suis sine iusta causa, de qua in d. §. causas. peccaret nec esset tutus in foro conscientiæ, nec excusaretur prætextu dictæ facultatis, arg. glo. singu. in c. nõ est. de voto. quæ dicit quòd vbi Papa dispensat cum aliquo sine causa vera & iusta in his quæ sunt de iure diuino, dispensatus nõ est tutus quo ad Deum in foro conscientiæ. quam omnes sequuntur quia illa est magis dissipatio, quàm dispẽsatio, vt latè vltra Canonistas prosequitur Richardus in iiij. senten. dist. xxxviij. quæst. ix. arti. j. & sanctus Thomas ij. ij. quæst. lxxxviij. art. fi. vnde dicebat sing. Arch. in c. ius ciuile. j.

le.j.dist. quòd si princeps statueret sine iusta causa quòd aliquo casu dominiũ de vno in aliũ transferatur, nec in foro animæ, nec in foro ciuili talis constitutio esset seruanda. Idẽ tenuit Inno. in c. quia pleriq;. ad finem. de immu. eccl. idem Dominic. in c.j. in iij. col. de summa tri. lib. vj. & quod plus est, etiam vbi cum causa iusta princeps alicui auferret rem suam, cessante causa deberet eidem restitui si posset fieri, & nec in foro cõscientiæ, nec in foro contentioso actus principis teneret cessante illa causa, vt singu. firmat Innoc. in d.c. quia pleriq;. do. Anto. & Imo. in d.c. quæ in ecclesiarum. & post eos quidã modernior ibi notanter in x. col. versi. secundò declara. imò loquendo in legibus firmat sanctus Thomas in j.ij. quæst. xcvj. articulo iiij. in corpore quæstionis, quòd legi iniquę & iniustę nõ est obediendum in foro conscientiæ: nam etiam si Apostolus dicat ad Rom. 3. omnis potestas humana à Deo est, ideo qui potestati resistit ordinationi Dei resistit, debent sic postillari, scilicet, in his quæ ad potestatis ordinem pertinent, sed ad ordinem potestatis humanæ non pertinet statuere id quod inducat peccatũ sed quia quandoque contrarium fit per potestates terrarum siue concedendo aliquid iniustum, siue statuendo per quod frequenter ingerũt calumniã & iniuriam hominibus, iuxta illud Esaiæ 10. Væ qui condunt leges iniquas & scribentes iniustitias scripserunt vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent causæ humilium, & iudicium conscientiæ maximè dependeat ex diuinis mandatis, non est in talibus obediendũ contra præceptum superioris, id est Dei, vt pulchrè declarat sanctus Thomas in d. quæst. xcvj. art. iiij. ideo multùm debent semper animaduertere, terrarum principes quòd siue concedendo, siue statuendo vt Deum præ oculis habeant ne per ea quæ ipsi faciunt diuina mandata euacuentur, ne incidant in id quod Saluator dicebat Matthæi 15. irritum fecistis mandatũ Dei propter traditiones vestras. Concludo ergo quòd dicta clausula est iniustissima, ideo consulo excellentissimis regibus nostris quorum zelus est iustitiã ministrare ex recta volũtate sua, vt dictam clausulam de cætero amoueri faciant, in facultatibus concedendis. Idem consulo dominis qui præsunt in suo consilio vt non signent facultates cùm dicta clausula cùm ab eis in similibus dependeat exoneratio cõsciẽtiæ regalis

galis

15 galis. †Plus dico, quòd etiam vbi princeps non concederet licentiam seu facultatẽ ad maioriam faciẽdam de omnibus bonis suis, sed solũmodo concẽderet alicui facultatem ad faciẽdum maioriam in vnum ex filiis de parte bonorũ suorum, etiam vltra tertiam & quintam per hãc legẽ taxatã, & cum facultate vinculãdi nõ obstante hac l. quoniã in prioribus. quòd si non præcederet iusta causa quę principem mo-

h uere posset ad hoc[h] concedendum non iustè nec cum bona conscientia hoc faceret & concederet: nam licet verum sit ꝙ princeps cùm sit lex ciuilis, potest rescribere contra ius ciuile cum clausula non obstante iuxta l.omnes. & l.fin.C.si contra ius vel vti.pub. & l. rescripta.C.de preci. Impera. offer. tamen cui dubium, nisi quòd derogãdo leges sine iusta causa peccat? Ad hoc moueor quiá Imperatores & Reges cum iustissima causa & magna causæ cognitione & ex plurimorum deliberato consilio leges condiderunt propter bonum commune & ad optimum & bonũ finẽ, vt respublica bene & iustè gubernaretur, & sic statuerunt legem condendo vt pater non posset relinquere vni ex filiis plusquam aliis nisi tertiã & quintam: si illam non reliquisset pro anima, vt hic. Item quòd in legitima non posset apponi aliquod grauamẽ. cùm ergo Rex in fauorem priuati & in præiudicium aliorum filiorum concedit patri licentiam relinquendi vni ex filiis vltra tertiam & quintam & etiam vinculandi legitimam, certũ est quòd reuocat dictas leges in præiudicium & damnum tertij. Sed hoc facere peccatum est iusta causa non præcedente. Hoc in expresso firmat Abbas in c. quæ in ecclesiarum. de consti. ad finem. vbi dicit quòd licet princeps posset rescribere cõtra ius positiuum cùm sit supra ipsum, vt c.proposuit. de conce.præ. tamen vbi non subest legitima causa veniendi contra ius positiuum princeps peccat illud violando, quia debet facere vt bonus paterfamilias. & data est ei potestas pascendi oues, non autem turbandi seu molestandi. & debet procedere ex rectitudine iustitiæ & æquitatis non autem ex affectione speciali, secũdum Abb. rectè loquentem. Idem tenuit Abb. in consi. lxxxv incipit illud in summa. ad finem. idem sentit in rubrica de appellat. ij col. in versicu. ad tertium. in fine. in quantum dicit, quòd princeps bene potest committere causam appellatione remota, vt iura dicunt, quia cùm statuit quòd post duas sententias

tias tertiò appellare non licere in c.sua.de appellatio.& C. ne liceat tertiò prouo.ita suadentibus iustis causis posset à principio hoc facere post primam sententiam,& sic requirit iustam causam ad veniendum seu rescribendum contra ea quæ à iure disposita sunt,& hoc est verissimum quicquid aliqui diaboli scribentes dicant, ad quod allego elegantem determinationem beati Thomæ in j.ij.quæstio. xcvij. arti.iiij. vbi tenet quòd cum iusta causa, licitè princeps dispensat cum aliquo mutando seu derogando id quod à iure communi statutum est, quia contingit quandoq; quòd aliquod præceptum quod est ad commodum multitudinis vt in pluribus non est conueniēs huic personæ vel in hoc casu: quia vel per hoc impediretur aliquid melius vel etiam induceretur aliquod malum : ideo ille qui habet regere multitudinem habet potestatem dispensandi in lege humana quæ suæ authoritati innititur, vt scilicet,in personis vel casibus in quibus lex deficit, licētiam tribuat vt præceptum legis nō seruetur.sed vbi non interueniret iusta causa.sed absque ratione iusta pro sola voluntate licentiam tribuat,iniustè facit & peccat:nam nec erit fidelis in dispensatione,cùm non habeat intentionem ad bonum cōmune,sed illius priuati: imò erit imprudens si rationē dispensandi ignorat iuxta verba Saluatoris, Lucæ 12. Quis putas est fidelis dispēsator & prudens quem cōstituit dominus super familiam suā?hæc Thomas in d. arti. iiij. in corpore quæstionis.Idem tenet ipse in quæstione xcvj arti. ij. ad finē dicēs, quòd princeps est supra legē & in quantū expediēs fuerit potest legē mutare pro loco & tēpore. Nec est acceptio personarū, si cōcedat vni ex iusta causa quòd non cōcedit lex omnibus:quia si nō seruentur æqualia in personis inæqualibus iustè fit ex iusta causa, vnde quando conditio alicuius personæ requiret vt rationabiliter in ea aliquid specialiter obseruetur,non est personarū acceptio si ibi aliqua specialis gratia fiat:vt ait S. Tho. in d. quæst.xcvij arti.iiij. in responsione ad art.ij cum causa ergo iustè facit:si sine causa,peccat: cùm lex statuta sit pro cōmuni vtilitate secundum Isido.& commune bonum non debet intermitti pro priuato cōmodo alicuius personæ, nam vt dicit Philoso.in j. Ethico.Bonum gētis diuinius est quàm bonum vnius hominis.Itaque cùm apud Deū nō sit acceptio psonarū, nec apud eū,qui eius vicem gerit in terris.c. nouit.

de iu

de iudi.cuius iudicium debet esse cōforme iudicio Dei in c. vt nostrū.vt eccle.bene.dispē-satio em̄ est cōtra ius,sed lex cōis fundata est sup bono publico.iiij.dist.erit autē lex & super naturali ratiōe.j.dist.c. consuetudo.Sed bonū publicū nō est propter considerationē priuatam relaxandū in c.bonæ.de postu.prǽla.& sic dispē-satio,per quā iura relaxārur, sine iusta causa fieri nō debet xxiij.quæst.iiij capi.displicet.

Ex prædictis Abb. nota.in c.de multa.de præben.iij.col. infert contra Inno.qui in capi.cum ad monasteriū.de statu relig.tenuit papā supra ius positiuum dispensare ex sola voluntate:nam putat quod licèt illud procedat quo ad ecclesiā militantē,quia nulli licet de suo iudicio iudicare,secus tamen quo ad deū,cū non debeat sine causa relaxare ius fundatum super bono publico.cùm teneatur ex officio pascere oues suas & facere sicut bonus dispensator, Lucæ 10.c.

Aduertant igitur reges & principes seculares ad verba Saluatoris,Matth.24.Quis putas est fidelis seruus & prudēs, quem cōstituit dominus super familiam suam vt det illi cibū in tēpore?&c.quod & ad principes seculares referri potest parabola illa quibus familia gubernanda cōmissa est: nam hi à patre familias, id est Deo cōstituti sunt super familiam suam, scilicet super populis quibus præsunt: nam potestas ista temporalis à Deo est, vt dicitur ad Romanos 13. reges enim per Deum regnant, Prouerb.8.& non solùm boni,sed etiam mali, Iob c.3. qui facit regnare hypocritam propter peccata populi. est enim regnū & omnis principatus terræ in manu Dei, Daniel 4. donec scias ꝙ Altissimus dominatur in regno hominum, & cuicunq; voluerit dabit illud. Si enim bene & rectè gubernent absque personarum acceptione,beatus ille seruus,quē, vt venerit dominus eius inuenerit sic facientē:amē dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum : si autē dixerit malus seruus ille in corde suo,moram facit dominus venire, & cepit percutere seruos suos, &c. veniet dominus eius in die qua non sperat, & hora qua ignorat,& diuidet eum, partémq; eius ponet cum hypocritis; illic erit fletus & stridor dētium : vnde Chrysost. in homil. super dictis verbis, adaptatur etiā & ad principes seculares hæc parabola: vnumquenq; enim his quæ habet ad cōmunem vtilitatem vti oportet non ad nocumentum conseruorum, nec ad perditionē sui ipsius.Hęc ille.

Nec

Nec enim nos Christianos quosdam Imperatores ideò felices dicimus, quia vel diutiùs imperarunt, vel imperantes filios morte placida reliquerunt, vel hostes reipublicę domuerunt, vel inimicos ciues aduersus se insurgentes opprimere potuerunt, hæc enim & alia huius vitæ ærumnosæ vel munera, vel solatia quidam etiam cultores dæmonum accipere meruerunt, qui nõ pertinent ad regnũ Dei, quo pertinent isti. & hoc ipsius misericordia factum est, ne ab illo ista qui in eum crederũt, velut summa bona desiderarent: sed felices eos dici si iustè imperãt si inter linguas sublimiter honorantium & obsequia nimis humiliter salutantium non extolluntur: sed se homines esse memerint, si suam potestatem ad Dei cultum maximè dilatandũ maiestati eius famulam faciunt: si Deũ timẽt, diligunt & colunt; si plus amant illud regnum, vbi non timent habere consortes: si tardius vindicant, facilè ignoscant: si eandem vindictam pro necessitate regendæ tuendæq; reipublicæ non pro saturandis inimicitiarum odiis exercent: si eãdem veniam non ad impunitatem iniquitatis, sed ad spem correctionis indulgẽt: si quod asperè coguntur plerũq; decernere misericordiæ lenitate & beneficiorum largitate compensant: si luxuria tanto est eis castigatior, quanto posset esse liberior: si malunt cupiditatibus prauis, quàm quibuslibet gentibus imperare: & si hæc omnia faciunt non propter ardorem inanis gloriæ, sed charitate felicitatis æternæ: si pro suis peccatis humilitatis, & miserationis, & orationis sacrificium, vero Deo suo immolare non negligunt, tales Christianos Imperatores dicimus esse felices interim spe postea re ipsa futuros, cum id quod exposcimus aduenerit, hæc pulcherrima sunt beati August. verba, in lib. de ciuit.
16 Dei. lib. 5. cap. 24. † Prædicta nota, per quæ à radice cognosces, quo fundamento vadunt & substentantur maioricatus regni nostri, qui fiunt quotidie cum licentia regis, [1] nam duo sunt quæ obstant alicui, vt per se non posset absque regia licentia facere maioricatum. Primum quia quota legitimæ est à lege certa & determinata, vltra quam pater nón potest excedere, vt hic & in d. authen. nouissima, secundũ ꝙ in ea nullũ grauamẽ posset filio apponi. s. ꝙ nõ alienet, ꝙ veniat ad filiũ maiorẽ: & sic de similibus, vt est casus in hac lege. Quæ omnia derogantur per principem, vbi cõcedit dictam licentiam, ergo derogan

do & ponendo clausulam derogatoriam dictarum legum, manet firmus maioricatus, dato ꝙ in eo apponatur grauamen quantitatis & similia.

Semper etiam aduertas vbi impetras licentiam ad maioricatum faciendum, quòd latè facias illã ordinare, in qua contineatur quòd princeps dat & concedit patri licentiã & facultatẽ ad disponendũ & faciendũ maioricatũ de bonis suis in vita vel in morte per viam testamenti vel contractus inter viuos, vel alio quouis modo, & quoquo titulo dare vel relinquere vni ex filiis, in quẽ constituere vellet maioriã & memoriam domus suę, vel etiam in duos vel plures ex filiis, prout voluerit cum omnibus conditionibus & vinculis, quæ apponere voluerit, grauando filios in quantitate legitimæ per leges taxata, & apponẽdo alia onera & grauamina, prout sibi visum fuerit, non obstantibus legibus disponentibus, ꝙ pater debeat relinquere filiis pro legitima certã taxatione, & ꝙ vltra tertiã & quintam nõ posset meliorare vnũ ex filiis, & non obstãtibus legibus disponẽtibus ꝙ in eo quod pater relinquit filio pro sua legitima, nullum grauamen nec onus, seu conditionem apponere posset, nam aliàs si sub nube & implicitè aliquis impetraret à principe liberam testãmenti factionem, non specificè ad supradicta, nec cũ derogatione dictarum legũ, non posset vigore talis facultatis facere nec disponere maioriã cum dictis vinculis in pręiudicium filiorum. Allego ad hoc text. sing. in l. quãdo. C. de inoffi. test. vbi est tex. sing. ꝙ quãdo princeps concesserit alicui liberam testamẽti factionem, nil aliud videtur principẽ concedere nisi vt ille cui cõcessio facta est, habeat consuetam & legitimam testamenti factionem, nec enim credendum est Romanum Pontificẽ qui iura tuetur huiusmodi verbo totã obseruationẽ testamentorum multis vigiliis excogitatam atq; inuentam, velle euertere: & dicit ibi glo. illud esse verũ, vbi dicta concessio fieret inhabili ad testandum, cùm satis sit ꝙ operetur concessio eum habilitando: si tamen dicta cõcessio fieret habili, concludit gl. quia etiam tunc omnis solennitas videtur remissa cum aliàs nil operaretur concessio quod non est fiendum. l. si quãdo. ff. de leg. j. l. fi. ff. de constit. princip. Subdit Cy. notabi. in d. l. si quando. quem ibi sequitur Bal. ꝙ in quantum glo. tenuit quòd si concessio fiat habili, videatur remissa omnis solennitas, debeat intelligi de tali solennitate quæ non fit

in

in prçiudicium alterius,& sine alterius iniuria posset omitti pura solennitas numeri testiũ & similia, sed solennitas quæ est alteri præiudicialis & sine alterius iniuria omitti nõ potest, puta solennitas institutionis,& similia: hęc non videtur remissa, sed cùm diminuere legitimam filiis, item in legitima grauamen eis imponere, sit eis maximè præiudiciale, sequitur quòd hoc nõ videtur concedi per principem, vt hoc posset fieri vigore generalis licentiæ regis concedentis alicui liberam facultatem testandi, quod etiã sequutus fuit Salic. in d.l. si quando. dato quòd princeps sciret istum cui liberam testandi facultatem concedit habere filios, ideò cautius est secundum eum quòd princeps deroget expressè legibus permittentibus filio relinqui legitimam & sine onere, quæ omnia nota perpetuò in pra-
17 ctica.† Ex prædictis infero ad practicam, quòd si esset aliquis qui non haberet filios, nec alios descendentes, seu ascendẽtes, quibus de necessario à iure debetur legitima, ꝙ iste talis de bonis suis poterit ad libitum disponere faciendo & constituendo de eis maioricatum suo consanguineo vel extraneo, prout sibi placuerit, & vinculare dicta bona cum quibuscunque vinculis & conditionibus voluerit: & sic de eis facere maioricatum vt communiter solet fieri in hoc regno, nulla ad hoc necessaria licentia, seu regia facultate. Pro hoc sume fundamentum sic. Primò in auth. de nupt. §. disponat. Secundò, in l. scimus. in §. cum autem. C. de inoffi. test. vbi est text. quod in eo quod pater relinquit filio suo vltra legitimã, potest apponere conditionem,& quodcunque onus, seu grauamen quod voluerit, quanto magis relinquendo extraneo cui nihil debetur? Tertiò, hoc patet ad sensum ex hac l. quoniam in prioribus. & similibus, vbi solùm remouent onus & grauamen de legitima, sed vbi nõ debetur legitima, nulla est quæstio nec dubitatio. facit l. ab eo. C. de fideicom, cum concordantiis. & hoc nota contra imperitos qui credunt esse impossibile maioricatum posse
18 fieri absq; licentia regis.† Vnũ est quòd obstare videtur huic maioriæ factæ extraneo vel consanguineo hæredibus non necessariis: & est quòd vbi testator prohiberet alienare fundum vt in familia remaneat, talis prohibitio non extenditur vltra quartam generationem post testatorem. Iste est casus not. & ibi tenent doctores in authentica de restit. fideicom. §. pene. & Bar. ibi di-

cit per illum tex. quòd prohibitio alienationis facta, vt perpetuo bona permaneant in familia & non exeāt de nomine testatoris: nō extenditur vltra quartam generationem. Sed hoc obstaculū bene potest prouideri & euitari ex quadam singulari conclusione posita per Iac. de Pelu. in d. auth. vbi dicit quòd si testator prohibuit liberos vel hæredes alienare volens dictas res quas prohibet alienare ad suos descendētes perpetuò peruenire, nam tunc ista prohibitio extenditur vltra quartam generationem in infinitum[k]. & idem sequutus fuit Bar. ibi facit l. fin. C. de suis & legit. hæred. & in §. j. in authent. de hære. ab intest. item quia ratio dispositionis positæ in d. §. penul. de restit. fideicom. est quia ibi nomine familiæ fuit prohibitio facta. ideò vsque ad quartam generationem & non plus extenditur. Ideò caueas quod facias quòd testator sic disponat quòd perpetuo bona sua deueniant in suum descendentem maiorem, & prohibeat filium nepotem, & deinceps omnes descendentes in perpetuum alienare, volens perpetuo bona deuenire ad suum descendentem maiorem: quia si prohibitio solummodo dirigatur ad filios, non extenderetur ad nepotes, vt dicit glo. in d. §. nos igitur. in authent. de restit. fideic. quā sequuntur Rainu. Bar. Bal. Imo. in l. filiusfamiliâs. in §. diui. ff. de leg. j. & alij multi relati ibi per modernos, quos vide: & hæc de secūda limitatione dicta sufficiāt.

SVMMARIVM.

1 *Iuri agendi ad supplemētum præscribit spatio triginta annorum, limitando vt in fine.*

ADDITIO.

a *Adde plura per Philip. Dec. in consil. ccciij. in princi.*

1 Tertiò limita hāc legem, nisi filio minus esset relictum quàm legitima sibi debita, & ipse stetisset per multum tempus quod non petiisset supplementum legitimæ, propter quod esset exclusus ab actione supplementi. Quo casu etiam si vni filiorum relicta est à patre portio vltra metam hic taxatam valeret relictum ratione exclusionis alterius. sed per quantum tempus filius excludetur à petitione supplementi legitimæ si minus legitima ei esset relictū? fuit diuersitas inter doct. nam Bar. in l. si quis filiū. C. de inof. test. fuit in quadam opi. singulari dicens quòd ius agendi ad supplementum tollatur quinquennio. mouetur ex eo quia ius querelandi finitur quinquennio: sed ius agendi ad supplemētum successit in locum querelæ. l. omnino. C. de inof. test.

test. ergo eius naturam debet sapere. l. j. ff. si quis testa. liber esse iussus fue. in §. hæc actio. hanc opi. firmauit latiùs ipse Bar. cōsulendo in consi. incip. in nomine domini, vtrum iuri agendi ad supplementū, quam opi. sequutus fuit etiā Ro. in l. certi condictio. in prin. vj. col. ff. si cer. pet. facit l. fi. C. de inoffi. don. cō. opi. est in contrariū, quam tenet Bald. in d. l. si quis filium. in iij. col. versi. iij. quæro. concludens ius agendi ad supplementū non tolli præscriptione quinquennij. Hanc opin. contra Bart. sequutus est Bal. not. in auth. presbyteros. C. de epis. & cle. & in l. ij. C. in quib. cau. in integrū resti. non est necessa. & in rep. l. pater filium. vj. col. C. de inof. testa. & in l. nam his. §. j. ff. eod. & in l. si arrogator. ij. opp. ff. de ado. & in l. ij. fina. quæst. C. de lib. præt. idem Salic. Flori. & cæteri moderniores etiam nunc viuentes in d. l. si quis filiū. Ang. singu. in l. Papinianus. in §. si conditioni. ff. de inof. test. referens de facto sic se consuluisse & obtinuisse cum pluribus Perusinis contra Bart. idem ipse in auth. de trien. & semis. in §. j. & in d. l. si quis filium, & in l. omnino. in prin. C. eo. tit. & in l. certi condictio. in prin. ff. si cer. pet. & in l. si eum. in §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. & in l. si à domino. in prin.

ff. de rei vend. Pau. de Cast. in consil. cxxij. incipit, dubiā de quibus quæritur, referens hāc esse, tam antiquorū, quàm modernorū cōmunem opi. Alex. consi. clxxxxvij col. iij. incipit viso tit. quæst. & in aliis pluribus consiliis. quorū omnium fundaměta & responsiones ad motiua Bart. videbis per istos in dictis locis latius persequētes. Ideò non est opus hic

2 transcribere. † Superest tamen singulare dubium, & est, quód habito pro constanti ꝙ ius agendi ad supplementúm non tollatur quinquennio, quāto tempore tollatur, nam omnes antedicti, si eos bene consideres, videntur se determinare in hoc, scilicet, quòd tollatur spacio xxx. annorum: ex eo quia ius agendi ad supplementum petitur per condictionē ex lege, vt ait glo. in d. §. si conditioni. sed cùm conditio sit áctio personalis, durat tēpore statuto actionibus personalibus, scilicet, xxx. annis. l. sicut. l. si quis emptionis. C. de præs. xxx. an. l. ij. C. de cōst. pe. idē si petatur per hęreditatis petitionem, quę etiam non durat regulariter nisi xxx. an. l. hæreditatis. C. de pet. hære. ista est cōmunis omniū conclu-

a sio.[a] Sed hoc non videtur esse sine scrupulo, cùm hoc videatur esse grauamen in legitima quod grauamen ipso iure

tollitur vt est casus in hac lege quoniam.& in §.repletionem.l.scimus, quia filio debet repleri legitima & repletio fit ipso iure vt probatur in d. §.repletionem.etiam si filius nil petat vt tenent ibi omnes reprobata glo.& quia in legitima non valet cõditio si filius instituatur cum hac conditione, scilicet si volet, imò talis conditio habetur pro nõ apposita vt omnes tenent in hac l. quoniam.& latiùs dixi supra in quinta ampliatione. sed si fili' in vita deberet petere legitimam nõ transmitteret liberam legitimam ad hæredes & induceretur in legitima tacita conditio, scilicet si volet & petat legitimam. Sed si non valet talis conditio expresse apposita, imò habetur pro nõ adiecta, à fortiori in tacita. Propter hoc Salice.& alij in dic.l.scimus. dicunt expresse filium transmittere ad hæredes legitimam liberam, dato ꝙ in vita ipse nihil petiisset. quod satis videtur repugnare prædictæ conclusioni, quæ tenet filium excludi à iure supplementi per triginta annos. Hoc dico vt dem materiã cogitãdi nõ autẽ vt nouas dubitatiões superaddã, ideo potes tenere cõmunẽ opinionẽ, scilicet filium excludi lapsu triginta annorũ.& ad dictũ arg. potes respondere prout sensit Ange.in dict.§.si conditioni, scilicet verũ esse quòd dictum grauamẽ quantitatis reiicitur & ipso iure fit repletio.tamen quo ad realem effectum acquisitionis est impossibile quòd acquiratur nisi petatur. ideo ne immeritò si eo ipso quòd filius stetit per triginta annos quod noluit petere legitimæ supplementum sit exclusus, cũ videat illud repudiasse quod potest,& loquitur ibi Angel. etiam in casu in quo filius in vita sua stetisset per xxx. ann. ꝙ non peteret, nã etiã si ipse post dictum tẽpus petat excluditur.& satis est ꝙ si ante lapsum xxx. ann. decedat transmittat liberè dictũ ius agendi ad supplementũ dato ꝙ in vita sua ipse nil petiisset nec aliquem actum fecisset super sua legitima consequenda. & sic intelligatur d.§. repletionem.& quæ ibi dicũt omnes, scilicet suppletionem legitimę fieri ipso iure etiã si nil petatur & sufficit quod trãsmittat ad similitudinẽ cæterarũ actionum personaliũ, vt dicit Sali.in d.l.scimus.& vide quæ dixi supra in extensione decima. quia ex ibi dictis ad intellectũ d.§.repletionem.decidi-
3 tur clarè hoc dubiũ †. Sed hãc opinionem cõmunem limita secundũ Ang.in d.§.si conditioni.quã limitationẽ recitaui & reprobaui in x.ampliatione.

tione. ideo eã hic nõ repeto. Secũdò limita & intellige in iure agendi ad supplementũ sed ius agendi ad totã legitimam bene tollitur quinquẽnio, putà quia si filius fuisset exhæredatus & quinquennio tacuisset nõ mouẽs querelam inofficiosi testamẽti lapsu dicti quinquẽnij exclusus esset à querela est casus in d.l. si qs filiũ, & sic tolleretur quinquẽnio ius petẽdi legitimã, & per cõsequẽs videtur esse deterioris cõditionis ille cui nihil relictũ est, quã ille cui aliquid relictum fuisset, vt dicebat Angel. in §. j. in authen. de trien. semi.

SVMMARIVM.

1 *Filius vigore renunciationis paternæ successionis cũ iuramẽto excludiṫ à legitima fili aliàs debita.*

2 *An irescentibus facultatibus paternis post renunciationẽ factam possit qui renuntiauit petere legitimam in bonis augmentatis.*

3 *Pater an possit præueniendo vltimum iudiciũ assignare filio suo legitimam in vita.*

4 *Et an in prædicto casu facultatibus paternis augmentatis possit filius agere ad supplementum ratione augmenti.*

5 *Renuntiatio successionis paternæ iuratu facta per filiã an & quãdo noceat nepotibus vsque ad nume. 10. latè.*

11 *An eo casu quo nepotes non excluduntur propter renuntiationem matris iuratam dos data eorum matri sit imputanda in legitimam & nu. 12.*

ADDITIO.

a *De hac pulchra conclusione Bal. vide Ias. in l. quod Seruius in pen. & fin. col. ff. de cõditio. ob causam. diffusiúsque alibi per Franciscum Curtiũ seniorem in consi. fi. & vi. disputationem Alb. de Rosa. in iij. parte sta. quæstio. xxvj.*

b *Opinio autoris & vi. Frãcis. Cur. in allega. consi. fin. iij. colũ. & melius per Georg. natam in repeti. ç. quãuis pactum. de pact. lib. vj. in ij. col. versi. iij. fallit.*

c *Quam opinionẽ Romani defendit contra Paulum & Alex. Philip. Decius in l. pactum. C. de colla. in antep. col. cum sequenti sed nõ videntur vrgere eius cõsideratiões.*

d *Adde Georgium natam in repeti. c. quãuis pactũ. de pactis. lib. vj. col. xxj. ver. iij. casu nume. 79. & Philip. dec. in l pactum. col. pe. C. de collat.*

e *De qua quæstiõe vi. latissime per Vin. de Herculanis in l. in quartam. ff. ad l. falcidiam in ix. cap. ver. quærit etiam Barto. de not. quæstio. vbi cõsiderat plures casus in quibus docti concordãt & discordant & vide Phi. deci. referẽtem plura consilia doctorum in l. illam. C. de colla. in pe. & fin. co.*

f *Et hoc communiter tenetur secundum Philip. deci. post alios per eum relatos in alleg. l. illam. C. de colla. in fin. colũ. vbi ampliat habere locum quomodocunque ne-*

potes tāquam hæredes matris habeent dotem.

1 QVarto limitabis † hanc legem nisi filius in vita patris renunciasset hæreditati paternæ & cum iuramento & etiā legitimæ: nā vigore talis renunciationis iuratę ipse excludetur à successione paterna:& per consequens alij fratres sui habebūt portionē suā sic renūciatam.Casus est in c. quāuis pactū.de pactis lib.vj. in tantū & hoc est notandum, ꝙ si filia renuntiasset vni fratrū hæreditatē paternā præsenti & recipiēti nihilominus accrescit omnibus,& non sibi soli. Bald.posuit in l.pactum viij.quæst.C.de colla. allegās consilium Dyni numero 3.dicit Bald.quod si soror renunciauit hæreditati paternæ vni fratrum præsenti & recipienti,quod omnibꝰ fratribus accrescit dicta portio renunciata non sibi soli.& reuera hoc fuit cōsilium Dyni.est in meis numero 6.incipit ex testamēto domini Alberti . vbi dicit, quod quidā Federicus , & Ioannes remiserunt fideicōmissum sibi factū ex testamento dn̄i Alberti Hugolino filio p̄dicto dicti dn̄i Alberti,fuit cōsultus vtrū dicta remissio fideicōmissi ꝓdesset soli Hugolino cui facta fuit,an aliis omnibus eius fratribus?cōcludit omnibus prodesse.& hoc patet,quia quoties vnꝰ ex his quibus successio defertur directò vel per mediam personam alterius per repudiationem excluditur à iure petendi , eius portio defertur aliis iure accrescendi aliquando volentibus & aliquando inuitis. ff.de bon. posse.l.iij.§. vt bonorum cum tribus ll.sequenti.de acqui.hære.l.cùm hæreditate.ad Tertu.l.si nemo. de suis & legi.hære.l.si ex pluribus.C.quando non petē.par.l. vnica.de cadu.tollen.§.his ita. cùm ergo prædicti per pactū repudiauerunt sequitur quod eorum repudiatio faciat partem per eos repudiatā deferri aliis:Hoc limitauit singulariter Bal.in d.l.pactum nisi appareat præsumptio donationis collatæ in illo fratre recipiente dictam renunciationē: quia tunc illi soli quæritur.ff. de donatio.l.in ędibus.ver.veluti.l.si actionem.C.de pact.& l.si creditori in ij.gl.quod nota.& proprie Dynus loquitur quando post mortem patris fiebat remissio fideicommissi. Ad propositū ergo renunciatio hæreditatis paternæ facta in vita patris cum iuramēto eum excludit. vt est casus. di.ca.quamuis,ideo Bald . Cinus,& Salice.& cęteri moderniores in l.si quādo.§.illud.C. de inofficio.testamen.firmant expresse quod in quātum ille

text.disponit quod per pactũ initum inter patrem & filium non potest tolli filio ius peten di legitimam & eius supplementum, debeat intelligi nisi filius iuramento firmasset tale pactum:& hoc per dictum cap.quamuis pactum.& gloss. d.§.illud.quæ contrarium tenuit.intelligatur attento iure ciuili:sed attento iure canonico quod præualet in materia iuramenti, seruanda est dispo sitio d.c.quamuis pactũ. †Attende tamẽ singulariter quod dictum cap.& doctrinam hãc debes intelligere & singulariter limitare rebus sic extantibus, prout erãt tempora iuramenti.secus autem si postea creuissent facultates paternæ: & sic reperirentur augmentatæ tempore mortis patris.nã tunc non obstante iuramento & renũciatiõe facta filia posset petere legitimã super excrescẽtem respectu bonorum augmentatorum. hoc probatur argumentum cuiusdã singularis ca.quod est c.cum M. Ferrariensis de cõsti.ibi enim est casus, quod licèt canonici habeant constitutionẽ de certo numero confirmato per papam,& etiam iurato cum decreto quod sit irritum & inane, si contra contigerit attentari si supercreuissent facultates possunt superaddi alij canonici, nec eligẽtes sunt periuri, cũ iste fuit casus improuisus, qui ꝓuideri nõ debuit:& argumẽto illius text.dicit ibi Bal.ad propositũ, ꝙ filia quæ recepit centũ pro integra legitima sua augmentatis facultatibus patris, posset non obstãte iuramento & renuntiatione à se facta petere legitimã in bonis superexcrescẽtibus.[a] Reperio inter moderniores quemdam Mediolanẽsem in dict.§ illud.facere mẽtionem de hoc dicto Bald. & dicit se multum aliquando dubitasse de illo tex.sed ad finem trãsit cum dicto Bal.licèt inter dentes illum mordeat:dicens illũ text.hoc non probare : cũ potissima ratio illius capi.fuit: quia agebatur ibi de cultu diuino augẽdo, vt plures cultui diuino inseruirent capit.j. de conce.præben.quasi ille text. secundum eum nõ probet doctrinam Bald. quæ loquitur de fauore priuato. Si ponderas verba Bald.mouetur alio fundamento, ad quod non aduertit respondere prædictus doctor.dicit enim Bal. rationẽ illius decisionis esse : quia iuramentũ debet intelligi rebus sic se habentibus.ff.de cõdi.ob causam.l.quod seruus. & vltra hoc etiam dicta doctrina Bald.potest corroborari per text.in authenti.vt deter.sit nu. cler.in versic. quoniam verò.vbi est casus, quod

si quis dotat & fundat ecclesiam pacto apposito:quod ibi non debeant esse nisi tot clerici,quod si bona ecclesiæ nō sunt augmentata illud seruādum est:nec plures clerici ibi esse possunt: sed augmentatis bonis numerus augendus est per illum text.Infert ibi Ange.ad aliquas quæstiones quas vide: quia in proposito non pungunt. facit l. in honoribus.in §.his autem.ff.de vaca. mune. Mihi autem videtur ipsum Bald. sibi ipsi fuisse contrarium: nam certè subtiliter consideratus contrarium tenuit in l.quamuis.C.de fideicommis. ad finem vbi dicit, quod si pater assignauit filio legitimam plenam tempore assignationis & filius cum iuramento renuntiasset paternę hęreditati,quòd etiam si postea pater superlucratus esset: & per consequēs bona patris supercreuissent:quòd non per hoc posset filius plus petere ratione legitimę:quia nec pater condiceret ab eo si eius facultates essent diminutæ.In terminis idem sequutus fuit Pau. de Cast.in l.in ratione. ff. ad legem falci.referens se ad casum in quo renuntiatio & pactum fieret cum iuramento, vt nihil vltra posset petere ratione augmenti, prout Bald. loquitur in dicta l. quāuis.licèt illum nō referat.Idem sequitur Alex.in d.l.in ratione, & sic videtur mihi, ꝙ omnes isti directè tenēt cōtrariū eius quod ipse Bal.posuit in d.c.cū M.licèt ad hoc ꝓpositū nō reperiā eos allegatos:nisi maliciose velles eos cauillare:dicēdo ꝙ loquūtur in casu in quo integrā legitimam pater assignasset filio pręueniēs vltimū iudiciū & Bal.in d.c.cū.M.loquat̄ quādo filia recepisset aliquid pro sua legitima,& renūtiasset in totū iuri plus petēdi iuxta formā.c.quāuis pactum. sed certè nulla potest assignari ratio cōgrua differētiæ īter istos casus.Ideo dictorum Doctorū decisio & fundamētum apertè destruit doctrinā Bald. positā in d.c.cū.M. In fortiori casu dixit Iac.Butr.in l.pactū.C.de coll.ꝙ si do aliquid filio meo pacto apposito quòd illud sibi computet in legitimā,& cōtra testamentū nō veniat,ꝙ hoc valebit secūdū eū, & si dicas ꝙ est de futura successione,respōdet ꝙ excludit̄ filius nō tam ratiōe pacti quā perceptionis:qa habet legitimā.Subdit plus ꝙ nec etiā agere potest ad supplementū si illud nō sufficiat ad integram legitimā.Mouet̄ qa fili⁹ illud accipit pro sua legitima:& dubiū erat an minuerētur in futurū bona patris.Hęc ad literā Iac.But.nullo sumpto fundamēto nisi ab autoritate sua.

† Duo

5 †Duo valde notanda inferuntur ex hac cōclusione Iac. vnū quòd licet nō valeat pactū de futura succesione, vt in d. §. illud. cū aliis. tamen hoc sit verum nisi pater præueniēdo vltimū iudiciū assignasset filio legitimā suam in vita, & ipse filius promisisset plus non petere, nam excluderetur filius à plus petendo & valeret tale pactum etiā sine iuramēto nō vigore pacti de non succedendo, sed vigore perceptionis, quia percepit & assignata est legitima sibi ante tēpus: quia in vita patris (quod potuit fieri vt infrà dicetur, & ratio huius dicti esse potest) contingere potest quòd diminuerentur bona paterna: & per cōsequēs ipse filius cōmodū consecutus fuit ex dicta perceptione ante tempus. Sed hanc decisionem Iaco. Butri. retulit Bal. in d. l. pactum. vj. opposi. & illā impugnat tanquā pactum de futura succesione cōtinentē, dicit esse casum contra eum in d. l. si quādo. §. illud. C. de inoff. test. Idem tenet in l. quāuis. C. de fideicom. nisi tale pactū fuisset iuratū: & hoc est clarum cōtra Iaco. Butri. Est etiam quidam moderniòr de Mediolano in d. §. illud. qui affirmat ꝙ per illū §. destruitur & cōfunditur Iaco. Bur. Idē Alex. in l. in ratione. versi. si. dicit esse casum contra Iac. non violando literam in d. §. illud. maximè cùm præsumatur patrē superlucrari. l. si defunctus. C. arbi. tute. Idē Pau. de Cas. in d. l. in ratione. firmās ꝙ vbi non interuenisset iuramētū nō valeret tale pactū, quo nō obstante si augerentur facultates patris posset filius petere augmentū: si diminuerentur, teneretur ad restitutionem eius quod plus habet. Mouetur quia legitima debetur tēpore mortis, vt d. l. cùm quæritur. C. de inoff. test. pro hoc bonus tex. in l. si verò. §. si seruo. ff. de bo. liber. versi. cæterum. ibi, quia potest dici sperasse, quē ad hoc propositū allegauit Pau. de Cast. cōtra Iaco. etiā tenent Imo. & Roma. in l. stipulatio hoc modo concepta. de verb. oblig. & sic vides quomodo omnes isti scribētes sumpserunt arma cōtra hanc primam conclusionē Iaco. Butr. Egob dico ꝙ vbicunque pater in vita sua assignasset & dedisset filio integrā legitimā suā respectu bonorū quę habebat tēpore assignationis, & filius in hoc consentiret accipiens dicta bona pro sua legitima fecisset pactū de amplius nō petendo, quòd valeret tale pactū & præiudicaret filio, & intelligēdo sit Iaco. But. prout reuera fuit eius intentio dico esse verū dictum suū, & malè eum reprobasse dictos doct. Moueor ad sic dicen

cendum & credendũ: quia hoc tale propriè nõ est pactum de non succedendo, seu de futura successio. nam ex quo integra legitima sibi datur, nõ est iam futura successio: imò pceptio legitimæ ante tẽpus quod patri cõceditur dare prçueniendo vltimum iudicium: & quia potest euenire in commodum ipsius filij: quia fortè diminuerentur facultates paternæ, ita quòd in tempus mortis ipsius patris fortè filius non haberet tantum pro sua legitima quãtum nunc sibi datur, & ita reperio tenere Bal. approbãs expressè in hoc casu illud dictũ Iacobi But. in l.fi. in §. & cùm antiquitas. col. penul. C. de vsuris rei iudi. ex eo, quia non est propriè pactum de futura successione: sed est quædam perceptio legitimæ præueniens tempus ordinatũ à lege. Idem Bal. in l. in successione. C. de reuo. his quæ in frau. cre. vbi etiam facit mẽtionem de hoc dicto Iaco. But. & illum sequitur. hoc idem sentit Bal. licet non clarè in l.ij. C. de adoptio. post illans partem præbeatur. hoc idem reperio tenere Ang. in l. si proponas. §. si hæreditatem. ff. de inoffic. testa. faciens expressam mentionem de illo dicto Butr & adhuc intelligit illũ magis latè quàm ipse loquatur: dicit enim expressè quòd si pater assignauit filio inter viuos aliquid pro legitima & pro patrimonij portione debita sibi iure naturæ, ꝙ cõsiderato quod tunc bona patris possunt diminui, & sic contingenter posset habere plus legitima, non poterit petere supplementum legitimę, quia non excluditur pacto: sed perceptione. quod reputat menti tenendũ. Idem tenet ipse Angel. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. obligat. decima fallẽtia vbi dicit, quòd vnus casus fallentiæ in quo valet pactum de futura successione, est si filius à patre pecuniã recepit pro sua legitimã portione cum pacto quod contra eius testamẽtũ nõ veniret. nã etiam auctis bonis patris non petet supplemẽtum legitimę: consideratq quòd bona potuerunt etiã diminui. allegat Iac. vbi suprà. Idem Imo. & Rom. in l. stipulatio hoc modo. & Alex. sequitur hanc conclusionem in d.l. pactũ. in fine. Nec obstat d.l. si quando. §. illud. per quam mouentur cõtrariũ tenẽtes, quia ille tex. loquitur quando filio aliquid daretur à patre cum pacto de nõ agẽdo ad supplementum legitimæ: non tamen dabatur sibi tota integra legitima. nostra quæstio loquitur quando pater in vita volẽs præuenire vltimum iudicium assignasset filio totam integram legitimã suam inspe

inspectis facultatibus, quas habebat pater tunc temporis: & latius respondet ad illum tex. Imo. in d l. stipulatio hoc modo concepta. Istam conclusionem probo etiam ex tex. singulari. in l. cum quæstio. de pecul. in §. fi. ff. ad l. Falci. ibi (qui viuus videtur hæredi futuro prouidere) vbi casus singularis qui loquitur in Falcidia, quod non detrahat hæres falcidiam, si testator in vita sua de ea prouidisset hæredi suo. & reperio singulariter ibi Ang. dicentem esse idem in debita iure naturæ. Nec obstat secundum eum d. §. illud. quia ibi filius nõ habuerat integram legitimam. Prȩterea probo etiã sic dictam conclusionem. nam omnes fatentur patrem in danda legitima filio suo posse vltimum iudicium prȩuenire, & illam sibi assignare in vita, vt expressè firmant Bal. in d. l. in successione. & Alex. in l. in ratione. la ij. ff. ad l. Falci. ad finem, & Bar. in l. in quarta. pe. col. ff. eod. & Sali. in l. in successione. probat in d. l. si quando. §. & generaliter. pro quo allego duo iura singularia, scilicet l. Papinianus. §. si quis mortis causa. ff. de inoff. test. & in §. igitur. Insti. de inoffic. testa. vbi tex. dicit quòd quartam debet quis habere ad hoc vt excludatur à querela siue iure fideicõmissi vel legati, siue per donationẽ inter viuos. & idem dicit tex. singularis in l. si non mortis. ff. de inoff. test. per quæ videtur defensatũ primum quod infertur ex dicta

4 conclusione Iac. Butri. † Secũdum quod infertur ex dicta conclusione Iaco. Butri. quòd in casu in quo valeret pactum de non petẽdo plus, puta quia esset assignata filio integra legitima respectu facultatum, quas pater tunc temporis habebat: quod etiã si postea tempore mortis patris facultates paternæ essent augmentatæ: quòd filius nõ posset agere ad supplemẽtũ ratione patrimonij augmentati, & in hoc illũ sequitur & approbat Bal. in l. quãuis. C. de fideic. dum dicit, quòd si pactũ esset iuratũ, ita quod valeret: cùm aliàs ipse ibi sibi cõtrarius nõ concessit valere (vt suprà dictũ est) quòd excluderetur à supplemento, idem Pau. & Alex. in d. l. in ratione. & Bald. in l. fin. in §. & cùm antiquitas. C. de exec. rei iudi. in pe. col. & idem ipse in d. l. in successione. vbi dicit, quòd si pater assignasset filio legitimã in vita, vel quia vult vltimum iudicium prȩuenire, vel quia ex forma statuti filio delinquenti compellitur legitimam assignare, vel quia filius petit alimẽta, pater dicit tolle portionẽ substantiæ quȩ te contingit, vt in Euangelio

Lucæ:

d.l.pactum. Item quia renuntiatio facta per matrē, videtur habere tacitā cōditionē, scilicet si succesſio ei deferatῦ, & sic deficiēte illa tacita cōditione renūtiatio reputatur tanquam nō facta, arg.l.quoties.ad finē. ff. de nouat. & miror de Pau. Cast.qui in d.l.pactū.in ij.col. C.de colla.dicit, ꝙ ratio huius cōclusionis est: quia qui renunciat succesſioni paternæ cū iuramento vult se excludere ab ea si cōtingat eā ad se deuolue re sed si nō deuoluatur superflua est renūtiatio, & habetur pro nō facta & similiter iuramentum præstitū, sicut quādo interuenit stipulatio pura animo nouādi super obligatione cōditionali. nam antequā cōditio eueniat nil operatur: sed ea veniēte eodē puncto debitor obligatur ex prima stipulatione: & liberatur ex secūda l. sub cōditione. ff. de solu. & si conditio nō extiterit secunda stipulatio pro non facta habetur, & refert ꝙ doctores scribentes super hoc articulo non viderūt hanc rationē: sed certè ista ratio prius fuit Bal. apertè illā asſignantis.

6 † Ista cōclusio limitatur dupliciter. Primò nisi quādo nepos deberet venire neceſſario ex persona matris: vt quia cōcurreret cū patruis suis qui sunt priores in gradu, iuxta §. cùm filius. insti. de hære. quæ ab intest. defe. & in auth. post fratres. de legi. hær. & tūc quēadmodū mater exclusa est, ita & filius eius in §. soluto. versi. si verò filiorum. in auth. de nup. Hæc limitatio impugnatur per modernos in d. l. pactum. per Imo. in d.l. qui superstitis. Ad fundamenta in oppositum respondet, vt per Bart. notabiliter in l. quæ superstitis. & in l. liberorum. de verbo. signifi. & in l. j. in §. si filius. ff. de coniung. cum emanci. libe. & in l. ij. C. de libe. præte.

7 † Secundò limitatur dicta conclusio per Roma. [c] in d.l. qui superstitis. scilicet nisi filia accepisſet dotē, aſſerens se sua portione fore contentam, nam tunc secundum eum excluderentur etiā nepotes: nō tantum vi repudiationis: quam ex eo quod mater sua habuit partē, quam ipsi vlterius habere non posſunt. nil allegat ad hoc nisi authoritatem Bal. in d.l. pactū. hanc opi. Lud. Rom. sequitur Old. consi. xl. incipit, breuiter videtur per l. ex qua persona. de regu. iur, & per l. Pomponius. in §. cùm quis. ff. de acquir. posseſſ. contraria opinio videtur verior: imò quod nec etiam tunc præiudicet nepotibus, vt firmat Alex. in d.l. pactum. in iiij. col. Pau. de Cast. idem in d.l. qui superstitis. vbi mouet quęst. si filia accepta dote renuntiauit hæreditati pater

ternę cũ iuramento, si decedat patre viuẽte filij ex ea sint exclusi. dicit primò, quòd videtur quod sic: quia perinde est ac si totam portionẽ quæ sibi tãgebat ab intestato fuisset cõsequuta per ea quæ notat Bal. in l.j.§.penu.ff. de con.ta.sed si hoc esset, scilicet quod totã portionẽ mater sua fuisset cõsequuta, filij ex ea non possent plus petere: cũ nõ debeant bis idẽ cõsequi.l.bona fides.de regu.iur.nã id quod mater fuit consequuta transiuit ad eos: & sic cũ eadem causa contrarium tenet: referens se habuisse istũ casum de facto, & contingere quotidie: mouetur, quia consecutio dotis vel alterius portionis in vita patris si non interuenisset repudiatio cũ iuramento de residuo non petẽdo, non excluderet ipsam filiã quæ dotẽ recepit quo minus, si superuiuat patri posset succedere etiam contra testamen tũ, dicendo ipsum nullũ: si fuit præterita, dummodo quod habuerit conferat fratribus, vel filiis fratrũ cum quibus succedit: vel in suam portionẽ legitimæ illud cõputet. Hoc probat tex.not.in l.si verò.de bonis liber. Illud ergo quod potest eam excludere est repudiatio resi lui cum iuramẽto: sed filij ex ea non repudiauerunt. & nunc veniunt ex persona propria postquam mater in vita patris decessit, licet quodã respectu videantur venire ex persona matris: in quantum veniunt in stirpem. & sic residet. Hoc idem firmauit Bal. in d.l. pactum. in ij. quæst. ad finem quæst. argu.l. Gallus. in prin.ff.de lib.& posthu. de iniust. testa.l. posthumorũ. in §. cùm filius. Insti. de hære.quæ ab intest. & licet isti omnes taceant Bal. & nil allegent: tamen reperies Bar. hoc expressè firmasse in d.l. qui superstitis. vbi loquitur expressè in ca su in quo filia recepit dotem, & renunciauit cum iuramento, quæ decessit in vita patris. concludit non excludi nepotes. Ex quibus habes communem conclusionem in hoc primo casu, scilicet, ꝙ si filia decessisset viuo patre: etiam si dote accepta, & renunciatione facta cum iuramento decederet, nõ obstaret nepotibus: nec illos excludit dicta renunciatio ab hæreditate aui. & hoc de primo casu.

8 † Secundus casus est quando filia quæ renunciauit cum iuramento, prout dictum est, decessisset post mortem patris. & in hoc variauerunt aliqui scribentes: maximè in verbis. nam Pau. de Cast. in d.l. pactũ. dicit ꝙ vbi filia superuixit patri, tunc successio fuit ad eã deuoluta, tanquam præcedentem in gradu. Ideò nepotes ex ea sunt exclusi: & si dicatur ex quo

quo filia excluditur, nepotes debent admitti ex successorio edicto, respondet hoc non obstare, nam ex quo renunciatio facta fuit ipsi patri qui videtur eã recepisse pro filiis suis masculis, illis solis debet proficere argu. l. si actionem. cum ibi not. C. de pact. secus dicit quãdo præcedens in gradu renũciaret simpliciter: non contẽplatione alicuius alterius: sed propter seipsum nolens implicari oneribus hæreditariis. quod dicit verissimum & subtile. propter quod menti tenẽdum: quia secundum eum hoc non est sic bene per alios declaratum: adde gl. quam ipse non allegat, quę tenet hanc opinionem, scilicet, quòd dicta renũciatio præiudicet nepotibus. in d. c. quamuis pactum. in gl. fi. de pactis. lib. vj. idem Bal. in l. si iiij. col. versi. sed hic incidẽter quæritur. C. de pact. tenẽs indistinctè nepotẽ excludi ex eo, quia talis renunciatio habet vim pacti: & parit vniuersali hęredi pacti exceptionem. Vnde vniuersalis hæres aui videtur hoc ius habere ex liberalitate matris: & sic aliud esse hæreditatem delatam matri, ipsam matrem renunciare. & hoc non obstat nepoti per edictum successorium. ff. de inof. testa. l. pater filiũ. & l. si is qui. cùm tunc veniat nepos ex propria persona, & per consequẽs non debet ei nocere materna renunciatio. l. non tantum. in §. si emancipatus. ff. de con. ta. aliud est de hæreditate deferẽda, pacisci non petere eã. nam istud pactum est quædam tacita donatio à matre nepotis in hæredem vniuersalem patris sui collata. & perinde nepos excluditur ac si mater possideret: quia ille possidet qui habet causam à matre. Sicut ergo mater præcedit filium, ita iste possessor habens causam à matre: & sic seruatur de consuetudine secũdum eum. Subdit tamen quòd optima cautela est, quòd verba non sint cõcepta per modum simplicis renunciationis, sed magis in forma pacti de non petendo: quia censetur quædam donatio l. si quis obligatione. de reg. iu. & sic residet. Idem tenet Salic. in d. l. pactum quod dotali. C. de pact. dicẽs, quòd aut nepos venit vt hæres matris, & non est dubium quòd repellitur obstante exceptione quæ matri habet obstare, aut venit proprio iure: & tũc indistinctè cõcludit idem, scilicet, quòd repellatur. Mouetur ex fundamẽtis Bal. licet eum taceat, vt moris sui est. reputat hoc mẽti tenendũ tanquã quotidianũ. Idẽ Bal. in d. l. pactũ. de collat. ij. q. videtur variare aliquid quòd talis renunciatio facta à matre cũ iuramento, non no-

cet nepoti, si fuisset simplex renunciatio, secus si partis debitæ perceptio: nam tunc obstat sequentibus, non vi repudiationis: sed vi successionis: quia succedit in parte sua in xviij. q. eiusdem legis vadit per aliā semitam. idem Bar. in d. l. qui superstitis. licet aliqualiter loquatur magis specificè sub alia distinctione. dicit enim quòd aut si nepotes volunt succedere auo cum filiis eius, qui eis sunt in potiori gradu, & nocet eis matris renunciatio, cū non possunt tunc venire nisi ex persona matris: sed mater erat exclusa, ergo & ipsi. aut volunt venire cum aliis nepotibus defuncti, qui sunt in eodem gradu cum eis: & tunc secus, quia veniunt ex persona propria, & sic factum matris non nocet eis: licet hoc non videatur stare posse: imò etiam isto casu veniūt ex persona matris quod patet quia veniunt in stirpem, nam si venirēt ex propria persona, venirent in capita, vt dicebat Pau. in d. l. qui superstitis.

9 † In conclusione veritas videtur id quod Bal. & Salic. firmant in d. l. fin. quos sequitur Pau. de Cast. in d. l. qui superstitis. scilicet, ꝙ vbi filia superuixit patri, noceat nepotibus eius renunciatio: quia certum est ꝙ statim mortuo patre defertur filiæ hæreditas patris: & eodem instanti succedit virtute repudiationis, propter quam ipsa excluditur: & tota hæreditas accrescit masculo frati suo: non autem trāsit ad suos filios, quod probatur à simili in l. quoties. in §. fi. & in l. Stichum. in §. si ita. in fi. ff. de noua. & sic filiis eius nō nocet repudiatio & iuramētum matris, sed potius superexistētia eius, propter quam hæreditas fuit illi delata tanquam præcedenti in gradu, nō autem filij eius. & exclusio quæ postea subseqnitur ex dicta repudiatione cū iuramento, non prodest filiis, ad quos non transmittitur ius repudiatum. l. si quis filium. de inoffic. test. sed prodest cohęredibus filię, quibus accrescit. C. quando non pet. par. l. vnica. & ita in hoc casu, scilicet, quādo supersunt fratres istius filiæ renunciātis omnes quasi concordāt, quod nepotes qui sunt filij huius filiæ renunciantis excludantur: & sic etiam tenet Bart. in d. l. qui superstitis. quod patet clarè. nam ex quo habet ius accrescendi dictis fratribus exclusione sororis suæ necessario excludūtur dicti nepotes, cùm ius accrescendi potentius est successorio edicto, & sic de necessario nepos qui est sequens in gradu impeditur venire per edictum successorium. l. j. secundum vltimam lecturam glos. approbatam.

C.

C.quando non pet. par. l.cùm emancipatus.in §.qui duos.ff. de con.ta.est casus not.in l.me minimus. C.de leg.hæred.ibi ex secundo gradu.quem Bald.
10 ad hoc ponderauit. †. Teneas
d ergo pro regula communi[d] ꝙ si filia quæ renunciauit, mortua est in vita patris(vt proxime dictum est) non præiudicabit nepotibus: secus si superuixerit patri, vt Bald. & alij fatentur, quæ distinctio satis probatur à simili in l. si quis posthumos. in §. si filium. de lib.& posthum.& in l.si quis filio exhæredato. circa prin. ff. de iniust.testa.vbi filius exhæredatus si moritur patre viuête,non obstat nepotibus ex eo quominus possent venire ex eorum persona ad succedendû etiam contra testamentum, & illud rumpendo si reperiunt se præteritos:secus si superuiuant patri,& sic illud quod ibi dicitur de filio excluso per exhæredationem ex identitate rationis.Idem dicendum in filia exclusa per repudiationem cum iuramento. & sic patet etiam ꝙ si filij filiæ fuerunt præteriti in testamento aui:& filia mortua sit viuo auo,poterunt dicere testamentum nullum de iure communi,secus si mortua esset post mortem patris.& ad hoc propositû reperio allegata dicta iura referêtê per illa sic se consuluisse illo anno Pau.de Cast.in d. qui superstitis. Limita tamen istam regulam communem, quæ habet, vt si filia quæ renunciauit superuiuat patri,noceat nepotibus renûciatio: vt debeat intelligi quando supersunt alij qui erant successuri cum dicta filia si nô renunciasset cum iuraméto, vt fratres vel filij fratrum. sed si non extarent aliqui qui cum illa essent successuri sed alij agnati transuersales in gradu inferiori tunc dicta renunciatio filiæ nô nocet suis filiis. Ratio est quia tunc non deuoluitur hæreditas per ius accrescendi ad dictos trâsuersales : sed ad sequentes in gradu per edictum successoriû.Insti.de succes. cog. §. placebat. sed cum filij eius reperiuntur in potiori gradu admittuntur ex edicto successorio,cùm non supersit alius qui possit eos excludere. ita Paul. in d.l qui superstitis. & in hoc de filiis fratrum expressè dicit contra Bar.in eadem lege.Idê Alex. in d. l.pactû.licet in hoc de filiis fratrû nô se declaret, dicit enim quòd vbi non sunt fratres dictę mulieris:sed sunt alij remotiores in gradu , qui non possunt venire per ius accrescendi , tunc admittuntur nepotes per edictum successorium dato quòd filia quæ renû ciauit superuixisset patri.Bene facit l.si is qui.in princip.ff. de

inoffic.test.& l.fi. de successo. edict. l.j.§. quibus. de success. edi.itaq; vbi supersunt fratres filiæ renunciantis omnes sunt concordes quòd renunciatio præiudicet nepotibus. Idem etiam sunt cõcordes quod vbi supersunt remotiores vt trãsuersales non noceat: sed vbi nepotes concurrunt cum aliis nepotibus, est diuersitas. Secundò limita, nisi renunciatio fieret simpliciter: non in contemplationem alicuius alterius: sed præter seipsum nolẽs implicari oneribus hæreditaris secundum Pau.de Cast.sin-
11 gulariter in l.pactum.†Sed su-
e perest quæstio elegans [e] huic necessaria: si in casu quo nepotes non excluduntur per renũciationẽ matris suæ, si dos seu quantitas data filiæ in dotẽ, ea decedente in vita patris imputabitur nepotibus in legitima, prout matri suæ veniebat imputanda. Hæc est famosa quæstio & quotidiana. pater dedit dotem filiæ suæ: quæ decessit in vita patris relictis filiis: vtrũ dicta dos data filiæ imputetur in legitima eius filiis nepotibus testantis, prout veniebat imputanda matri suæ? reperio Bar. illam mouere, & indecisam relinquere. in l. post dotẽ. in pen.col.ff.sol.mat. sed idẽ Bar. optimè videtur illam decidere in l.in quartã. ff.ad l. falc. refert se vidisse bis de facto: & cõsuluisse ꝙ imputetur d.nepotibus. Refert ꝙ idẽ hodie cõsuleret, si casus occurrisset, quanquã pleriq; aduocati & doctores cõtrariũ dixissent. Mouetur per l.illã.C. de coll. §.fi.vbi text.dicit ꝙ dos data matri, debet à filiis cõferri: & in quartam imputatur, vt in l. quoniam nouella.C.de inoffi. test. quæ lex generaliter loquitur. Secundò per l.omnino.C. eo.ti.vbi nõ requirit tex.ꝙ habeat à patre, sed occasione eius quod pater fecit lucraretur. Mouetur etiã quadam ratione difficili, cui non potest responderi, scilicet, quia quando filia decedit viuo patre cũ liberis de iure cõmuni, dos debet reuerti ad patrem: & non ad liberos.l.dos à patre. C.sol.ma. sed de consuetudine remanet apud virum pro filiis: & sic talis consuetudo non facit illos filios hæredes matris, quia illa dos nõ erat matris: nec matris esse debebat. vnde dicta cõsuetudo aufert ab auo immediatè & dat nepotibus: & sic nepotes non dicuntur habere dotẽ ex persona filiæ matris suæ: sed ab auo, & ex persona ipsius aui merito debẽt imputare. &. refert Bar. ꝙ in hac ratione posuit totũ suũ fundamentũ contra aduocatos patris. Aduerte, & est singularis decisio & menti tenenda in practica. Hęc decisio non placuit Bald. nam in l. il

l.illam.C.de coll. mouet hanc quæst. & refert hoc consilium Bart. in totum reprehendens eius doctrinam: & loquitur iratus nimis, dicens se omnino contradicere Bart. & contra eum consuluisse, & quòd rationes suæ sunt phantasticæ & colloratæ, non efficaces, concludens eum nimium errasse, & loquitur more aduocatorum, nam fuit aduocatus cõtra Bar. in illa causa, vt refert Paul. in d.l. quoniã nouella. & ob hoc vult destruere motiua Bart. & refert Pau. de Cast. in d. l. illã. se audiuisse à Bal. in scholis, ꝙ in dicta causa fuit aduocatus contra Bar. inuehit etiam Bal. in d. l. illam. contra Iaco. But. qui consuluit idem quod Bar. quod studio contradicendi sæpe fefellit Salicet. in l. scimus. in §. repletionem. C. de inof. testa. Ioan. de Imol. in d.l. in quartam. & in l post dotem. ff. solut. matrim. distinguit, quòd aut nepos succedit cum aliis nepotibus, qui sunt sibi pares in gradu: & tunc non computatur in legitima dos matri suæ data. Si autem succedat cum patruis seu auunculis, tunc secus: imò debet computare. Ratio quia tunc oportet quòd succedat ex persona matris: ne excludatur à patruis prioribus in gradu. & hanc distinctionem sequitur Bal. de æquitate in d. l. illam. nihilominus tene opi. Bar. qui habet optimum fundamẽtum, & absonum videtur quòd nepos sit melioris conditionis quàm filius: & iniquum videtur quòd nepotes maiorem legitimam in bonis aui habeãt, quàm fuisset habitura mater ipsorum, cuius loco subrogantur. l. si eum. in §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. Sed cùm mater deberet imputare, vt l. quoniam nouella. ergo nepotes. Item optimè facit d. l. quoniam nouella. quæ vult quòd dos data à matre computetur in legitima: & tamen illa exiuit de patrimonio matris absque spe reuersionis: quia videtur donasse. l. j. §. extraneum. & §. accedit. C. de rei vxo. act. & per hanc legem dicit Paul. in d. l. in quartam. semotum fuisse principaliter ad consulendum, secundum opin. Bart. sequitur Ang. in d. l. in quartã. & Pau. de Cast. ibi dicit. ꝙ licet aliàs opi. Bal. visa fuit sibi vera: tamen postea melius cogitans consuluit pluries secundum opi. Bar. & concludit adhærendum esse Bar. opinioni. idẽ tenet in d. l. quoniã nouella. Idẽ in d. l. illam. vbi refert salua reuerentia doctorem suũ Bal. plurimum errasse. nec Barr. bene perpendisse. idem Ludouic. Roma. in d. l. illam. & consuluit idem Bart. in consilio incip. Gilbertus dedit

dotem.idem consuluit Pet.de Ancha.In consilio quinquagesimo secundũ numerum meũ. incipit.visis diligenter verbis testamenti statutorum.Fundamenta huius opinio.vide per doctores in dictis locis: quia omnes sumpserũt præcipuum fundamentum à Barto.& hãc opinionem sequutus est doctor Alexand. in di.l.illam.& in dicta l.in quartam. Hoc tamen debes intelligere quãdo nepotes habent istam dotem matris suæ & ad eos peruenisset solummodo ex dicta consuetudine:cũ aliàs de iure ad auum deberet reuerti:sed si pater tempore quo dotauit filiam, fuisset stipulatus dotẽ sibi restitui.quo casu videtur eidem donasse & valuit donatio ex causa dotis per l.Pomponius Philadelphus.ff.familiæ erciscun.,vel fuisset sibi in vnum casum stipulatus:& per consequens in altero casu videretur filiæ stipulatus & eidem donasse.vt in l.si cùm dotem.in princip.ff.solu.matri. tunc filij eius idémque nepotes haberent à matre,& tanquam hæredes matris, & sic succedentes auo non computa
f bunt.[f] ita firmat Bald.in d.l. quoniam nouella. quẽ sequitur ibi Pau.de Cast.& in di.l. illam.& in d.l in quartã.& reuerà idem tenuit Bar.in l.post dotẽ in pen.col.ff.sol.ma.licet dubitanter ponat in dicta l.in quartã.& sic Bal.videtur Bar. reprehendisse ex odio:cũ ipse Bart.dixerit illud idẽ qđ ipse Bal.affirmat.Istam conclusionem sequũtur moderni,inter quos est Alexã.in d.l.illam.in pen.colũ.& in d.l.in quartã.& in dict.l. post dotem. secundũ eam consuluit Pet.de Ancha. consilio 50 incipit. visis diligenter verbis testamenti. & in consilio cccxv.incipit dominus Bar.& plures alij sic consuluerunt.voluit Iaco.But.& ibi Bal.aliquid in l.scimus in prin.C.de inof.test.fundamẽtum potisimũ istius conclusionis est,quia quãdo auus dotauit filiam:& expresse vel tacitè est stipulatus dotẽ reddi filiæ solut.matri.tũc dicta dos censetur esse filiæ pleno iure. & sic nepos habebit dictã dotem à matre iure hæreditario matris & tanquam hęres eius, & sic dos vadit ad liberos filiæ vt ad hæredes filiæ vt tenet Barto.& alij in l.post dotem. iiij.quæst.& in dict.l.si cũ dotem eodem titu.per l.inter socerum.in §.cum inter.ff.de pactis dota.ideo iustum & iuridicum videtur quod nepos nõ computet dictam dotẽ in legitimam aui:in qua nõ debet imputare nisi illud quod immediate habet ab auo.l. scimus.§.repletionẽ.C.de inoff. test.per Bar.in l.cum oportet

in princ.C.de bonis quæ libe. ad arguměta contraria respōdetur latissimè per doctores prædictos in antedictis locis: maximè per Alexā.in d.l.illā. ideo hic non repeto.
12 † Hæc, procedūt quādo filia decessit cū liberis patre viuente. Alia quæstio est quādo filia decessit post mortem patris: quę filia aliquid receperat pro dote & integra portione suæ successionis, si nepotes tūc excludantur ab edicto successorio an admittātur ex eo? & debes hanc quæst. intelligere quando non supersunt fratres matris suę. sed sunt alij remotiores in gradu, qui non possunt venire per ius accrescendi ad partem renunciatam & repudiatam per d.l.filiam. nā tunc admittuntur nepotes per successoriū edictū exclusa matre sua per repudiationem vel aliter. l.is qui. in princi. ff. de inoffi. testa. l.fi. C. de edi. succe. l. j. §. quib⁹. ff. eo. quia aliàs quęstio nō haberet dubiū si nepotes essent exclusi. Itaque isto casu, quo isti admittuntur per successoriū edictū. dato quod mater sua decederet post mortem aui, si repellentur in casu quo mater sua aliquid recepisset pro dote & integra portione suæ successionis. & Bal. in d.l.pactum tenuit, quod sic. eo quia filia tunc obstat nepotibus non vi repudiationis, sed vi successionis: quia cum ipsa videatur successisse, non est tractandū quod nepotes veniāt per successoriū edictū. allegat not. per Bart. in l.j. in §. filiū. in iiij questio. de con. ta. quod intelligit Bal. quādo filia accepit aliquid pro satisfactione suæ partis: secus si accepisset vt nullo modo succederet: sed repudiaret, arg. l. fuit. ff. de acqui. hære. Ioā. de Imo. tenet contrariū in d.l. qui superstitis. Sed Alex. in d.l. pact. sequitur opini. Bal. ex eo quia filia habet illud loco successionis hæreditariæ: cui successioni renunciant propter illā portionem quam habuit. ergo sicut propter partē successionis quam habuisset filia ab intestato excluderētur nepotes: ita excludi debent si filia habuit aliquid quod sit loco successionis subrogatum, argu. l. si non mortis. in princip. ff. de inoffi. testamen. quod optimè probatur ex notatis per Bart. in d.l. filiū. & in d.l. duobus. & ibi hoc vult Bal. ff. de leg. j. Bald. & Ang. in l. Papinianus. in §. vnde si quis. ff. de inoffic. testa. Regulariter autem si id quod datum est filio per patrem in præmium emancipationis vel aliàs, quod tenebat imputare in legitima, si decedat in vita patris filius suus, & sic nepos teneatur imputare à patre suo acceptum in aui

successione.vide Sali.in l.scimus.§.repletionem.C.de inoffic.testa.& hæc de quarta limitatione.

SVMMARIVM.

1 *An valeat pactum inter filios de hæreditate patris certo modo diuidenda de consensu & voluntate patris.*

2 *Examinatur veritas dict.Bald. in cap.ad nostram.ii.de iureiurã.*

3 *Renũciatio cum iuramento facta absque voluntate patris de cuius hæreditate agitur an valeat.*

4 *Pactum de non succedendo patri absque iuramento an valeat.*

5 *Si pater præueniens vltimũ iudicium diuisit bona inter filios quã diuisionem filii iuramento firmarunt potest nihilominus pater mutare voluntatem.*

6 *L.ex finalis.C.de pactis.an habeat locum,quando vltra pactũ de hæreditate viuentis interuenit stipulatio circa vnamquamque rem hæreditariam.*

7 *Renunciatio iurata cũ pacto expresso de nõ succedendo etiam ex testamento an valeat.*

8 *Tex.in c.quamuis de pactis.li.vj. an habeat locum in filia viuo patre renunciante hæreditati patris non tamen ipsi fratri,nec ipso consentiente.*

9 *Pactũ factum inter duos de inuicem succedẽdo quando valeat. & de intellec.l.licet.C.de pactis. cum nume.seq.*

12 *Ex duobus in vna eadẽ carta testantibus superstes potest reuocare pro sua parte testamentum.*

13 *Consentiens quod aliquis testetur de re sua testamento morte testãtis confirmato nõ potest reuocare consensum.*

14 *Cautela ad impediendũ quod superstes non reuocet meliorationem vel maioriã factã de bonis cõmunibus videlicet disponentis & superstitis.*

15 *Si inter consentientẽ & disponentem non possit cadere donatio an præiudicat consensus.*

16 *Pactũ reciprocũ donationis:vt superuiuens,vel eius liberi habeant omnia bona decedentis sine liberis an valeat.*

17 *Intellectus.l.regni scilicet l.viij. de las herencias fuero legum.*

ADDITIO.

a *Et hanc doctrinã Bald sequitur Georgi.in rep.c.quãuis pactũ de pactis li.vj.col.iiij.in j.limitatione.vbi dicit esse omni cura memoriæ commendandã.& eã defendit Phi.deci.ab impugnatione Iasin l.fi.C.de pa.in iiij.notab.& sequit idẽ Phi.dec.in cõs.ccccłxxv.co.ij.*

b *Sunt hæc verba Georgij in repetitio.c.quãuis super alleg.co.l.iij.*

c *Quarũ septẽ cum septẽ ampliationibus seu extensionibus ordinauit ibidem Iason.& vide Phil.Deci. consi.xxxj.*

d *Consilium pro iudicibus.*

e *Adde Iaso.in l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de ver.ob.colũ.vij. vbi defendendo opinionẽ Bal.contra Alex.respondet quòd illa verba:etiam ex testamento non sunt superflua:*

superflua: quia debent intelligi contra voluntatē patris, secus autem secūdum voluntatē illius per tex. in l. si patronus alienauerit. ff. de bonis libertorum.

f *Adde Raph. Cuma. in l. captatorias. ff. de hære. insti. dicentē quod si fuisset solū pactum non valuisset, nisi in milite. sed si fuit conditū testamentū: & sequuta institutio nihil repugnat quin valeat, & sequitur Ias. in l. licet. C. de pact. colū. ij. versic. vij. & aliqua de captatoria voluntate. vide per Lauren. calca. in consi. clvij. plura per nostrū autorem in volu. allegatio charta c. cū sequētibus de captatoria voluntate.*

g *Adde late Phil. Dec. in eadem. l. licet. C. de pactis. tertio notabili post Ias. ibi pri. col.*

h *Quod consiliū reperitur, sub titulo de testamen.*

i *De quo tex. meminit Ias. referendo plures commēdationes in consil. xiij. volu. j. incip. puto quod in themate. vbi dixit esse text. concor. in cap. j. in princip. & ibi Bald. not. in pe. col. de prohibita feudi alienatione per fede.*

k *Adde de hac decisione, & articulo plenè per Ias. in consi. lx. ista cōuentio volu. iij. & eundem in consi. clxxiij. circa primum vol. iiij. in iij. col. vbi late.*

1 QVinto superiori † limitationi cōtiguè limita singulariter hanc legē & eius taxationem: nisi inter filios in vita patris præcesßisset pactū de hæreditate certo modo diuidēda de cōsensu, & volūtate patris in qua perseuerasset vsque ad vltimæ vitę exitū. nā attēto tali pacto, & cōuentiōe posset pater inter filios bona sua diuidere nō attenta huius legis taxatiōe. Iste est casus singu. in l. fin. C. de pactis. & licèt ille textus sit vulgaris ego solēnizaui illū nouiter ad vnum propositū, scilicet in x. ampliatiōe ad l. quoniā in prioribus. ver. & quia ego timeo. & ibi vide vtrū hęc limitatio careat scrupulo: cū ibi fundatur quod nō habeat locū in legitima: & si illud esset verū cessaret hæc limitatio. & Bal. † extollit[a] nimis illū text. in c. ad nostrā. el ij. in ij. col. de iureiur. ad hoc ꝙ si filia renūciauit cū iuramēto hæreditati patris viuentis in manib⁹ fratrū & patris: tandē pater in suo testamēto fecit sibi legata quędā, vel voluit ꝙ nō obstante iuramento succedat cū fratribus æquis portionibus: videbatur quod nō posset pater hoc facere, cū iuramētū fuit pręstitū fratribus: & ex eo ipsis ius quæsitū. vnde pater iuri filiorū renūciare non potest. contrariū dicit esse verū. Primo quia Bernardus in d. c. dicit quod iuramentū potest relaxari in testamento. & qa agit ex noua causa de qua prius non fuit cogitatū. Item quia inuito patre, de cui⁹ hæ-

2 a

reditate agitur, non tenet dictum pactum. imo requiritur perseuerantia patris vsque ad mortē, dicit esse casum vnicū in iure. in d.l.fin.C. de pactis. subdens quod licet illa lex sit omnibus nota: tamen, per aliū neminem quàm per eum fuit ad hoc specialiter allegata. & in veritate Bald. loquitur famose, si detractoribus caruisset. nam reperio quendam modernum Mediolanensem qui in d.l.fi.C. de pactis. refert hoc dictum Bald. & loquitur contra eum satis impudenter & inhonestè, dicens Bald. errasse in intellectu d.l.fi. dicit enim quod d.l.fi. loquitur in pacto facto inter tertios de hereditate viuētis. Casus in quo loquitur Bald. est pactū de non succedēdo: in quo nō loquitur d.l.fi. & in pacto de nō succedēdo nō requiritur cōsensus patris, imò firmatur iuramento sine tali consensu, vt in dict.c. quāuis pactū, & sic dicit Bald. æquiuocare ad d.l.fin. Mihi videtur verius ipsum errasse & Bald. subtiliter & rectè loquitur: quia si ponam⁹ casum solummodo, quod filia renunciasset hæreditati paternæ in manu ipsius patris tūc est propria materia pacti de non succedēdo. nec Bal. loquitur illo casu. sed quando vltra hoc dictam paternam hæreditatem renunciasset in manibus fratrum & patris & pro ipsis fratribus, vt Bald. loquitur. quis dubitat, nisi ꝙ ex dicta renunciatiōe efficitur quodammodo inter eos pactū de diuidenda patris hæreditate, & per cōsequens efficitur pactū de hæreditate certo modo diuidenda. vt loquitur dict.l.fina. quo casu vt hoc pactū obtineat in effectu requiritur patris consensus & perseuerantia vsque ad mortem: itaque etiam loquendo propriè in materia pacti de non succedendo iuramēto vallati prout loquitur d.c. quanuis. pactū nō extenditur ad successionem ex testamento vt inquit Bald. in d.l.pactū. per d.l.finalem. & est communis omnium cōclu. & sic rectè locutus fuit Bald. tam in sententia quam in ponderando ad hoc dict.fin.

3 † Et ad conuincēdum inaduerrētiā istius doctoris adduco quandam limitationem positam ad capitu. quanuis pactum. per Fulgosium. in l.pactum.C.de collat. quam sequitur Rapha. Cuma. in l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de verb.oblig. & Alexan. ibi in v.colū. dicunt enim quòd in quātum d.c approbat pactum de non succedendo si fiat cum iuramēto, nō habeat locum quando patre viuente filius non renunciasset ipsi patri scienti, & volenti: sed renūciasset fratribus vel aliis absque

que volũtate patris quia tunc nihil valet talis renũtiatio cũ iuramento: saltẽ vbi pater nõ consensisset. & licet Roma.in d.l.qui superstitis.non admittat hanc limitationem,tamen est vera:& vltra prædictos doctores illam approbant domi. Imo.Pet.de Anch.in d.c. quãuis pactum.moti per tex.in d. l.fin. C. de pac. & si dicatur & hoc facit ad propositum quod d.l.fi.loquatur in pacto de succedendo,seu de hæreditate patris viuentis certo modo diuidenda, quòd pactum nõ valet tanquam inducens votum captandæ mortis,vt in d.l.fi. sed casus in quo loquitur Fulgo. Cuma.Domi.& alij loquũtur in pacto de nõ succedendo. & sic in renuntiatione facta iuri succedẽdi per quod pactũ seu renuntiationem tale votũ nõ inducitur.Ideo firmatur iuramento vt in d.c. quãuis. nam ad hoc respondet Alex. in d.l. stipulatio. & satis ad propositum nostri casus,prout ego dicebam quòd respectu fratrum cum quibus apponitur pactũ: & quibus fit renũtiatio paternæ hæreditatis satis dicitur esse pactũ de succedendo, & de hæreditate viuentis certo modo diuidenda, & sic militat ratio & dispositio d.l.fin. & per cõsequẽs nõ debet valere sine voluntate & cõsensu illius,de cuius successione agit: in qua perseuerat vsq; ad vltimæ vitę exitũ.Nec obstat id quod Bar. dicit in d.l.stipulatio.dũ limitando d.c. quãuis pactũ. dicit quòd pactũ iuratũ sororis factũ fratribus de non succedendo patri,excludit eam à successione intestati. nã illud debet intelligi patre consentiẽte vt ipse & omnes fatentur:& hæc omnia menti teneas ad extensionem d.l. fin.C. de pactis.vt non solùm procedat quando inter fratres fit pactum de hæreditate patris certo modo diuidenda:sed etiam quando filia renuntiasset hæreditati paternæ,non solùm in manibus patris:sed etiã in manibus fratrũ:& pro ipsis fratribus, cùm ex dicta renuntiatione respectu fratrum resultet inter eos quoddam pactum de succedendo, quòd in veritate prius dixerat Cin.per istos nõ allegatus in l. pactum quod dotali. C.de colla.vbi dicit quòd illa regula,quæ habet non valere pactum de non succedẽdo: debet limitari nisi filia faceret pactum de non succedendo ipsis fratribus & cum ipsis pactum celebrañdo,& pater cõsentiret & perseueraret in cõsensu vsq; ad mortem.nã validum esset tale pactũ per d.l.fi. quod bene not.

4 † Plus reperio firmasse Ang. in l. stipulatio hoc modo concepta.ij.col. vbi etiam absque iuramento fir

to firmat valere renuntiationem ipsi fratri factã:seu pactũ de nõ succedẽdo ipsi patri. Ponit exemplũ si filia accepisset dotẽ à fratre viuo patre:& paciscitur cũ eo de non succedendo patri, quod valet illud pactũ etiã absq; iuramẽto patre intestato defuncto:quasi vẽdiderit ius geniture: sicut fecit Esau qui iura primogeniture vẽdidit Iacob, quod nota:quia Ange. nil dicit de cõsensu patris & sic videtur cõtra d.l.fin. Sed tamen secũdũ eũ bene succederet eidẽ patri ex testamento nõ obstãte pacto: nec si aliter diceremus auferretur patri libera facultas testãdi, qđ est contra d.l.pactũ.de pact.& re vera hoc cõcordare videtur cum eo quod Bal. dixit in d.c. ad nostram. vide Bal. in c.j.§. moribus.si de feu.fue. contro. habeo eum corruptum, sed singulariter loquitur, & attende: b quia videtur ibi Ang.sentire valere pactum si filius primogenitus paciscatur cũ fratre de non succedendo in primogenitura cedendo sibi iura primogeniturę motus authoritate veteris Testamenti, vbi Esau iura primogeniture renuntiauit c.quam sit periculosum.vij.quæst.j.glo. in l.quoties.C.de hæred. instit. sentit Bal.in d.l. pactum cõtrarium tenet Roma.in d.l. stipulatio. x. col. versicu. sed certè. per l. quidam in iure.§.fin.ff.de donatio. & per l. ij.§. fina. ff. de his quib.vt indig. vbi iura dicunt nullam esse conuentionem per quam quis de hæreditate viuentis paciscitur: imò tanquam indignus debet illa priuari: improbè enim facit qui de viuentis hæreditate quamuis legitimè à se sperata nimis solicitè agit.ait Iurisconsultus in l.j. in §. interdũ. ff. de vulg.& pup. & dicit ipse quòd non obstat authoritas Esau: quia illa quæ sunt veteris Testamenti, cuius dicta nõ tenentur in hoc nisi in nouo Testamento reperiantur approbata.§.his itaque. vj. dist. notatur in c.fina.de consuetu. per sanctum Tho. ij.ij. quæst. iiij.arti.iij. Roma. respondet in d. l. stipulatio. quod illud ius primogeniturę est cẽssibile.c.licet.de voto.per Archid. in d.c. quàm sit periculosum. quia dicitur esse contra ius naturale deferens successionem filiis æqualiter non inspecto casu natiuitatis. l. scripto. ff. vnde libe. l. cùm ratio. ff. de bonis damna. & sic facilius tollitur, quàm ius succedendi,quod competit de iure communi,arg.l.eius militis.§.militia missus.ff.de testa.mili. & sic videtur residere Roma. in hoc quod ius primogeniture consideratum in abstracto à successione posset per pactum tolli:

tolli: sed nõ vna cum ipsa successione, & in hoc residet quidam modernus repetens d. c. quamuis pactum.iij.col.versi. v.fallit.quos vide: quia non est materia tangens propositum, omitto. 5 † Adde alium & secundum modum ampliãdi d. l.fin.C. de pactis. vt procedat etiam si pater præueniens vltimum iudicium bona diuideret inter filios: quam diuisionem filij cum iuramento firmassent: & hoc fuit singulare verbum Bal.in c. j. in §. item sacraméta.v.col.in versi. quæritur si faciens testamentum. de pace iura.fir.in vsi. feu. vbi dicit quòd fuit quæstio de facto in Rege Aragonum, qui habebat duos filios vni assignauit regnum Aragoniæ: alij regnum Maioricarum, & iurauerunt ipsi fratres dictam diuisionem perpetuò ratam tenere authoritate & consensu dicti Regis interueniēte: postea idem dominus rex fecit inter filios quasdam substitutiones, quærebatur quid iuris? Oldra. dicebat ante omnia esse videndum qualiter iste actus cognominaretur. nam videtur quod esset quædam ordinatio facta à patre supremi iudicij dispositionem præueniens: & inde naturam mutabilem sumens vsque ad supremum vitæ exitum.ff. de inoff. testa.l. nam & si parentibus.ff. famil. hercis l.si filia.§. Papinianus. C.de pact.l. fin. & sic domino Rege mutante voluntatem iuramentum, quod fecerunt inter se fratres viribus euacuatur vel moderatur prout domino Regi placuerit cùm illã tacitam cõditionem videatur habere dictum iuramentum prout aliâs dicitur.C. de non nume.pecu.l.finali. In contrarium dicit facere ex eo quia dicti fratres iurauerunt sub certa forma: à qua non videtur, quòd aliquis eorum posset recedere altero inuito, vt in d. §. item sacramenta. finaliter concludit quòd dictus Rex bene potuit facere dictã diuisionem de volũtate filiorum. Itē quia Rex potuit facere donationem filiis suis etiam in potestate positis propter authoritatem regiam.l.pen.C.de dona.inter vir.& vxo.ita tamen quod si Rex vult quòd donatio sua valeat authoritate regia debet hoc exprimere, scilicet se facere authoritate regia arg.l. bonorum.C. qui admi. ad bo.poss. Finaliter deueniēs ad decisionem dubij principalis dicit quòd supradicta diuisio & dispositio Regis non est donatio inter viuos. de qua loquitur l.vt liberis.C.de colla. & gl. in auth. ex testamento. & in l.si donatio.C.eo.tit. Sed est quædã ordinatio supremi iudicij ordinationem præueniens

niens arg.l.tale pactum.§.fin. ff.de pac. in qua cadit substitutio.ff.de leg.ij.l.vt hęredibus. & sic licitum fuit Regi remutare volũtatem l.iiij.de adim. leg.& per consequens onus iuramenti fuit solutum argu. l. cùm quis decedens,in prin. de leg.iij. benefacit gl. posita in d.§. sacramenta.& tex. in d.l. fin.in versi perseuerauerit.C. de pac. & hanc decisionem nota. quia vidi plures eam allegantes in contrarium, dedit eis occasionem quędam interpositio quam Bal.facit sed ad finem si bene eum consideres decidit vt suprà dixi, scilicet talem ordinationem non obstante iuramento fratrũ posse mutari per patrem Regem & conditionari.& erit hæc notabilis extensio ad d.l.quæ videtur quasi concordare cum prima.adde eundem Bal. singulariter in auth. hoc amplius. C. de fideicõ. in iij. col. vbi dicit quòd filij Regis viuo patre possunt inter se diuidere Baronias pro futuris dissensionibus declinãdis:tamen de consensu Regis in quo perseueret vsque ad mortem.l.fina. C. de pact. non tamen Rex potest promittere: sed permittere, cùm permissio in qua potest habere locum pœnitentia nõ aufert libertatem testandi. & subdit quòd illa lex potest tolli per statutũ regiũ.c.j.§.præterea.de prohi.feu.ali.cùm sit lex animata in regno suo:& sic potest plus quàm lex communis vel cõsuetudo. & his cõclusionibus aliquã dubitationẽ ponere videntur ea quæ dicta sunt suprà in iiij.limitatione.versi.in fortiori casu. dixit Iac.Butr. cogitabis quomodo ista cõcordentur, quia Bal.in d.c.j.videtur loqui quãdo illa nõ esset donatio inter viuos: sed quędã diuisio quæ sapiebat vltimũ iudiciũ.

6 †Et licet illa lex finalis patiatur plures

c limitationes[c] tamẽ quia non est propria materia omittuntur, solũmodo vnũ verbũ hic placuit inserere circa eius intellectũ, hoc est ꝙ illa lex intelligatur in propriis terminis in quib⁹ loquitur, scilicet vbicunq; aliqui paciscũtur super hęreditate tertij certo modo inter eos diuidenda post eius mortẽ: aliàs autẽ si vltra procederẽt cõtrahẽtes,scilicet ꝙ nõ solũ paciscãtur super hęreditate eius qui viuit: sed vltra stipulẽtur ab eo qui sperat hæreditatẽ habere licere vnãquãq; rẽ hæreditariã, & super hoc vt adimpleatur & effectualiter subiiciat stipulationẽ pœnalẽ: nã si mortuo illo de cuius hæreditate agitur, ꝓmittẽs venerit cõtra promissionẽ à se factã cõmittetur stipulatio pœnalis, nisi constaret de fraude,scilicet ꝙ fieret in fraudem.

16 Ad hoc ut per præscriptionẽ possit maioricatus constitui requiritur quòd possidens habeat contra quem possit præscribere.

17 Itẽ requiritur vt præscriptio procedat quòd sint tales aduersarij qui possint cõqueri de præscribẽte.

18 In regno semp debet succedere primogenitus sine diminutione & an illud sit de iure naturali nu.22.

19 In successione regni admittuntur qui sunt de sanguine regio etiam si sint in millesimo gradu.

20 Quid si duo simul filij regis nascuntur vel exciduntur de vtero matris.

21 Primogenitus quando solus succedit debet salua sua dignitate fratres congruè sustentare.

ADDITIO.

a Adde singula.Pan.in consi.iij.in ij.par.consi.incipien.mirar.in præsenti causa.

b Adde latius Ioannem Parisi. in tracta.de primogenitura in quæstione ij.tertij lib.

c Adde singu.& late Maria.socinũ in consil.lxv.visis inuestituris, ij.volu.consil.in vij.col.vbi assignat x.declarationes ad tex.in §. præterea hic allega.

d Adde Phil.de.cõtrariũ cõ ulentẽ in cõsi.ccclxxxix.visa lõga serie informationis.& vi.Alexand.de Imo.consi.xxv.attentis narratis. volumi.v.

e De quo cõsi.Bar.cũ pluribus concordã.& alijs in materia meminit Phi.Dec.post alios in c.prudẽtiã.de offi.dele.co.iiij.adde Alex. de Imo.consi.xxv.attentis vol.v.

f Adde Alex.de imo.in cõsi.xviij. visis capit.col.pe.li.v.& consi.lx. Visis dubitationibus lib.iij.& eũdẽ Alex.in cõsi.xxv.attẽtis.li.v.

g Attende diligenter casus in quibus succedit solus filius maior natu,& quãdo vocatur filius maior an intelligatur de maiori ætate & nat.vi.Alex.cõsi.iiij.volu.iiij.

h Ad prædicta vide famosam l.quæ est nu.41.incipit Mãdamos que el mayoradgo in curijs tauri.anno M.D.V.quæ fuerunt conditæ lapsis iam aliquibus annis postquã hæc scripseram.

i Adde plenᵘ quã alibi in partu gemino quis sit pferẽdus Ioãnẽ Parisiensem in trac.de primoge.lib.j. quæst.vj.cũ quinq; quæst.seq.

k Adde plura per eũdẽ Io. Parisiẽsem in eodem tra.de primogenitura in quæst.xvj.secundi lib.

Secundum

Secundum dubium.

Si por aquellas palabras hago os merced de Valēcia.&c.Con titulo de Duque para vos & para vuestros herederos,& successores.&c.El rey hizo mayoradgo destos bienes para quę en verdad por ellas estos bienes sean de mayorago, y no bienes partibles o si non obstāte aquellas palabras estos bienes sean bienes partibles.

1 PRæsupponitur †Primò ꝙ cùm ista villa remansit in bonis & hæreditate patris harum dominarum:ipsæ vt filiæ habent intentionem suā fundatam de iure cōmuni,quòd debeat diuidi æqualiter inter filios & hæredes dicti patris sui per totum titulum. C. de suis & legiti.hæredi l.inter filios.C.fami.erci.& bona à parentibus relicta præsumuntur libera, non vinculata titulo maioriæ nisi ꝓbetur per hoc allegantem.l.quoniā in prioribus.& l.omnino.& l.scimus. C.de inoffi.test.Semper enim lex amauit æqualitatem inter liberos in bonis parentum l.fin.C.communia vtriusq; iudi l.illud.§.fin.C.de colla. & sic suadet patri quod inter liberos æqualiter testetur.in authē.de nup.§.pe.col.iiij.& prętor dicit,fac æquales liberos. ff.de contra.l.si post mortē.§. fi.& in materia feudali adhuc loquēdo semp res præsumitur libera allodialis nō feudalis c. ij.si de feu.fue.cōtrouer.& ibi Bal.Cū ergo hoc sit ius cōmune indubitatū allegās bona sic esse vinculata,vt ad maiorem natu peruenire debeāt ꝓbāre debet. Secūdò etiā vltra hoc iuris cōmunis fundamentum, cōstat in proposito de origine primi tituli hui⁹ villæ,ꝙ non fuit donata nisi liberè infanti Portugaliæ ab inclitę memorię.do.Ioāne Rege Castellę & Portugaliæ ita vt esset pro dicto infante & filiis suis legitimis,in quorū defectū deuolueretur ad Regiā coronā: & sic nulla facta differentia filij maioris ad minores ęqualiter omnes filij legitimi dicti infantis,cui facta fuit cōcessio & donatio dictæ villæ vocati fuerūt ex dicta donatione ad dictā villā,vt latius hoc cōtinet in dicta prima donatiōe facta anno mille.ccclxxxvij.Constat etiam idem & adhuc pinguius & clarius cōtineri in donatione & confirmatione facta duabus filiabus dicti infantis,cùm ipse sine filiis masculis decessisset:quæ conces-

sio eidē facta fuit à Rege Henrico filio dicti Regis Ioannis nulla facta distinctiōe aut prorogatiua maioris ad minorē. Sed æqualiter ambabus tāquā bona hæreditaria diuisibilia, quę à patre remāserūt fuit cōcessa & cōfirmata dicta villa eisdē, vt latiùs cōtinetur in scriptura super hoc à dicto rege Hērico cōcessa anno millesi. ccc-xcvj. & hoc modo dictarum filiarū nomine earū mater & tutrix accepit & acceptauit possessionē dictæ villæ, vt ex instrumēto possessionis hoc cōstat eodē anno celebrato. Constat etiam per processum ꝙ in diuisione bonorū paternorū, vni dictarū filiarum nomine dña Maria pro portione obuenit d. villa cū alteri sorori d. Beatrix aliæ villę & bona obuenissent. Constat etiā ꝙ comes di. Martini Vazquez & d. dña Maria eius vxor in donatione, quā fecerunt di. villæ d. Petro filio suo, illā fecerūt tāquā essent bona diuisibilia, vt in multis constat ex dicta donatiōe, in qua cōtinetur, ꝙ donant eā eidē pro se & suis hæredibus & successoribus. & ꝙ posset de ea facere tanquā de re propria sua: & ad maiorē validationē, si valere in totū nō posset, meliorauerunt eum in tertia, vt latiùs hoc in dicta donatione continetur. quæ fuit facta anno mille ccccxvij. Cōstat etiam ex reclamatione & reuocatiōe dictæ donationis, quā fecit dicta d. Maria, cuius erat di. villa vxor dicti comitis filia dicti infantis ann. millesi. ccccxxxiij. assignans causas dictæ reuocationis & reclamationis principaliter, scilicet quia hoc fuerat in grauamen & magnum pręiudicium aliorum filiorū. Cōstat etiam ex renunciationibus, quas fecerunt fratres sui dicto d. Petro de portionibus ad dictam villam eisdem pertinentibus: ex quibus omnibus & aliis in processu deductis euidenter constat ab ipso initio vsque ad dictum d. Petrum patrem harum dominarum dictam villam nullo titulo maiori subiectam nec vinculatam, sed liberam ad eum peruenisse: & sic eā in bonis suis reliquisse, vt alia bona libera hæreditaria non subiecta restitutioni filio maiori ex aliquo titulo, sed indifferenter ad omnes filios transmissam: & ita æqualiter inter filios & filias suas diuidendam, secundum iuris cōmunis regulas. Vnde ex hoc frustrātur imaginationes aduocatorū aduersæ partis, qui per testes articulādo voluerūt probare ab initio hāc villam possessam & habitam esse vt bona maioriæ, ita vt ad maiorem natu ex dicta possessione pertinere persuadere conentur

tur. Nam hoc fundamentum funditus euellitur ex antedictis, quia cùm constet contrarium per dictas scripturas frustra recurrendum est ad præsumptiones etiã in factis antiquissimis. Vbicũque igitur ex scriptura deprehẽdi potest veritas actus, qui præcessit & ei⁹ qualitas, non amplius præsumendum est, quàm ipsa cãtet: cùm tunc magis esset præsumere contra scripturam, quã eam ex antiquitate temporis coadiuuare. Hoc fuit de mente Barto. in l. hi qui ad ciuilia. C. de appella. & in l. j. si tutor vel curator. Abb. post Anto. in c. quoniã contra falsam. de proba. xij. colũ. versi. prædict. procedunt, & satis ad propositum ad multa cõsuluit Paulus de Cast. egregiè consil. xlviij. per multa fundamẽta quæ videri poterunt & vitandæ prolixitatis causa omittuntur.

Hæc profectò ad causæ decisionem, fundamentalia principia sufficere debuissent, si aliquibus argumẽtorũ suasionibus ex aduerso inductis satisfaciendum nõ superesset, quæ in imagine quodammodo demulcere aures videntur, si eisdem nõ responderetur. 1 †Ad fundandum enim hanc villam ad maiorẽ natu pertinere aduocatis aduersæ partis illud videtur potissimũ fundamentũ: de quo loquitur text. in dicto cap. imperialem §. præterea ducat⁹, de prohi. feud. alien. in quantum ibi dicitur (præterea ducatus, marchia, comitatus de cætero non diuidantur) & hoc videtur fundamẽtum assignatum in sententia dum in ea dicitur, por ducado indiuisibile. &c. Itẽ adhoc potest induci text. in capitu. licèt de voto. ibi ordine geniturae quem text. Abb. ibi extollit ad hoc, quòd in regnis & dignitatib⁹ secularibus succeditur per filios ordine geni a turæ [a] vt sic progenit⁹ debeat primo succedere. & adducit etiam dictum §. præterea. facit etiam gl. illius capituli licet. ex cuius mente Abb. ibi in secunda colum. dicit esse quòd licèt in rebus priuatis fiat diuisio æqualiter inter filios, vt in authẽ. in successione. de legi. hæred. tamen in dignitatibus progenitus pfertur aliis: & sic poterit secundum eũ cõtingere casus ꝙ alij filij etiam sine eorum causa priuabuntur legitima si pater nil habebat præter dignitatem secularem. Fortè adducent glos. in capit. si hæredes. de testamen. sentit aliquid idem Abb. in cap. prudentiam. in princip. in ij. colũna, de offic. delega. Sed hæc & alia his similia non obstare sic ostenditur. Primò quia tex. illius capit. licèt. per quem se fundat Abb. in quantũ loqui-

tur de successiōe ordine geniture, nō loquit̄ in aliis dignitatib⁹, ad quos eū extēdit Abbas imò præcise loquit̄ in illis verbis in regno. quod clare constat ex litera: nam verum est quod ille filius Regis Vngariæ erat dux vt cōstat ex supra scriptione tamē illa verba ordine genituræ nō diriguntur ad ducatū, nisi ad regnū quod eidem pertinebat ordine genituræ: Hoc euidenter dicit litera ibi (& iure quod tibi si dictus rex sine prole decederet in regno Vngariæ competebat ordine genituræ priuando, & regnum ipsum ad minorem fratrem tuū deuoluendum) cùm ergo illa verba ordine genituræ præcise loquātur in regno, in quo sunt plures rationes diuersitatis ad alias dignitates, quis dedit licētiam Abbati extendēdi illū tex. ad alias dignitates. vt etiā in eis ordine genituræ succedatur, cum erubescere potius debuisset sine lege loqui vt Imperator inquit in §. consideremus. in authenti. de triēt. & semis. Notabile igitur ꝙ Abb. elicit ex text. in quantum illum extendit ad alias dignitates, nō est verum: nec probatur ex textu. & si glos. ibi rectè cōsideretur sic in regno videtur loqui: nam ipsa est situata super parte priuando, quæ loquitur in regno, & dicit quòd ideo nō habet locum diuisio, quia regnū vnicum debet esse & si diminueretur cito per diuisionem destrueretur, & licet aliæ hæreditates diuidantur inter hæredes: sed hic vnus tātū debet esse rex, hæc in gl. cuius intētio clarè aperit ꝙ loquatur in regno. & sic nec tex. nec gl. ꝓbat dictū Abb. intētū. Habeo ad hoc autoritatem Innoc. in dicto capitulo licet. ad fin. vbi sic intelligens præcisè text. & gloss. inquit si esset alia hæreditas præter regnum, filius haberet legitimam: sed in regno secus, quia sectionem non patitur. Idem Bald. in authen. hoc amplius. C. de fidei. in col. ij. dicit quòd in d. capi. est speciale in regno, quia corona nō potest diuidi: cum rex significetur per corp⁹ sphericū ipsius coronæ cuius figura destrueretur si diuideretur in partes, & ordine naturæ vnus debet esse princeps vij. q j. in apibus l. ij. §. deinde quia difficile. ff. de origi. iuris. & Pet. de Anch. in cōsi. cclxxxix incipit ꝓ maiori intelligētia non credit se parū laborasse ad fundandū, etiam ꝙ in regnis succedatur ordine progenituræ. Itaque cū in regno sit casus specialis, vt in eo ordine ꝓgenituræ succedat, ex pluribus rationib⁹ assignatis, q̄ inducūt specialitatis causas, nō solū cessat Abbatis fundamen

damentum: sed ex hoc habeo intentum contra eum, vt secus sit in aliis dignitatibus. Validū enim est in iure hoc argumentum, speciale est in hoc casu, ergo in contrarium est ius commune in aliis l. cùm prætor. ff de iudi. & hoc modo argumentandi arguēdum est in quæstionibus de facto occurrentibus. ff. de legi. l. quod verò. ff. sol. mat. l. si verò. §. de viro. vnde Bal. in autheut. sed si quis. C. de secun. nupt. inquit, quòd arguendo ad quæstio. de facto debet sic argui: hæc lex continet ius singulare, ergo in contrarium est ius commune: vnde ex illo iure communi nō ex iure singulari arguendum est ad quæstio. de facto secundum eum, quòd infert ad plures quæstio. de quibus per eū ibi, vnde simili vitio laborant quædam verba posita per Oldra. cōsi. ccxxxviij. incip. Perlectis & diligenter attentis. vbi inquit, quòd cùm in baroniis datis in feudum, non fiat diuisio, vt in §. præterea ducatus. in hoc casu habebit locum ius primogenituræ, de quo Gene. 25. quia ipse loquitur in feudo, quæ materia separata est à nostra, vt dictū est. Item quia loquitur Abb. absq; fundamento: cōtra hos doctores, & sibi similes facit: quia de iure naturali natura ipsa filios ætatis vel sexus distinctione non habita, successores facit parentum, vt Cōsultus inquit in l. scripto. ff. vnde libe. in fi. l. lege. C. de legi. hær. in auth. de trien. & semi. §. j. l. cùm ratio. de bonis dam. Sunt enim æqualiter pars parentis: ideo iure naturali pariter succedūt vt Philosophus ait 7. Ethico. hinc est quòd ipse idem Oldr. consi. xciij. incip. Eleganter circa negotium melius & maturè cōsiderans, per multa cōcludit esse speciale in regno: vt in eo succedatur ordine geniture: b imò in col. iij. illius consi. valde dubitat in regno de rigore iuris dicens non improbabiliter posse impugnari quandam dispositionem Iacobi Regis, qui iure primogenituræ disposuit liberos suos admittendos ad regnum, cùm iura sanguinis & naturalia quæ omnes vocant, nō potuerunt per ipsum mutari: nec primogenitus solus admitti, & cæteros excludi. Idem quidam modernior Frāc. de Are. in consi. clxiiij. col. iij. Bal. no. in auth. ex testamento. ad fin. C. de colla. vij. q. j. non autem nec illud ius primogenituræ. de quo Gen. 25. c. facit ad propositum: solummodo erat ad quædam quæ numerat gl. vij. q. j. quam periculosum, quæ nihil ad casum. Præterea si bene attento materia principalis illius c. licet. solū est vtrum

filius

filius priuetur indistinctè hæreditate paterna, si nõ impleat voluntatem defuncti. & etiam in hoc patitur plures intellectus, quæ materia non tangit propositũ nostrũ. illud quod Abb. dicit in d.c. hæredes. non facit ad propositum: nec etiam illud quod dixit in d.c. prudentiam.
3 †Nec etiam obstat d.§. prerterea ducatus. in quo videtur aduocatus consistere difficultatem: cùm dicat tex. quod non diuidantur dictę dignitates: ex quo sentiunt aliqui de quibus ante, vt ad maiorẽ natu peruenire debeant. Quod etiam occasionẽ cogitandi tribuit Abb. post gl. in d.c. licet.
c Primò quia ille tex.[c] loquitur in materia feudali. & istæ successiones in feudis multũ exorbitant à iure cõmuni: ideo ad consequentiã non sunt trahendæ. l. quod verò. ff. de legi. vt Pet. de Anch. hoc præsupponit cõsulendo in materia consimili consi. cccxxxix. col. iiij. Sed in proposito hæc fuit quędam donatio pura, & libera facta per Regem dicto infanti, non astricta, nec limitata regulis feudalibus & post eius mortem liberè etiam concessa & confirmata dicta donatio filiabus suis perpetuo translatum in donatarium directũ & vtile dominium, quod est contra naturam feudorum: vbi directum remanet apud concedentem vt in c. j. de inuest. de re. alie. fa. in fi. melior tex. in c. j. in §. fin. ibi, ita datur alicui: vt proprietas rei immobilis beneficiatæ penes dantem remaneat. Vnde sic liberè transibit ad omnes hæredes, prout fieret regulariter in aliis bonis donatis. Sic reperio consuluisse Oldr. in fortioribus terminis, in cõsi. clix. incipit (ex pręsenti themate quatuor videntur, &c.) vbi dicit se consuluisse in ardua quęst. de facto, cùm Rex Carolus secũdus concessisset principi Tarentino eius filio principatum Achayæ per ista verba formalia (donamus, damus, & tradimus: ex causa donationis proprij motus, & inuestimus qcquid habemus in principatu Achayæ ratione feudi aperti, vel alia ratione transferendo directam & vtilem actionem: ita quod non aliũ nisi nos recognoscas in superiorẽ) dubitatũ fuit, an hoc esset simplex feudum: an vera & pura donatio, determinat se in hoc quod nõ esset feudũ. Sed vera & pura donatio: quia cùm Rex dixit in concessione donam⁹, ergo pura & simplex donatio. l. j. ff. de donat. Item quia cùm transtulit directam & vtilem actionẽ, ex quo constat transtulisse dominium directum & vtile: istud est manifestè contra naturam feudorum: maximè secundum eum

attenta persona donantis, qui erat Rex. l. penul. C. de dona. inter vir. & vxo. c. j. de donat. adducit hæc & alia satis ad propositum, nec illa verba ratione feudi mutãt naturã contractus donationis cùm verba deseruire debeant naturæ contractus, non natura verbis, vt in l. insulam. ff. de præscr. verbis. Hoc consilium refert longius Albe. de Rof. doctor antiquus. Bar. contemporaneus in rub. C. de donat. ij. col. cum seq. & illud sequitur: quanto magis in casu nostro, vbi sunt aperta donationis liberalis verba nulla feudi facta mentione transferendo totum dominium. Si ergo mera & simplex donatio non astricta regulis feudalibus cessat. d. §. præterea ducatus. & liberè transmittitur. Hoc idem Bal. sequitur in proœ. feudorum. vj. col. dicens, quòd vbi in feudatarium translatum est directum dominiũ iam recessum est à natura, & regalis feudorum. dignitas autem ducalis non facit feudum, licet inuenta sit ꝓ feudo, vt inquit Andr. de Iser. de feud. march. ij. col. in prin. cùm propriè consistat feudum in immobilibus solo cohærentibus: & istud vult dicere titulus, quis dicatus dux, secũdũ eum. Si ergo id cui adiũgitur titulus ducatus nõ est feudũ: nec ipsa dignitas fecit illud feudum, vt notãter dicit prædictus doctor, quem cæteri sequuntur, cùm feudum consistat in immobilibus, vt in c. j qui. cau. feu. amitta. & dato quòd aliquod dubiũ posset esse: quod est impossibile attentis verbis donationis, semper in dubio res præsumitur libera & allodialis, nõ feudũ secundũ Bal. in c. ij. si de feu. fue. cõtro. & quòd ille §. prẹterea ducatus. nõ habeat locum, nisi in comitatu dato in feudũ, & sic in iuribus feudalibus: nõ autẽ in alia donatione seu cõcessione imperiali. prout fuit in proposito, est casus in l. j. C. si socius liber. imper. lib. x. quẽ ad hoc propositũ illũ not. Iac. Aluarotus in d. §. prẹterea ducatus. in iiij. col. j. opposit. & sequuntur alij scribentes ibi, habentes pro certo, quòd vbi ducatus, aut comitatus liberè cõcessus fuisset à principe, & nõ lege feudali bene posset diuidi. feudum enim est nomẽ consuetudinarium, & vsuale, sumpsit sibi nomen & formam ab vsu: vt omnes dicunt in proœ. feudorum. Bal. in rub. de rerũ permu. Bart. notanter in l. iurisgẽtium. §. quinimò. vj. col. ff. de pact. & sic ille §. præterea. positus est post titu. illũ. hic finitur lex deinde consuetudines regni incipiũt. Cùm ergo iam in regno nostro nomẽ & forma feudi nõ est in vsu, non est

est super quo insistendum sit.
4 †Secundò, quia etiã si essemus in propriis terminis illius §. præterea ducatus. quòd ducatus iste fuisset de sui natura feudũ & indiuisibile, in proposito cessat illius tex. dispositio attenta natura regię donationis & concesionis, in qua continetur quòd dicto infanti donauit Rex dictam villam perpetuò pro se & suis filiis legitimis hæredibus, quo titulo successerũt in ea duæ filiæ suæ quibus Rex confirmauit dictã donationem. Sed vbicunq; comitatus, aut ducatus etiam in feudum cõceditur alicui à Rege pro se, & filiis suis tunc bene diuiditur inter eos talis ducatus sicut alia bona hæreditaria, nisi expresè sub hac conditione donaretur à Rege, ꝙ maior natu succederet. Hæc fuit elegans conclusio in his terminis posita ab Andr. de Iser. in d. §. præterea. in iiij. col. in fi. j. additionis. vbi inquit, quòd si feudum fuisset cõcessum Titio & liberis suis vel hæredibus suis descendentibus: sicut est forma cõcesionum in regno Siciliæ, tunc ad omnes filios æqualiter pertinebit: si non detur ei & concedatur vt habeat iure Francorum: quod est ea conditione, vt maior natu succedat quod est ius Francorũ: hodie dicit fieri aliquas nouas infeudationes sub hac conditione, vt primogenitus succedat. cùm si hoc expresè nõ apponeretur: secus esset in tantum ꝙ pater per prescriptionẽ, nec alio modo posset mutare hãc feudi cõditionẽ, scilicet, vt nõ diuidatur inter suos filios quãdo dicto modo fuit concessa: cùm filij tunc nõ habeant ab eo: sed ex munificentia dantis secundum eum. probatur apertè in c. j. an agnatus vel filius. §. & licet. vbi idem tenet dicens ꝙ pater habẽs feudum pro se & filiis ex concedentis prouidentia, debuit considerare, ꝙ subiacebat restitutioni: & sic non poterat alienare authenti. res quæ. in vita sua habuit tãtum post mortem non à se sed beneficio concedentis prouenit ad filios. facit de succesio. feu. in princi. Conclusiuè igitur cùm dicta villa concessa fuit pro se, cum tit. ducatus. etiam si in feudum venit diuidenda inter filios, quòd punctualiter sine contradictione hoc dubiũ videtur decidere: & hæc determinatio præstitit magnam opem in cõsulendo Alexandro, qui secundum eam consuluit in his terminis quæstionis nostræ in causa quorundam comitum Ioan. & Azo. in tertia parte consiliorum. consi. lx. secundum numerum meum incipit, Visis dubitationibus. quibus addo tex. notabi. in c. si

cui.

cui.verſic.tenorem.de capitulis Corradi.vbi eſt caſus,quòd in feudis attenditur tenor inueſtituræ quæ Bald. in prœmio feudorum ad hoc allegat. Eſt etiam caſus in c. j. de duobus fratribus. Et cum hac determinatione & concluſione videtur concordare quædam l. ſingularis in quarta partita.titu.xxvj.l.vj incipit, los feudos. fin. verbis. quæ diſponit quòd comitatus aut alia dignitas regalis nō trāſit ad filios:niſi expreſsè hoc diſpoſuiſſet Rex concedens, ſcilicet, quòd dabat ei comitatum pro ſe & filiis & nepotibus:quo caſu indiſtinctè dicit tranſire in filios non conceſſa prærogatiua maiori natu.

5 †Tertiò, quia in propoſito noſtro eſt adhuc plus in facto: quia videtur eſſe de voluntate & conſenſu principis,quòd dicta villa diuideretur: hoc manifeſtè conſtat ex ſecunda conceſsione & confirmatione quā fecit Rex Henricus dictis duabus filiabus prædicti infantis de villa: & adhuc dixit non ſolùm confirmare: ſed eiſdem donationem ſiue conceſsionem facere, declarans etiam pluribus rationibus eiſdem pertinere ex dicta prima donatione poſt mortem dicti infantis. Cùm ergo ambabus in diſtinctè & indifferenter, liberè & ſine aliqua conceſsione eiſdem conceſsit & confirmauit: cui dubium niſi quòd manifeſtè voluntatis ſuæ conſtat eſſe, vt inter eas diuideretur? Vnde licet illæ regales dignitates non diuidantur, hoc eſt verum, niſi ex cōſenſu Regis, quia tunc bene ſunt diuiſibiles,ſic in terminis inquit prædictus Andr. de Iſer. in c.j. in priu.paulò ante finem. de feu. mar. idem ſentit in princi.illius cap. & ſic dicit debere limitari illum §. præterea ducatus.idem tenet ibi in princ.d. §.præterea. idem ipſe in d.§. præterea ducatus. in princ.& Iac. Alua.in ij. col.dicūt quòd ille §. faciens dictas dignitates indiuiſibiles debet ſic intelligi & limitari, niſi ex priuilegio ſpeciali principis factæ eſſent diuiſibiles:ita quòd ex certa ſcientia principis diuiderentur per l.de quibus.ad finem.ff.de legi. & ſentit Bal. ibi loquēdo in conſuetudine. Idem ipſe Iaco. de alie. feu.§. ſi in ij.col. videtur mihi caſus licet ipſi nō allegēt in d.c.imperialē.in princ. de prohi.feu. alie. per Fede. & in c. j. de eo qui cōtra cōſti.lotarij.& in ti. qualiter olim feudū amit. po. poſt princ.cùm ergo ſic fuit in propoſito,vt ante dictū eſt,ceſſant argumēta.

6 †Quartò,& incōuincibiliter aut dictā conceſsionē iudicamus donationem puram nō ſubiectam regulis

gulis feudalibus: & casus est sine dubio, cum transeat indistinctè ad omnes donatarij hęredes: imò in eorum defectū per ius accrescendi ad consortē donationis, vt est ille text. notab. in l.j.C.si socius Impera.liber.libro x.imò valde fauorabiles in commodū donatariorum & hæredum eorum iudicantur istæ donationes à regibus factæ.l. sancimus.C. de donatio.l.cùm multa.C.de bonis quæ libe.l.penulti.C.de donat.inter vir.& vxo.facit l. las cosas quel Rey diere foro.ll.libro quarto.titulo delas donaciones. & in ordina.Regis Alfonsi en Alcala. titu. de la significacion de las palabras, aut hanc donationē vocamus feudū, indiuisibile propter titulū ducatus cōcessum cum villa, quod est potissimum fundamentum aduocatorū partis aduersæ ad gaudendum dispositione d.§.prę terea ducatus.& tunc negotiū habet minus dubium attenta facti qualitate. Nam præsupposito quod esset feudum, vt ipsi volunt, euidenter constat ꝙ dictus infans primus Dux & donatarius decessit absque filiis masculis relictis duabus filiis fœminis: quo casu feudū illud tituli ducatus à Rege Ioanne concessum dicto infanti fuit finitum, & consumptū, cùm filia fœmina secūdū propriam naturam feudi non succedit in feudo. in c.j. de g[...] success.io. & de succe. feu. c.j. Inde est quòd cùm in dicta cōcessione prima fuit facta mentio de filiis legitimis dicti infantis, debet in feudis intelligi de filiis masculis, non de fœminis.c.j.de alie. feu. Cùm ergo illud feudum fuit extinctum, & Rex Henricus cōcessit & confirmauit dictam villam ambabus filiabus purè liberè & simpliciter nulla facta mētione feudi, nec tituli ducatus, clarū est ꝙ ex d.dispositione liberè peruenit ad eas dicta villa, & illa fuit causa, quare truncatus & extinctus postea fuit titulus ducatus, nec ipsa filia d.Maria, nec ei⁹ maritus duces vocati sunt, nec amplius cōtinuatus fuit titulus: & sic nullo modo ex dicta prima cōcessione infanti facta, possunt aduocati inducere fundamentū feudale. Præterea quia, vt ante dictum est, in quantum tex. in d.c.licet. dicit ordine geniture: præcise loquitur in regno omnimodo conclusio Abb de qua vt supra caret fundamento, & simili vitio.

7 † Omnibus ante dictis adhuc cessantibus dico, ꝙ etiam si essemus in propriis terminis illius c. imperialem.§.præterea. nullo modo ex eo potest fundari dictā villam ad maiorem natu pertinere. Nam solummodo ille text.

text. dicit, quòd ducatus non diuidatur, sed quòd ex hoc inferatur consequentia necessaria, ergo ad maiorem natu pertineat: nec ille tex. hoc disponit, nec iuridico fundamento hoc ostendi posse [d] arbitror: imò stant ista simul, quòd non diuidatur, tamen nihilominus pertineat ad omnes hæredes, non ad maiorem natu solummodo, quod sequentibus fundamentis ostenditur. Primò, quia vbi dux aut comes decessisset pluribus filiis relictis omnes erunt comites: & sic videtur ꝙ pariter succedent in comitatu, licet comitatus non diuidatur. hoc sentit Bal. in d. §. præterea ducatus. apertè in col. iij. dicens ꝙ si comes decessisset relictis duobus filiis simul, & in solidum comitibus, quòd si vnus eorum esset proditor regis, quòd alter frater fidelis nõ debet diuidere cum rege partem proditoris. nam cùm ille comitatus nõ potuit diuidi per contractum: ergo nec propter delictũ, & sic præsupponit pro constanti quòd ille comitatus à patre relictus, licet esset indiuisibilis: nihilo minus pertinebat ad filios suos æqualiter. Idẽ sentit paulò pòst in eadem col. (ibi pone duo fratres marchiones) idẽ apertè ibi alius doctor moder nus. hoc etiam sentit Iaco. de Alua. in §. in feudo. de alie. feu. in fi. j. col. vbi inquit, quòd dato quòd sint plures hęredes in hoc feudo: tamẽ reputãtur pro vno solo, cùm succedant in loco vnius, ipsi tamen hæredes non possunt diuidere substantiam & corpus feudi: hoc videtur habuisse pro constanti Io. And. in addi. ad Spe. ti. de feudis. in rub. col. iij. versic. redeundo ad indiuiduum, vbi mouendo quæstionem de comitatu, quod est quid indiuisibile, vt in d. §. præterea ducatus. quęrit quis præferatur nepos vel eius patruus? præsupponit, quòd ille ducatus fuit expresse datus pro se & primogenito: vel quia erat lex regni vel consuetudo primogenitum succedere. vnde habuit pro constanti, quòd non ex hoc solo ducatus pertineret ad primogenitum: nisi super hoc præcederet regia concessio aut consuetudo. Secundò, hoc in terminis melius quàm alius determinauit prędictus doctor And. de Iser. in d. §. præterea ducatus. in prin. per duas columnas, vbi incipiens titubare: si ad maiorem natu peruenire debeat: tandẽ sequutus alios in hoc finaliter se determinat, concludẽs quòd comitatus etiã si nõ diuidatur, vt ibi, non ex hoc debet deuenire ad maiorẽ natu: sed omnes filij sunt hęredes, & habebunt comitatum, aut mar-

chionatum pro indiuiso. Sed diuidere non possunt sine consensu principis, nisi in casu quo probaretur ex concessione, seu priuilegio vel consuetudine, aut legitima præscriptione talia bona pertinere ad maiorem natu: & illud est viuere iure Francorum, quæ omnia cessant in proposito: & loquitur notanter & satis ad propositum, in tantum quòd vbi comitatus esset in feudum concessus pro aliquo & eius filiis: vt fuit in proposito dato, quòd per patrē præscriptum fuisset tāquam bona maiorię, non præiudicaret talis pręscriptio filiis tanquam bona sint subiecta restitutioni eisdem ex munificentia concedentis: sed omnes æqualiter succedēt præscriptione non obstante. Quod est notandum. Idem tenet in c. j. an agnatus vel filius. Tertiò pondero text. in d.§.præterea. qui rectè consideratus fundat hoc contra partem aduersam. Nam cùm ille tex. dicat, quòd non diuidantur illæ dignitates: ex eo videtur præsupponere, quòd in eis succedunt hæredes, & non maior natu, quia frustrà tractaretur ibi si possent diuidi vel ne: si ad maiorem natu deberent peruenire. vnde non sequitur, nō diuiduntur, ergo in eis succedit maior natu: sed magis sequitur contrarium. s. ꝙ cùm ibi Imperator venit ad determinandum si possent diuidi vel non: videtur habuisse pro constanti pertinere æqualiter ad omnes hæredes: quia si ad maiorem natu pertinerent, frustra esset insistere super diuisione inter cohęredes, vtrum posset fieri, vel ne: quæ videtur mihi recta consideratio, licet non reperiam scribentem aliquem ad hoc aduertisse. Quartò in eisdem terminis quidam doctor magnę authoritatis & famæ apud Italos Franciscus de Aret. nomine, consi.clxiiij.incipit. Diligēter & maturè discussis. in iij. col. versic.& pro istorū verborum declaratione apertè firmat nō esse bonam consequentiam ꝙ ex eo quod in d.§.præterea ducatus, dicatur vt comitatus nō posset diuidi, ex hoc sequatur pertinere ad maiorē natu: imò in contrariū est de iure secundum eum per fundamēta, quæ ibi latiùs explicat, quæ videri possunt. Idem sentit Bal. in d. §. præterea ducatus. in princ. Quintò quia tex. in d. §. præterea ducatus, solùm dicit ꝙ non diuidatur comitatus, aut ducatus: sed si pertineat ad omnes hęredes licet pro indiuiso, vel ad maiorē natu, hoc ibi nō determinatur & sic remanet in dispositione iuris communis: vt s. ad omnes hæredes pertineat: licet pro indiuiso: quia

casus occurrētes in feudis, qui non reperiuntur expressè decisi & determinati in legibus & constitutionibus feudorū, debent decidi & determinari secundum ius commune. gl. no. & Bal in c. j. de feu. cogni. & in §. prȩterea ducatus. iij. colum. idem firmat ipse Bald. in c. j. §. mulier. si de feud. fue. contro. dicit filios æqualiter succedere in feudis, vbi non apparet aliter decisum in legibus feudorum. facit de gra. succes. c j. Item quia si ex d. §. præterea ducatus. qui dicit quòd comitatus non diuidatur, deberet inferri quòd ad maiorem natu pertineat. Ille intellectus esset subintellectus ad d. §. cùm ibi hoc expresſè non disponatur, & ex tali intellectu induceretur multorum iurium correctio, quæ disponunt regulariter bona parentum diuidenda esse inter omnes filios. Sed habeo gl. notab. in c. cupientes. in §. quòd si per viginti de ele. li. vj. quòd vbicunq; lex loquitur per verba obscura suppleta, vel subintellecta, nunquam ex ea debet induci alterius iuris correctio. Sextò non valet ista consequentia: hoc est indiuisibile, ergo pertinet ad maiorem natus quia contrariū est de iure, cùm etiam ea quæ indiuisibilia sunt, nihilominus transeunt ad omnes hæredes

1 æqualiter. † Ad hoc facit elegans consilium Bar. [c] in terminis consil. clxxxix. incipit. Primò quæritur, vbi quærit quid si essent filij multi vnius comitis mortuo patre, quomodo succedent in comitatu? & dicit quòd si cōsideretur iurisdictio & imperiū, cùm omnia castra quæ dimisit pater fuerunt vnius comitatus & vnius comitis tale ius est indiuiduū, vt in cap. imperialem. in §. prȩterea ducatus. similiter ius quod quis habet in vassallos est indiuiduum: sicut iura libertorum. in c. j. §. omnes. si de feu. fue. contro. ergo competit omnibus comitibus filiis hæredibus dicti comitis in solidum sicut alia iura realia. ff. de verb. oblig. l. ij. §. ex his. versi. ex quo quidē fami. herc. l. hæredes. §. antepen. si verò consideretur exercitium seu administratio iurisdictionis, quilibet diuisim potest exercere in parte sua secundum diuisionem inter eos factam, sicut videmus in tutoribus: vt licet ius ipsum sit indiuiduum. ipsa tamen administratio potest diuidi, vt est ille casus notabilis in l. inter tutores. de admini. tuto. ecce ergo duo, quæ eleganter ad propositum determinat Bar. ibi. Primum & hoc tanquam indubitatum quòd mortuo patre comite, qui habebat comitatum in feudum, & omnes eius filij pariter, & c.

in solidum succeduntin comi tatu, & ad omnes transibit: licet sit indiuisibile, vt in d.§. præterea. & sic est falsum dice re,quo ad maiorem natu. Secundum quòd licet comitatus & eius iurisdictio sit indiuisibilis: tamen eius administratio, & exercitium bene est diuisibile,quod est notandum in proposito. Hanc vltimam con clusionem firmauit ipse Bart. dicens sic habuisse de facto in l.inter tutores. ad fi. de admi. tut.Idem Bal.in d.§.præterea ducatus.dicit ꝙ licet dominiũ sit apud omnes hæredes:insolidum tamẽ administratio potest diuidi in his feudis dignitatũ, de quibus in proposito: itaq; transire ad omnes hæredes,ista licet indiuisibilia omnes præsupponunt pro indubitato. vnde Bar. notanter & fortius dixit in l. si vni ex pluribus. in versic. v. quæro. ff. de re iudi. quòd si comes decessisset duobus relictis hęredibus, quòd per quemlibet eorum in solidũ posset iurisdictio exerceri per l. ij. §. ex his. cum gl. ff. de verb. oblig. Eundem sequuntur in hoc aliqui moderniorum. est verum quod Guliel. de Cug. in l. j. ff. de offi. cõsul. melius hoc videtur considerare, dicẽs ꝙ iurisdictio est apud quemlibet filiorũ comitis in solidũ: sed exercitiũ erat apud omnes simul: & sic vnus eorũ solus nõ posset iudicare. debent ergo ponere omnes simul vnũ iudicẽ: & hoc placet Paul. de Cast. in d. l. si vni: ne subditi in plures iudices distinguantur.arg.l.j.in fi. cũ l. seq. ff. de exerc.& in l.cùm fundus. in fi. de cond. & demon. & sic dicit habuisse de facto de partibus vrbis Romæ. idem Bal. in d l.j. & sequitur Ant. notabiliter in c.prudentiam.de offi. deleg. vtroq; casu fundatur intentus noster: sufficit igitur ad propositum nostrum, quòd omnes firmant & præsupponũt: ꝙ licet comitatus, & eius iurisdictio sit quid indiuisibile: tamen ꝙ æqualiter transit ad omnes hæredes, licet ipsi non diuidant, vt in d. §. præterea ducatus. Item quòd administratio seu exercitium diuidi posset. Vnde quidam modernior Cardinalis, nunc viuẽs, qui etiam aliquid scripsit super libro feudorum in c. j. §. si fuerint. qui. mo. feu. ami. sic exemplificat posse fieri diuisionem comitatus, quo ad filios comitis quo ad commoditates ipsius comitatus: & And. Sicu. in c.prudentiã. de offic. deleg. xvij. col. ij. §. j. dicit sic accidisse in domino Thadeo de populis dominio ciuitatis Bononiæ: quòd cùm eidem successissent in dominio dictæ ciuitatis duo magnifici filij sui, nõ diuiserunt dominium, nec

iurisdictionē, sed exercitium quo ad tempus: quia vnus eorum vno mense stabat in palatio exercens dominium, & iurisdictionem: sequenti mense alius. & sic pacificè dominati sunt per xvij. annos. Inde est quòd vbi essent duo domini alicuius castri vel ciuitatis pro indiuiso, si nō conuenirent in illius administratione seu dispositione, superior debet prouidere vt alternis annis habeant regimina. probat glos. not. in c. licet. xvj. q. iij. quam ad hoc propositū extollit Abb. in c. si. in ij. col. de re iudi. idē tenuit Angel. & post eum moderniores in l. ij. in §. ex his. ff. de verb. obli. Constat ergo ex antedictis non esse veram consequentiam, comitatus non potest diuidi, vt in d. §. præterea. ergo non transit ad omnes hæredes, sed ad maiorē natu: imò contrarium est de iure: cùm videamus etiam ea quæ indiuisibilia sunt ad omnes filios indifferenter transire, vt in specie ante dictū est: & sic inquit Bal. in d. §. præterea. in prin. & vltra prędicta de hoc sunt iura expressa. tex. notab. in l. ij. §. ex his. ff. de verb. obli ibi (stipulatoris, itineris, vel viæ hæredes singuli in solidum habeant actionem.) l. eadem. §. Cato. eiusdem tit. l. hęredes. §. auia. ff. famil. hercis. ibi: sed omnibus hæredibus. l. vna in fine. ff. de serui. rusti. prædio. in fine. aliàs l. si vnus. ibi plures hæredes reliquerit: commoditas tamen bene diuiditur. ff. de aqua quotid. & æsti. l. Lucio. §. fin. cum l. sequen. vbi in seruitute aquæductus, quæ licet sit indiuidua: tamen eius commoditas seu exercitium diuiditur, vt ibi determinat consultus. bonus tex. iuncta glo. in d. l. si partem. ff. de seruit. rusti. præd. ibi fiat eius aquæ diuisio. vnde licet seruitus sit indiuisibilis. l. via. ff. de seruit. ad legem fal. l. j. §. si vsusfructus: hoc est verū vt seruitus, sed aquæ commoditas diuiditur, vt ibi inquit gl. optimus tex. & melior omnibus in l. arbor. in fi. ff. comm. diui. vbi apertè loquitur in re indiuisibili in substantia, ad quam concurrunt plures hęredes. dicit tex. (aut mēsura, aut tēporibus diuidantur.) & cum gl. in l. communi diuidundo. ff. communi diuid. dixisset de feudo indiuisibili inter hæredes, subdit Bal. ibi illud esse verum quantum ad plenam diuisionem. fructus autem & commoditates bene possent diuidere inter se. probat notab. tex. in §. & cùm de vsufructu eiusdē l. facit l. Lucius. ff. famil. hercisc undæ. vbi est casus singularis, ꝙ minoribus permissum est prædia diuidere quo ad culturā & redditus

licet regulariter prohibita sit eius diuisio.per quam legem quidã doctor antiquus disputãdo determinauit,quòd minor poterat prouocare ad diuisionem fructuũ.Quod Bal.ibi reputat notãdũ.accedit bonus tex.in cle.si.de iure patro.vbi est casus,ꝙ licet ius patronat⁹ sit indiuisibile,vt text.dicit in c.j.de iure patro.nihilominus trãsibit ad omnes hęredes,qui vocẽ duntaxat vnius habebũt in pręsentatione rectoris.subdit notãter text.quòd licet sit quid indiuisibile: nihilomin⁹ exercitium poterunt diuidere cõueniẽdo inter eos de rectore ab eis alternis vicibus præsentando. bonus text. iuncta glo.in di.cap.j.de iure patro. facit etiam conclusio notãda. Andr.de Iser.in d.§.præterea ducatus in fi.addi.vbi concludit,ꝙ si pater emisset aliquod feudum indiuisibile,ꝙ secundum eius naturam pertinere debet ad solum primogenitũ: quã extimationem primogenitus conferre tenetur cũ fratribus: solummodo dicit fratres nihil,nec in extimatione habere: quando rex vel alius hac conditione expressa dedit & concessit feudũ patri,ita ꝙ veniret ad primogenitum,cũ rei suæ potuerũt apponere legem & conditionem,quã voluerunt.l.in re mandata.C. mãda.cùm ergo in proposito ista cõditio,vt.s.ad primogenitũ veniret dicta villa,nec fuit apposita in prima cõcessione, nec in secũda imò cõtraria.s. indifferẽter pro omnib⁹ filiis, cessant argumenta. benefacit quod Barto.scribit in l.j.in §. nec castrẽse.ff.de coll.bo.Bal. & Sali.in l omnino.§ imputari.C.de inof.tes.moderniores in l.si duo patroni.ff.ad trebellia.qui tenẽt idẽ quod Alb.in

10 feudo & emphiteusi. † Præterea (vt credo) in hoc regno bona seu villæ dominorũ habentiũ comitatus,aut ducat⁹: diuidũtur inter filios,licet titulus ex regia cõcessione maneat apud maiorẽ:nisi vbi cõstat de maioricatu ex regia licentia vel aliàs legitime constituto.imò fortior cõsuetudo in aliis partibus obseruatur. Nã cõmuniter in Italia,& in certis partibus Alemaniæ, & certarũ prouinciarũ,pręter regnũ,dignitates,ducatus,marchionatus,comitat⁹,& his similes æqualibus portionibus diuidũtur illa feuda sicut cætera bona f cõtra d.§.præterea ducatus,sic inquit Ioã.And.in addi.ad Spec.de feudis.v.col. versi.non omittam.Simile dicit And.de Iser.in d.§.præterea.in princ.ꝙ seruatur in marchionibus Lombardię,qui diuidũt:& quilibet dicitur marchio. idem dicit in §. omnes filij.si de feu.fue.controuer.&

Aluaro

Aluarotus in d.§. omnes filij. dicit ꝙ in Lõbardia,& in Alemania,& in Ferraria,& in foro Iulij.& in aliis partib⁹ istæ dignitates diuiduntur, ita vt omnes descendentes dicuntur marchiones, & comites: sed ex cõsuetudine has dignitates esse diuisibiles omnes ponunt pro indubitato in d.§.prætereà.& in aliis locis vulgo notis:& per ista licet semiplena, & decurtato calamo perstricta sub correctiõe videtur iuridicè satisfactum dubiis assignatis protestãs nil aliud affirmare,nisi ꝙ iuridicũ sit: & omnia submittens correctioni & iudicio meliùs de iure sentientis.

Sequitur lectura.

11 † Adde etiam & tene menti aliud,quod in dictis dignitatibus & territoriis earũ succe-
g dit maior natu g iure primogenituræ,nec inter alios filios diuiduntur. Primò si probaretur per priuilegium vel testes,ꝙ cõcedẽs feudũ sic dedit & concessit,vt primogenitus in eis succederet sine aliorum diuisione:quia cõcedẽs potuit rei suæ imponere legem, quã voluit.ff.de pac.dota.l.ob res.
12 C.man.l.in re manda. †Secũdò erit idẽ si illi de domo illa sunt in quasi possessiõe sic viuendi iure Frãcorũ ꝙ primogeniti successerint in illa domo.nã tũc onus probandi cõtrariũ incũbit alij fratri:& donec illud probet vigore dictæ quasi possessionis maior natu in sua possessione tuẽdus est, arg.ff.de probatio.l.si fili⁹.& per ea quę not.gl.in l.nõ igno-
12 rat.C.qui accu.nõ pos. † Tertiò,si maior natu ꝓbet,ꝙ inter antecessores eorũ fuit de hoc quæstio,& fuit iudicatũ, ꝙ illi de domo illa sic viuere debent,vt maior natu succedat.Nã hæc sentẽtia erit præiudicialis omnibus,quãdo in cõtradictione declaratur eos viuere tali more.ff. de legi.l.cũ de consuetudine.C.quæ sit longa cõsue.in fin.gl.rub.vel si bis fuit iudicatũ in decẽ annis,vt ibi plenè dicit. Quartò si fortè his deficiẽtib⁹ probet maior natu, ꝙ ille à quo causam prætendit tenuit per xxx. annos,solus tanquã primogenitus sciente & patiente alio fratre,qui iure Longobardorũ vocabatur ad successionem cum illo qui se primogenitum dicebat:per ea quæ notantur in c.cũ ecclesia,de cau. pos.& propriè.in fin.& in ca. cũ dilectus.de consue.per Bernar.& Inn.nã cũ is qui cõtendebat se primogenitũ possedit xxx.annis,in visu alterius, qui poterat iure cõmuni dicere bona esse diuisibilia,& ipm debere partẽ habere:habebit locum communis præscriptio

xxx.ann.ſecundū An. de Iſer. Subdit tamē ꝙ tuti⁹ eſt in tāto tēpore ꝓcedere binū actū, ꝙ duo cōpetitores fuerūt excluſi tanquā in feudo,in quo viuebatur iure Frācorū,quod eſt,vt maior natu ſuccedat argumēto eius quod dicit de ſecūda cōfeſsione.C.de agrico. & cen.l.cū ſcimus.& certè ſecundū eū tuti⁹ eſſet de tribus & quatuor actibus talibus.Ad finē videtur reſidere,vt ſufficiat præſcriptio xxx.ann.Hęc omnia fuerunt verba literalia dicti Doct.And.de Iſer.in d.§. præterea ducatus ij.col.verſi. ſed nūquid ſit neceſſe vſq; ad finē.quę perpetuò cōmenda ad maioricatus noſtri regni.nullibi em̄ ita expreſsè reperies caſus vbi maior natu ſuccedat. & hoc apertè & eleganter determinat ipſe:& vt eius intentionē capias,intelligas eū: ſic ꝙ iure Francorū dicuntur viuere aliqui quādo maior natu debet ſuccedere in bonis paternis abſque diuiſione Iure Longobardorū viuere dicuntur ècontra quando bona inter filios diuiduntur. Mouet ipſe quæſtionē quomodo probabitur,quòd in marchionatu ſeu aliquibus villis & locis viuatur iure Francorum,quod eſt tantum,ac ſi diceret, quomodo poteſt probari quòd in certis bonis ſuccedatur iure maioricatus & primogenituræ:ita quòd in eis maior natu ſuccedat abſque diuiſione?reſpōdit & decidit prout maximè relatum eſt.Sæpiſsimè vidi arduiſsima negotia ſuper his ventilari in domibus antiquis illuſtrium virorum: nec vnquā ad hoc propoſitum vidi allegatam hāc determinationem.& hæc faciunt ſingulariter ad ea quæ dixi in x. ampliatione ad l.quoniā in prioribus.

h [h] Vnum perpetuo nota ꝙ ad hoc,vt per pręſcriptionē poſſet maioricatus conſtitui ſeu fundari.requiritur,ꝙ poſſidens habeat contra quē poſſet præſcribere. vnde ſi quis poſſediſſet aliqua loca tanquā primogenitus,qui nō habuiſſet alium fratrem:& ſic nō habuiſſet comparem vel collegam cōſortem in ſucceſsione per quoſcunque annos poſsideret non præſcriberet: quia nō poſſet vti iure ſuo,qui aduerſarium non habet:& quia maior dicitur reſpectu minoris & primogenitus reſpectu ſecundi geniti.ff.de rebus dubiis.l.qui duos.& ſic vbi non eſt ſecundo genitus,non poteſt dicere primogenitus ſe præſcripſiſſe tanquam primogenitus.Hoc fuit elegās verbum Andre.de Iſer.in dict.§. præterea ducat⁹.in prima addi.quod not.& vidi in arduiſſima cauſa probatū eſſe quædam loca magni valoris poſſeſſa

fessa esse solùmodo per vnum descendentem à tempore valde antiquo: attamen quia ex alia parte fuit articulatum & probatum nũquam fuisse nisi solum vnum descendentem, nec duos in pari gradu repertos fuisse: vt sic posset causari præscriptio ratione primogenituræ cùm nunquã fuit secũdo genitus: ideo pronunciatũ fuit dicta bona esse diuidenda inter filios descendentis: nunquam tamen vidi allegatã hãc determinationẽ ad hoc propositum ab aliquo. & satis hoc videtur esse de mẽte dictæ legis Thauri proximè allegatæ.

Adde etiam, quòd ad hoc, vt posset causari præscriptio in maioricatu, requiritur, quòd sint tales aduersarij, qui potuerunt conqueri de illo, qui sic præscribebat aliàs contra per ea quæ notantur in capit. abbate. in vltima glo. de verb. signifi. l. Attilicinus. ff. de serui. vrba. præd. vnde infert prędictus doctor in d. §. præterea. prima additione. quòd si Titius habuit tres filios: Titiũ, Caium, & Seiũ, si Titius præscribat contra Caium modo prædicto possidendo tãquam maior natu in solidum & contra Seium nõ potuit: quia minor vel alia causa nil præiudicat Seio, cùm res inter alios acta &c. Subdit etiã eleganter dictus doctor secus esse si pręscriptio inciperet à patre. Vnde si Titius qui pręscripsit ius Francorũ, & sic ius viuẽdi iure maioriæ decedat duob' filiis relictis: tũc indistinctè præiudicatur eius filiis: & tunc ex persona patris videtur obstare secundo genito suo factum patris sui præscribentis istud ius Francorũ, seu primogenituræ vt hoc grauamen feudo appositũ per factũ patris noceat filiis postea nascituris ar. C. de libe. & eorũ libe. l. ij. ibi filius. &c. quod probat: nam si possidẽs dicitur feudatarius: quia tãto tẽpore possedit, vt in §. si quis per xxx. si de feu. fue. controuer. & sic mutat conditionẽ: ergo & res possessa quæ ratione personæ alia res efficitur, vt dicatur feudum francum non Longobardum. ff. de acqui. hære. l. Pau. C. de inoffi. test. l. fi. in fi. Vnde si quis Longobardus & tãto tempore sicut Francus stetisset pater vel antecessores à quibus prouenit feudum, Francus censebitur ipse & filius sicut ille qui steterit: vt colonus tanto tempore. C. de fundis reipublicæ. l. eũ qui. lib. xj. & in d. §. si quis per. xxx. Ex prędictis habes pulchra & noua ad maiorias nostri regni. Et in his regalibus dignitatibus seruãda est consuetudo. probat text. singula. de alie. feu. §. in feudo. quod Bald. reputat notãdum & fixè

menti tenendum in capi.j.in colũ.ij.de feudo marchiæ. de quo latius dixi supra in x.ampliatione ad l.quoniã. ꝓ quo facit quod legitur in d.cap.licet de voto.xij.q.ij.cũ deuotißimã.de supplen.negli.prę-la.grandi.lib.vj viij. q.j. Moses.xc.dist.legimus. Cõclusiuè igitur tene regnũ & alias dignitates,de quibus ante indiuisibiles esse prout ante di-
18 ctũ est. †Et in regno hoc est indubitatum,vt semper in eo primogenit⁹ succedat sine aliqua diuisione.nam vt ante dictum est,vnus debet esse princeps,nec duo reges possent ad inuicem se compati.vnde pręclare Luca.in j.Pharsaliæ contra Cæsarem & Pompeium.

O malè concordes nimiáque cupidine cæci,
Quid miscere iuuat vires orbémque tenere?
In medio dum terra fretum terrámque leuabit
Aer:& longe voluent titana labores:
Nóxque diem cœlo totidem per signa sequetur:
Nulla fides regni socijs,omníſque potestas
Impatiens consortis erit.

Et vt refert Iustinus lib.xj. Darius postquã vidit duobus prœliis se victũ esse ab Alexãdro,scripsit eidem Alexandro gratias agens,ꝙ nihil in suos hostile fecerit offerẽs sibi maiorẽ partẽ regni vsq; ad flumẽ Eufratẽ & alterã filiã vxorem pro reliquis captiuis xxx.milia talẽtorũ,cui Alexãder magnificũ respõsum misit dicẽs. gratiarũ actionẽ ab hoste superuacaneã esse,nec à se quicquã factũ in hostis adulatione nec quod in dubiis belli exitus aut in legẽ pacis sibi lenocinia quæreret:sed animi magnitudinem qua didicerit aduersus vires hostiũ non aduersus calamitates cõtendere.pollicetúrque se præstaturũ Dario pacẽ quã petebat si secundus sibi nõ par haberi velit,qa nec mundũ posse duobus solibus regi, nec orbem summa duo regna saluo statu terrarũ habere.proinde aut deditionẽ eadẽ die aut in posterã aciem paret.Et pulchrè ait Luci⁹ Florus lib.iiij.ꝙ trucidatis Cæsare & Pompeio licèt maxima bella renouari ceperũt gratulandũ tamẽ in tanta perturbatione esse quòd potißimũ ad Octauiũ Cæsarem Augustum summa rerum rediit, qui sapiẽtia sua atque solertia perculsum vndique & perturbatũ ordinauit imperij corpus, quod ita haud dubiè nunquã coire & consentire potuisset, nisi vni⁹ ꝑsidis nutu,quasi anima & mente regeret.Et ideo in magnã Laudem Põpei refert Luc.de eo in primo Pharsaliæ,

saliæ. Nec quẽquam ferre potest Pompeiúsve parem, Cæsárve priorem. & secundum eundẽ Luca. Primus fuit idem Alexander, qu[illegible]vt solus orbi imperaret hanc regnandi libidinem inuenit, quod testatur ipse in 10. nõ vtile mundo editus exẽplum: terras post posse sub vno esse viro, &c. Et etiam in morte voluit hanc potestatem secum deferre, ita vt post eius mortem non regnaret vnus solus. vnde Luca. de eo sic ait,

Qui secum inuidia quem totum ceperat orbem,
Abstulit imperium nullóque hærede relicto,
Totius facti lacerandas præbuit vrbes.

De quo idem scriptũ est Machab. 1. quòd constituit prælia multa, & obtinuit omniũ munitiones & interfecit Reges terræ, & pertransiit vsq; ad fines terrę, & accepit spolia multitudinis gẽtiũ & siluit terrã in cõspectu eius, & congregauit virtutẽ & exercitũ fortẽ nimis & exaltatũ est & eleuatũ cor eius: & obtinuit regiones gentiũ & tyrannos, & facti sunt illi in tributũ: & post hæc decidit in lectũ & cognouit quia moreretur, & vocauit pueros suos nobiles: qui secũ erant nutriti à iuuẽtute sua: & diuisit illis regnũ suũ cùm adhuc viueret, &c. licet Iusti. in lib. xij. ad finẽ aliter de Alexãdro narrat dicẽs, ꝙ veneno sibi dato quarto die indubitatã mortẽ sentiẽs agnoscere se factum maiorũ suorũ ait, nã plerosq; eacidarũ intra trigesimũ annũ defunctos tumultuãtes, deinde milites insidiis perire regem suspicãtes, ipse sedauit adeo sicut in hostem, ita & in mortẽ inuictus animus fuit, & cùm deficere eũ amici viderẽt, quærũt quẽ imperij faciat hæredem, respondit dignissimũ. tanta illi magnitudo animi fuit, vt cùm Herculẽ filiũ, cùm fratrem Arideũ, & cùm Roxanem vxorẽ prægnãtẽ reliquerit, oblitus necessitudinũ, dignissimũ nũcuparet hæredẽ, prorsus quasi nephas esset viro forti alium quàm virũ fortem succedere, aut tanti regni opes aliis quàm probatis relinqui. Sed sexto die præclusa iam voce digito a[illegible]lum Perdicę tradidit. Quæ res gliscentem amicorum dissensionẽ sedauit. Nam & si nõ voce nuncupatus hæres: iudicio tamen videbatur electus: sic decessit Alexander mense vno, annos tres & triginta natus, vir supra humanam potentiam magnitudine animi prædit⁹. Hic tanta dominãdi cupiditate incensus erat, quòd cùm Anaxarchus Philosophus, videns Alexandrum nitentem regiones Orientales occu[illegible]are, & ad insulas

sulas Occeani exploratores dirigere: ita vt quàm citius posset dominus totius orbis fieret: videns quòd interminabile opus aggrederetur, dixit ei frustra eum tāta assumere, ad quorum finem peruenire non posset: cùm ex doctrina Democriti præceptoris sui mundos innumerabiles esse constaret, cui Alexan. Heu me miserum, quòd nec vno quidem potitus sum. Est verum, quòd principio rerum gētiū nationúmq; imperium penes reges erat, quos tamen ad fastigiū huius maiestatis non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio prouehebat. Populus nullis legibus tenebatur, arbitria principū pro legibus erant fines imperij tueri magis quàm proferre: mos erat intra suam cuique patriam regna finiebantur. Hæc Iustinus lib.j.c.j. vnde subdit quòd primus omnium Ninus Rex Assyriorum veterem & quasi auitum morem noua imperij cupiditate mutauit. hic primus intulit bella finitimis: & rudes adhuc ad resistendum populos ad Libiæ vsque terminos perdomuit: & licet temporibus antiquiores fuere vxores Rex Aegypti, & Scitiæ, Rex Tanais quorum alter in Pontum, alter vsque Aegyptū excessit, sed longinqua non finitima bella gerebāt, nec imperium sibi sed populis suis quærebant contenti victoria, imperio abstinebant, vt ibi latius Iustinus.
19 † Et in successione regni non solùm succeditur ordine primogenituræ: verùm etiā in perpetuum admittitur sanguis regius quocunque gradu sit. vnde in regno, seu in regni successione dicendum est, quòd si moreretur tota domus regia, & extaret vnus de sanguine antiquo, puta de domo Borbonæ, & nō esset alius proximior: esto quòd erat millesimo gradu tamen iure sanguinis & perpetuæ consuetudinis succederet in regno Francorum, nòn obstante, quòd in aliis successionibus post decimum gradum admittatur fiscus: tamen in regno non potest succedere fiscus, sed ipse sanguis, qui perpetuus est. hæc Bal. singulariter si de feudo marchię c.j.iij. col. Item dicit seruandum in successionibus illustrium comitum & baronum, qui ab imperatoribus habuerunt feudū iam sunt quingēti anni, quòd mortuo vltimo comite siue hęrede succedunt quicunq; agnati, etiam si centesimo gradu sit. Mouetur, quia vbi feudum de acquirente fecit transitum ad descendentes ex eo, & tunc transiuit ad descendentes in infinitum. si vassa. feud. priue. c.j. vbi est casus nota. & etiam ad

ad transuersales descẽdẽtium. quòd dicit valde notandum.

Adde, quòd vbi primogenitus esset insufficiẽs, posset rex dare regnum secundogenito, vt fecit rex Dauid. Nam consuetudo regni de præferendo primogenitum non debet interpretari contra vtilitatẽ totius regni. ff. de legi. l. quòd fauore. Ita inquit Bal. in authenti. hoc amplius. col iij. C. de fideicom. & vide Bart. & Bal. in
20 l. j. C. de summa trin. †Adde etiam, quòd vbi est consuetudo, quòd primogenitus succedit in dominatione, si nati
i sunt duo: [1] nec apparet de ordine, formosior & robustior prefertur: quia præsumitur robustior celerius exiisse de carcere materni vteri, per tex. famosum. ff. de reb. dub. l. si fuerit. §. fin. secus si exciso vtero extracti essent: quia tunc vterque erit dominus regni & sigillum eorum vocabitur sigillum geminorum, & sic parem habebunt cõditionẽ. hæc Bal. singulariter in prima constit. §. itaque. in ij. col. & licet Bal. nihil allegat, tu adde Ioãnem Andr. in additio. ad Specu. in rubri. de feudis. qui expresse mouet dictam quæstionem in iiij. col. nec bene se determinat: sed refert se audiuisse in quibusdam locis seruari, quòd ambo succedant, sed ipse inclinat, quòd aut sorte dirimatur, aut si esset feudum recurretur ad dominum feudi, vt honestiori & prudentiori illud assignet: & si pares essent possent gratificare. vide eum.

21 †Vnum tenebis mẽti, quòd si duo nascantur ex eodem fœtu vel vtero, primò egrediens habebit ius primogenituræ. hoc probatur singulariter Gene. xxv. vbi Rebecca perrexit, vt consulat dominum, qui respondens ait, duæ gentes sunt in vtero tuo, & duo populi ex ventre tuo diuidentur: populúsque populum superabit: & maior seruiet minori. Et iam tempus pariendi aduenerat: & ecce gemini in vtero eius reperti sunt, qui primus egressus est rufus erat, & totus in more pellis hispidus, vocatúmque est nomen eius Esau. protinus alter egrediens plantam fratris tenebat manu, &c. & sic licet ambo egressi sunt ex eodem fœtu primus egrediẽs obtinere debet maioriã, & illum textum ad hoc propositum reperio allegatum per Ioan. Andr. in d. additio. & ibi est etiam casus, quòd hoc ius primogenituræ est de iure diuino; in quantũ dicitur, quòd illud ius primogenituræ fuit venditum per Esau, ipsi Iacob: facit Gene. c. 27. vbi apponuntur verba, quę pro benedictione maioriæ, seu primogenituræ Isaac protulit in filiũ suum Iacob,

Iacob, cogitans illũ maiorem & seruiãt tibi populi, & adorẽt te tribus. esto dominus fratrum tuorum & incuruentur ante te filij matris tuæ, &c. quod relatum est ad Hebræos 11. Ista omnia menti commenda. Adde etiam quòd Rex potest determinare in vita sua quis sit Rex an secundogenitus, an filius primogeniti. Bal. in proœ. decretalis. col. ij. allegat notata per Archi. ij. q. vij. §. item obiicitur. Item reges sunt patroni in ecclesiis. not. Archid. lxiij. dist. c. dilectus. & Bal. in proœm. decret. col. iij.

Vnum tene menti quòd vbicunque hæreditas ex cõsuetudine debetur primogenito, alij filij non debent mendicare: sed est eis assignandum tantum per primogenitum attenta facultate & dignitate principatus, vnde possent congruè substẽtari: ita tamen quòd tantum remaneat primogenito, vnde posset honorificè regere principatum. seruata ergo integritate principatus subueniendum est aliis filiis. [k] Et

k idem vbi ex consuetudine hæreditas defertur primogenito debet subueniri suis fratribus iuxta facultatem hæreditatis aliàs consuetudo esset irrationabilis secundum Abba. post alios in d. c. licet. Ideo Bal. dicebat in l. cunctos populos. C. de summa tri. & fi. ca. pen. col. quòd licet valeat statutũ, quòd primogenitus succedat, debet sic intelligi, dum tamen postea geniti habeãt alimẽta cùm debeantur de iure naturali: de quo latius dixi suprà in illa quæstione si statutum, potest tollere seu minuere legitimã.

23 † Prædictis finaliter adde de iure naturali hoc esse, vt maior natu succedat in regno. Testatur Iusti. in lib. ij. vbi refert ꝙ Darius pater Xerxis, decessit relictis multis filiis in regno, & ante regnũ susceptis, ex quibus Arthemanes maximus natu ætatis priuilegio regnum sibi vendicabat, quod ius & ordo nascentibus, & natura ipsa gentibus dedit: porrò Xerxes controuersiam non de ordine, sed de nascendi felicitate referebat, nã quòd Arthemanẽ primum quidem Dario: sed priuato peruenisse, se regni primũ natũ, hoc certamen concordi animo ad patruum suũ Anafarnem, veluti ad domesticũ iudicẽ deferunt, qui domi cognita causa Xerxẽ præposuit, & refert Iustinus quid mirabile contra litigantes hodiernos, quòd adeo fraterna contentio fuit, vt nec victor insultauerit nec victus indoluerit. Ipsóque litis tẽpore inuicẽ munera miserũt, & iocunda quoq; inter se non crudelia conuiuia habuerint tanto moderatius: tũc fratres inter

ter se regna maxima diuidebant, quanto nunc exigua pa trimonia partiuntur. hæc ille.

SVMMARIVM.

1 *An sicut filius legitimatus per oblationem curiæ non potest à patre meliorari sit idem in filio legitimato per rescriptum principis. & nu. 2. & 3. late.*

4 *An possit legitimari filius ut succedat in certa portione tãtum vel in ea quæ patri placuerit. & numero seq.*

5 *Filio legitimato, an possit imponi grauamen in legitima, & qualiter à parentibus sit impetranda legitimatio.*

ADDITIO.

a *Et idem in quolibet legitimato nisi fuerit legitimatus per subsequens matrimonium secundum Cur. se nio rem. consi. lxxiij. incip. super memorata. in v. char. versi. transeamus modo ad tertiam: vbi quàm plurima tradit in materia legitimationis.*

b *Adde Anto. de Rosel. in tract. legitimationis in fi. q. ij. partis, & vide quæ scribit Phil. Dec. in cõsi. cclxxv. in causa qua luce. pe. char.*

c *Adde quod hæc opinio autoris potest confirmari ex iis quæ scribit Barth. Sozi. consi. lxv. vol. iij. col. ij. & ex allegatis p Phi. Dec. cõsi. cclviij. licet Cur. in alle. cõsi. lxxiij. char. vj. colligat sex differentias inter filios ex legitimo matrimonio natos & spurios legitimatos.*

d *Adde quod hæc talis non dicitur propriè legitimatio, sed dispensatio quæ non habet effectum legitimationis de quo vide Pau. de Cast. in l. adoptiuum. §. patronũ. el ij. ff. de in ius voc. Alex. de Imo. in l. pactum quod dotali. C. de collat. & eundem in cõsi. xxv. circa primũ. col. iij. lib. j. & in consi. vlti. perlectis verbis. lib. v.*

e *Hodie vltra hoc dispositum est & statutum per quandam l. editã in curijs Taur. anno M. D. V. Quod cera missæ & expẽsæ funeris deducantur, de quinto cum alijs legat. gratiosis, & non de corpore patrimonij: etiam si contrarium disponat testator. & est l. numero 30. incipit, La cera*

1 Duodecimò † limita hanc legem nõ habere locum in legitimato per oblationem curię: quia istũ talẽ pater nõ potest meliorare. Casus est in l. cõmuniũ rerũ. C. de na. lib. vbi tex. dicit, ꝙ pater in testamento nõ potest filio legitimato ꝑ oblationẽ curię relinquere, nisi tãtũ quãtũ vni ex filiis ex legitimo matrimonio procreatis, cui minima portio relicta est. Idem disponit tex. in auth. qui. mo. nat. eff. sui. §. proinde. & §. quoniã. collat. vij. & dicebat Ang. elegãter in d. §. quoniã. quod idẽ seruandũ esset in legitimato per rescriptũ prin-
2 cipis: a ita quòd tali filio, nec titulo donationis, vel institutionis nõ poterit pater plus relinquere, q̃ vni filiorũ cui minus relinquit: sic resideț Ang. per

per d.§.quoniã.subdens secus esse in legitimato per subsequens matrimoniũ:quia tunc ab initio censetur habere ius legitimorum in §.si verò solum.qui. mo. natu.effi.legiti. famosum verbum est,si fundamẽto nõ caruisset,ad grãdem huius legis limitationem.sed nullum allegat fundamẽtum nisi dictũ §.& quoniã. qui loquitur in casu diuerso. Ego reperio Bal. in expresso hoc idẽ firmasse in c.per tuas.de maio.vbi aperte allegat ad hoc d.§.& quoniam.quod legitimatus per rescriptum principis,non posset consequi à patre suo plus quàm vnus de legitimis & naturalib',cui minus esset relictum.vnde infert singulariter,quòd si ex forma statuti stantibus masculis fœmina non succedat:sed sit contenta dote,siue ex testamẽto, siue ab intestato:si quis decederet cum filiis legitimis & naturalibus,& cùm filia dotata,& filio legitimato nõ poterit plus consequi ille filius legitimatus, quàm habuerit dicta filia.Subdit etiam quòd sic debet intelligi priuilegium principis legitimantis aliquẽ: vt succedat vna cum aliis legitimis.quod est notandũ:& illud verbum Bal. extollit valde dominus Alexan. & transit cum eo in l. necessariis. de acquiren.hæred.penul.col. licet in l. ex facto. §. si quis rogatus.penul.col.ff. ad Trebel.dicat se non ponere pro constanti.& cum hoc dicto transiuit etiam quidam doctor Mediolanensis in l. vnica. col.xiij.C. quãdo non peten.par. Et idem Bal.in d. l. communiũ rerum. ad fi.sentit hoc,dicens in finalibus verbis,nota hunc tex. ꝙ filio legitimato non potest pater plus relinquere quàm legitimè nato: sed nõ aperit plus.

z † Mihi[b] autem non videtur
b tutum hoc affirmare. vnde iustius considero, quòd iudicio meo ex d. l. communium non potest sumi illa æquiparatio, quam Ang. & Bal.fecerunt de legitimato,per oblationem curiæ ad legitimatum per rescriptum principis. nam ego video, ꝙ pater etiam si habeat filios legitimos, potest legitimare naturales per oblationem curiæ. Casus est in d.l.cõmunium,in fi.& in §.perinde. in prin.quib.mod.na.effi. sui. collat. vij. Idẽ per subsequens matrimonium,vt in §. tribus. eiusdem auth. Sed per rescriptum principis non potest fieri talis legitimatio existentibus legitimis in eorum præiudicium.Iste est casus in §. quis ergo.quib.mod.na.effi.sui.ibi (filios legitimatos non habẽs) & in vers.& hoc dicimus.idem Bar.in §.si igitur,eiusdem authen. Ad idem est casus in §.si quis

quis verò.qui.mo.nat.effic.le. ibi(si quis verò non habens filios legitimos:)& ibi.(nõ existentibus.) & ibi.(liceat igitur sicut prædiximus patri si legitimam non habeat sobolem filios restituere naturæ) & vtrobique Bar.& Ang.idem Salic.in auth. Item si quis. C. de natu. lib. nisi fieret mentio in rescripto,ꝙ habeat liberos legitimos:& in rescripto dicatur non obstante tali lege secundum eum. Ideò caueas ne decipiaris à quibusdam verbis generalibus positis per Ang. vbi summat sic. §. si quis igitur. qui.mod.na.effi.sui.nota, quòd licet pater posset legitimare filios in præiudicium legitimorum:nõ tamen ipsi hoc possunt facere. Vnde infert,ꝙ comes habens potestatem legitimandi bene posset ad petitionem patris hoc facere stãtibus legitimis nõ ad petitionem ipsorum:nam malè loquitur sic generaliter, sed debes illud restringere ad legitimatũ per oblationẽ curiæ; vt expressè ibi text.loquitur: & sic in eo quod dicit de comite dicit falsum, & sic fecit Ang. in aliquibus. §. eiusdem authen. summans generaliter in omni legitimatione. Ideò non credas ei, donec videas literam tex. cùm ergo d.l.cõmuniũ.loquitur expressè in legitimatis per oblationem curię, nec posset intelligi vel extendi ad legitimatos per rescriptũ principis, cùm permittat legitimare,etiam legitimis existentibus, cùm illud sit apertè prohibitum in legitimatos per rescriptum principis, sequitur, quòd non potest rectè fieri illa illatio,quam fecit Ang. de legitimatis per oblationem, in qua loquitur dicta lex ad legitimationẽ per rescriptũ principis,in qua ipse loquitur,cùm sit maxima ratio differentiæ. Præterea per legitimationem factam per rescriptum principis filius restituitur primis naturalibus:quia de iure naturali nulla erat differentia inter filios naturales & legitimos in §.si quis verò,in auth.qui.mo. natu.effi.legit.ibi(nec à principio quando sola sanciebat.) & sic per legitimationẽ nihil de nouo cõfertur, sed amouetur obstaculũ à iure ciuili introductũ,& filius reducitur ad primæuũ ius naturæ, ita vt nihil à legitimis differat, vt in d.§.si quis verò ibi(ad ipsam deducẽs naturã.)& ibi(filios restituere naturæ) & ibi(nihil à legitimis differẽtes)& ibi(nec ius legitimorũ abiicere) & in §.si quis ergo filios.in authen. qui mod.nat.effi.sui. optimus tex.& singularis in §.adoptionis eiusdem auth.vers.quapropter, ibi(nam sunt in cæteris ab initio legitimis, oportet

etiã in eis fieri successiones.) per quem tex. dicit Bart. in §. tribus eiusdem authen.ꝙ legitimatio per rescriptum principis est, idem quòd legitimatio per matrimonium: & sic cùm nil differat à veris legitimis, videtur quòd quemadmodum melioratio permissa est in vno: ita & in alio sit permissa. Præterea in tantum aufert hæc legitimatio obstaculum & reducit ad primæuum ius naturæ. quod Bart. in d. §. si verò his. versi. qualiter legiti. fieri in ij. notab. dicit, nota hunc text. ꝙ legitimatus per rescriptum principis succedit fratribus agnatis & cognatis patris: & è contra, nam secundum eum habet legitimatus illas successiones actiuè & passiuè, quas habent qui ab initio sunt legitimi. Idem tenet Spec. in ti. de successio. ab intesta. §. j. versic. de legitimatione. Idem Bal. in d. l. communium rerum. melius Bart. ibi dicens, quòd omnibus ascendentibus, & ex latere agnascuntur, & omnibus illis actiuè & passiuè efficiuntur legitimi successores, cùm reducantur ad ius primũ naturæ, quo iure ius sanguinis cõtrahebatur inter inuitos sicut hodie cõtraheretur inter legitimè natos. ff. de pactis. l. ius agnationis. Idem quidam modernior canonista in capit. per venerabilem. in §. quod autem. colum. ix. qui filij sint legitimi. Azo. Idem in summa. quib. mod. natu. effi. sui. §. in successionibus autem, dicens, ꝙ per omnia omnes legitimati succedunt vt legitimi, preterquam legitimati per oblationem curiæ: quia illi habent suos modos succedendi secundum eum. Idem consuluit Ang consi. xxxiij. verum est, ꝙ ista opinio non est sine aliqua contradictione: nam Iaco. de Belui in §. filium. qui. mo. na. effi. sui. tenet contrarium: imò quòd legitimatus per rescriptum principis non succedat, nec sortiatur effectus legitimorum, nisi solummodo quo ad legitimantem. Idem ibi Ang. dicens, quòd filius legitimatus non efficitur legitimus, nisi quo ad legitimantem, non autem succedit aliis agnatis & cognatis: licet Ang. illud dicat summando illum tex. qui solummodo loquitur de legitimatis per oblationẽ curię: & sic Ang. in d. auth. semper loquutus fuit nimis confusè & generaliter. Sed hanc conclusionẽ reperio in specie firmasse Bal. in l. cùm in adoptiuis. in iij. colum. de adoptio. dicens, quòd legitimatus non succedit aliis agnatis nec cognatis, nisi princeps hoc expressisset in legitimatione, scilicet, vt omnibus succederet, vt fecit Imperator Carolus

lus in suis legitimationibus: de qua potestate nõ est dubitãdum, licet Bal. ibi nullum fundamentum allegat, nisi glos. illius l. quæ solummodo loquitur in legitimato per oblationem curiæ. Idem reperio firmare Salic. in authen. Item si quis. C. de natu. lib. qui nulla alterius facta mentione dicit, quòd legitimatus per rescriptum, nec succedit, nec agnascitur aliis agnatis patris, nisi illius legitimationi ipsi consenserint, nec eis inuitis legitimus efficitur, ar. §. & generaliter. in authent. quib. mo. natu. effi. sui. & in d. auth. Item si quis. in fi. & quia sic est secundum eum quando legitimatur per oblationem curiæ: vt in d. §. communium. in qua legitimatione, etiam interuenit authoritas principis, licet mediante lege. Idẽ tenuit ipse in auth. itaque. C. communia de success. mihi iustior videtur opinio Bart. per tex. quem ipse allegat: quia vrget nimis & fundamenta tenentium contrarium, non mihi satisfaciũt: nam si rectè inspiciatur text. super quo Ang. ponit suũ fundamentum, loquitur in legitimato per oblationẽ curię. Bal. in d. l. cum in adoptiuis. loquitur absque fundamento. Ad fundamenta Salic. quæ magis vrgere videntur; respondeo illa non obstare huic opi- 3 nioni: & dico quo ad primum in quantum arguit de legitimato per oblationem curiæ non est recta argumentatio, cùm in multis differant, vt ante dictum est. & si dicas, prout ipse arguebat ibi interuenit autoritas principis legis mediante concedo: sed à lege hoc disponitur in legitimato per rescriptum, vt nil differat à legitimis: & quòd successio ei deferatur tanquam si ab initio esset legitimus. Ad aliud argumentum de d. §. & generaliter. respondeo: quòd ille consensus solummodo requiritur ibi in patre legitimãte, & in filio qui debet legitimari: imò ibi videtur casus in cõtrarium iuncto versi. quapropter in quantum habito dicto consensu patris & filij in successionibus obtineret iura legitimorum. ibi text. disponit: & quia (vt ante dictum est) ad ius naturale agnationis acquirendum non requiritur omnium consensus: sed solummodo patris, quo habito etiam cõtra aliorum voluntatem efficitur eis agnatus, vt vides in matrimonio & similibus, per quæ videtur sustẽtabilior opinio Bartol. & in casu quo alia opinio esset verior, limitabis illam dupliciter. Primò nisi agnati consentiant. Secundò nisi hoc expressè diceretur in legitimatione. † Ad propo-

situm ergo, cum talis legitimatus per rescriptum principis iura legitimorum in successionibus obtineat. [c] idem erit in melioratione per hanc legem legitimis permissa, vt & legitimato etiam permissa sit,& per consequens nõ videtur rectè dictum ꝙ d.l. cõmunium, quæ loquitur in legitimato per oblationem curiæ; extendatur ad legitimatũ per rescriptum principis. Præterea ista mea conclusio contra Ang. & sequaces probatur apertè ex diuersitate harum legitimationum, & à diuersa ratione decidendi in vtraque posita: cogitabam enim quæ fuisset ratio d.l.cõmuniũ.scilicet, quòd legitimato per oblationem curiæ non posset quis relinquere nisi tantum, quãtum vni ex filiis legitimis, cui minus relinquit, Non video aliã rationem, nisi quia permissa est dicta legitimatio etiam extantibus legitimis. Ideo ex hoc potest notari ratio diuersitatis, quare lex statuit quòd quis posset legitimari per oblationem curiæ extantibus legitimis,&non per rescriptum principis, nisi quia in legitimato per oblationem curię apposita est taxatio in successione talis legitimati:& sic nõ potest venire grande dãnum,vel præiudiciũ filiis legitimis;quę taxatio non reperitur apposita in legitimatione per rescriptum principis propter quod fortè non permisit lex legitimationem per rescriptũm posse fieri de aliquo filio illegitimo in præiudicium legitimorum, videns & considerans ꝙ grande præiudiciũ ex hoc eis posset generari, Cùm ergo stet diuersa ratio decidendi in his legitimationibus,ergo nõ idem in vna sicut in alia; licet opinio Ang.videtur in se habere æquitatem;tamen cùm non careat fundamento non auderem leges à propriis terminis extrahere & extendere d.l.cõmunium.quæ loquitur in legitimato per oblationem curiæ ad legitimatum per rescriptũ principis; & fortè hoc fuit de mente ipsius Bald. in cap. per tuas.de maio.& obe. vbi recitans aliam opinionem Ang.in quantum extendit d.§.& quoniam.auferendo beneficiũ abstinendi à legitimato per oblationem curiæ ad legitimatũ per rescriptum principis, non admittit Bald.illam extensionem:imò tenet ꝙ solummodo ille tex.vendicet sibi locum in casu in quo loquitur, scilicet, in legitimato per oblationem curiæ, non in legitimato per principis rescriptum: vt sic legitimato per rescriptum principis nõ auferatur beneficium abstinendi sibi à prætore concessum, & in hoc idem sequutus

tus est Alex. in d. l. necessariis. de acquirend. hæred. pen. col. per rationem diuersitatis de qua ibi: & per consequens idē videtur dicendum in casu in quo sumus. Est verum ꝙ ista in puncto iuris iustiora videntur, maximè ne legitimatio monstruosa censeatur; vt quo ad quid sit legitimus, quo ad aliud: non tamen æquitatem magnam cōtinet vt legitimatus non plus habet quàm legitimus. & tunc retorquebis in hanc æquitatem tex. in d. l. cōmunium: inducendo sic eum nouiter, si ratio decidendi, seu statuendi certam & determinatam portionem filio legitimato per oblationē curię fuit: quia permissa est legitimatio illa etiam aliis legitimis existentibus: siue dicas, ideò legitimationem illam etiam legitimis extantibus esse permissam: quia paruum est eis præiudicium, cùm portio sua à lege taxata est: vtraque ratio militat in legitimato per rescriptum principis, vbi legitimat aliis filiis legitimis extantibus. Nam tunc cessat ratio differētię assignata inter istas legitimationes, cùm princeps infringat legis dispositionē vetantis legitimare principem in præiudiciū legitimorum: & tunc satis suadet ratio decidēdi d. l. cōmuniū. s. ꝙ portio legitimati taxatur cū fiat legitimatio etiā legitimis extantibus, prout in d. l. cōmuniū. ideo cogitabis. Sed licet perquàm durū sit: tamē sic l. scripta est, quapropter indecisum relinquo; vbi legitimatio fieret legitimis nō extātibus, nō procedit quęst. cū nedū filio imo extraneo posset totū relinquere.

4 †Sed esto ꝙ limitatio Ang. nō esset vera in vno casu, tene indistinctè cōclusionē Ang. & sic limitabis cōclusionē superiorē, videlicet: vbicūq; pater legitimasset filiū suū taxatiuè, & ad hoc solūmodo vt certā & taxatā portionem de bonis suis haberet: quia tunc in nihilo amplius succedet: præsertim cōtra voluntatem patris:

d [d] & iste est vnus casus in quo legitimatus per rescriptū principis non succedit vniuersaliter, vt legitimus: sed solūmodo in ea portione, quā patri placuerit sibi relinquere: allego ad hoc Pau. de Cast. in l. pactum. C. de collat. quasi ad fi. vbi quærit si aliquis habens liberos legitimos & naturales faciat legitimare bastardū apposito pacto, vel clausula q̃ nō posset succedere, nisi in eo qđ placuerit patri sibi relinquere, vtrum valeat talis clausula, seu conditio in legitimatione apposita? refert quosdam consuluisse quòd non, ex eo quia legitimatio non potest fieri pro parte: sed debet

fieri quo ad omnia,aliâs esset monstruũ quòd esset quis legitimus quo ad quædam,& non quo ad alia.quod probatur in c.per venerabilẽ. qui filij sint legi.iũcta gl.in cap.cũ inhibitio.de clandesti.despõ. subdit se cũ alijs cõtrariũ consuluisse:& etiã postea reperiisse sic cõsultũ per Ray.de For.in ciuitate Pisarũ, refert quòd videmus quotidie hoc fieri,& ꝙ paucæ legitimationes reperiuntur,vbi talis clausula non apponatur. Quã clausulã ponit Io.Andr.in additio.ad Specu.in tit.qui filij sint legi.nec obstat oppositio ante facta:vt scilicet,videatur monstrũ quẽ effici legitimũ pro parte.nam fatetur ꝙ ista nõ erit propriè legitimatio:sed erit quædam dispensatio, quæ potest fieri, quo ad quędam,& quo ad alia non.l.cũ ex oratione.ff.de excus.tuto.Hanc cõclusionẽ tenet Roma.in d.l.pactum.in ij. col.ad finem,dicẽs esse vnum casum singularẽ,in quo valet pactũ futuræ successionis priuatiuum,scilicet,quando tale pactum apponitur per patrem in legitimatione filij,faciẽdo eum legitimari sub hac cõditiõe,quòd ei nõ succedat:quã conditionem potuit apponere pater secundũ eum arg. C. de pactis.l.legẽ.refert sic tenere Bart.in l.si tibi.ff.de adoptio. in reportatis antiquis quas paucissimi habẽt,dicit hoc dictum esse valde notãdũ idem tenet in l.qui superstitis.ff.de acquiren.hær.idẽ Alex.in d.l. pactum.& in d.l.prima.§.hoc autem.in iij.col.versicu.iuxta hoc est pulchra dubitatio. ff. ad Trebel.per hoc reperi Do. Alex.in iiij. vol. consiliorum consil.xxx.consuluisse contra quãdam Faustinam cui Ioan. Arispes ei⁹ pater reliquit dũtaxat libras x.cũ certa modificatione dictæ filiæ suæ legitimatæ,quòd valeret talis dispositio:nec ipsa posset impugnare testamentũ paternum. Mouetur Alex.ex prædicta cõclusione ex eo,quia dicta filia erat legitimata solũ ad bona, quæ pater suus relinqueret ex testamento,vel inter viuos:& loquitur Alex.multũ singulariter in tenore legitimationis,cuius tenoris sunt omnes legitimationes,quæ hodie cõceduntur.Hoc idẽ tenuit Ant. in cap.per venerabilẽ.qui filij sint legi.xxvij.col.in versi,sed est dubium.referens sic inuenisse determinatum à Bart.in in d. Reportatis ad l.quæsitũ. ff. de adoptio. Ista conclusio probatur ex text.singu in capitu.j.de filiis natis ex matri. admorga. contra.ibi.(in proprietate verò non succedunt secundum vsum Mediolanensem.) & in cap.j.in §.mulier. si de feu.fue.contro.inter do. & ag.

& agn. de quo dixi aliquid supra. facit etiam tex. singula. in l. ij cum gloss. C. de iure aure. anulo. vbi est casus, quod licèt liberti nō possent portare aureos anulos: tamen si hoc impetrent à principe, bene poterūt illos portare: sed per hoc nec mutant statū, nec efficiuntur ingenui, sed obumbrabūt: ita vt quo ad illū actū haberētur pro ingenuis, in aliis habebātur pro liberis: & sic erat quedā dispēsatio quæ permittebatur fieri quo ad quædā, & quoad alia. & per illum text. Pau. de Cast. in rubri. de iure aure. anu. refert se consuluisse valere legitimationē factam à comite Palatino, cū hac reseruatione, quòd talis legitimatus non succedat cū legitimis. Bonus text. in l. si ab eo. C. de legi. hære. vbi est casus, ꝙ tēpore quo pater emancipat filium per rescriptū principis, potest hoc facere sub hac conditione, ꝙ per hoc talis emancipandus nil amittat tanquā si emācipatus nō fuisset: & reperio quòd Ange. ibi ad hoc notat illum tex. dicēs ibi esse casum, quod per rescriptum posset quis legitimari, quo ad certum & determinatum articulum. quod est satis notādū: quia hodie omnes legitimationes istius regni conceduntur eadem forma, scilicet ad illud quod pater voluerit sibi relinquere: & multoties habui de facto, maximè in causa ardua, quæ nunc pendet inter filium cuiusdam militis Petri Suares de Figueroa ciuis sancti Domini cōtra dict. Eluirā Manrrique eius vxorem ab eo in solidum institutā. Et nuper fui requisitus super alio arduo negotio consimili, inter quosdam milites ciuitatis Abulensis. Et inter alia instrumenta, quæ mihi fuerunt ostensa ad cōsulendū, fuit vnū in quo fuit factū pactum inter patrem & filiū, antequā legitimaretur, quòd legitimabat eū sub hac cōditione quòd nō teneretur ei aliquid relinquere, nisi solūmodo id quod sibi placuisset, & postea nil ei reliquit: sed in alium filiū fecit maioricatū omniū bonorum. Et præsupposita hac opinione pro vera potest inferri vnum mirabile verbū tam ad limitandum hāc l. quàm l. quoniam prioribus: quæ dicūt grauamen nō posse imponi filio in legitima, vt limitentur nisi esset filius legitimatus ad hoc solū, quod pater ei relinquere voluisset. nā isto casu poterit pater ei imponere grauamen in legitima, quam sibi relinquit. puta prohibere alienationem, vinculare id quod sibi relinquit iure maioricatus: scilicet quòd succedat semper filius & descendens maior: & sic de aliis

vinculis.Nam cũ nihil de necessitate tenebatur relinquere:ergo in eo quod relinquit potuit grauamẽ imponere.l.scimus.§.cùm autem.C.de inoffic.test.l.ab eo.C.de fideicõ miss.& quia qui potest grauare in quãtitate,potest in tẽpore & in aliis grauaminibus secundũ Bart.in l.Titio Centũ.§.Titio genero.ff.de condi.& demon.quod tenebis perpetuo menti, si posses obtinere in practica,quòd dubito nisi legitimatio de patris expressa supplicatiõe,& specifica esset multum clarè restricta ad id solùmmodo quod pater vellet relinquere & cũ conditionibus & vinculis,quæ vellet: ideo optimè esset vt oĩs scrupulus cessaret,ꝙ quando pater supplicat regẽ pro legitima tione filij,exprimat specifice in supplicatione,quòd petit & supplicat regiam maiestatem, vt legitimũ faciat filiũ suum ad hoc,vt possit ipsi patri succedere ab intesta. & ex testamento in ea portione solùmmodo,quã ipsi patri placuerit relinquere:& non in plus:& cùm illis vinculis & conditionibus,quas pater voluerit apponere in dictã portione,quã sibi relinquit.Et hoc modo cõformiter sue supplicationi cõcedatur legitimatio.

Decimotertio Limitatur hodie huius legis taxatio, quæ non seruabitur, vbi tractatur de hereditate descẽdentiũ:imò descendens si moriatur absque liberis: & aliis descendẽtibus hæredibus necessariis,& habeat ascẽdentes potest tertiam partem bonorũ relinquere pro anima, seu extraneis,ista est lex vj.incipit: los ascendientes in dictis curiis Thauri.



MODVS practicandi hanc legem erit iste,ad sciendũ quomodo & de quibus bonis debet deduci tertia, & quinta. Nã ante omnia de omnibus bonis, quæ tempore mortis supersunt,deducuntur omnia debita:& sic omne æs alienum, cùm bona dicantur ære alieno deducto.l.subsigna tum.cũ aliis.de verbo.signifi. idem in legitima,quæ dicitur ære alieno deducto.l.Papinianus.in § quarta.de inoffic.testamen.§.cùm autem.insti.ad legẽ Falci.hoc ære alieno deducto de omni eo quod superest deducitur quinta pars, de qua legata pia adimplenda sunt: deducta quinta deducitur tertia:totum quod superest diuiditur æqualiter inter filios pro sua legitima, si aliquẽ ex filiis meliorasset:quia non meliorãdo excepta quinta,totum quod superest distribuitur inter filios pro legitima.&

ma. & quòd ante omnia debeat deduci quinta priusquã tertia, disposuit quędam l. singularis quæ est in legibus stili l. ccvx. incipit (sobre la ley que comiença) & sic seruatur in practica.[c]

SVMMARIVM.

1 *An possit pater eligere rẽ in qua filio assignet meliorationem.*

QVæro primò ad hui⁹ legis partis examinationem, si pater meliorasset filiũ suum in tertia, si potest ei assignare hanc meliorationem in vna re eligenda per ipsum patrem. dico quod sic. Ista est lex singu. in legib⁹ stili. l. ccxiiij. incipit (si el padre.) & sic tenetur indistinctè: à simili dixi multa in vndecima ampliatione, ad l. quoniã. hodie idem disponitur, non solùm in tertia: sed in quinta, vt disponitur in legibus Thauri l. xviij. incipit (el padre y la madre) sed ibi disponitur quòd hæc facultas nõ potest per patrem alteri committi. b

SVMMARIVM.

1 *Quid si pater meliorauit filium in tertia & non assignauit quomodo nec in quibus rebus esset filius habiturus meliorationem.*

2 *Quid si filius est melioratus in quantitate & illa quantitas repetitur in hæreditate.*

ADDITIO.

c *Adde doctorem Didacũ de Segura in repe. l. cohæredi §. cum filiæ. ff. de vulg. chart. xxix in ij colũ. § incip. vnũ tamen adde ijs.*

b *Hodie ista quæstio est decisa per quandã l. factã in d. curijs Tauri l. xx. incipit. los suos, o nietos. illã vide in qua est dispositũ quòd filij hæredes non habent hanc electionẽ soluendi extimationẽ meliorationis tertiæ aut quintæ. scilicet debet solui in bonis in quibus testator assignauit: & si non assignauit specifice.*

SEcũdò quæro: pone quòd pater meliorauit filium suum in tertia parte bonorũ, nec assignauit quomodo, nec in quibus rebus deberet habere, quæritur qualiter debet deducere istam tertiam, & in quibus rebus, & si debet illam habere in omnib⁹ rebus particulariter, vel in extimatione: vel si erit in electione hæredis vtrum vellet assignare dictam tertiam in rebus, vel extimatione? ista quæstio videtur[a] determinari per tex. singu. in l. non amplius. in § cùm bonorum parte legata. ff. de legatis primo, vbi est casus singularis, quòd si alicui legatur pars bonorum, est in electione hæredis soluere extimationem ipsi legatario, aut in singulis rebus dare partem, quando commodè diuidi possunt: & si commodè diuidi nõ possunt, compellitur soluere extimationem: vel vnã rem.

aut plures, quæ tantum valeāt prout inter se concordauerint si discordent, prout iudici videbitur. Iste videtur verus intellectus illius legis. considera tamen, quòd illa lex est clara, vbicũque bona diuidi possunt. nam tunc heredis est electio: vt ipse eligat, siue rerum partes, siue extimationem da re maluerit: & quando vellet soluere extimationem nulla est dubitatio: sed si vellet soluere partem in rebus, potest soluere in vna re vel pluribus: prout hæres ipse & legatarius fuerunt in cõcordia. Sed si essent discordes iudicis extimationi & arbitrio hoc relinquitur. Sed vbi res commodè diuidi non possunt, vel naturaliter sunt indiuisibiles. in hoc ille text. videtur obscurus propter quædam verba posita in dicta l. non amplius. in fine. ibi. (sin autem vel naturaliter indiuisæ sunt, vel sine damno diuisio earum fieri nõ potest, extimatio ab hærede omnino præstanda est.) & sic vbi res commodè diuidi non possunt, videt indistinctè ille text. imponere necessitatem ipsi hæredi ad extimationem præstandam: cuius cõtrarium innuit statim l. sequẽs. sed certè quædam post illa Dyni declarat hoc dubium: nam dicit. Dyn. vt ibi refert Bald. postillans illa verba omnino præstanda est: nisi vellet præstare rem vel res quæ valeant tantum, sicut res legata, secũdum distinctionem l. potest. quę est l. sequens. & sic per illum textum, videtur ista quæst. determinati, scilicet quòd legatario partis bonorum potest hæres soluere extimationem vel partes rerum: vel rem prout sibi placuerit & iudici videbitur, secundum distinctionem supra relatam: scilicet, quòd si res cõmodè diuidi posset, hæres posset soluere extimationem: & si illã vellet tũc præstare non esset dubiũ: sed si vellet præstare bona, posset in vna re vel pluribus, prout fuerint in concordia: & si discordes sint, iudex meli⁹ hoc existimabit: quod tene menti. Caue tamen ne decipiaris, nam cùm ista quæstio concurreret inter filios omnes hæredes institutos, & vnus eorũ esset melioratus, videtur recurrendũ ad distinctionem, quam posui supra in legitima loquendo, in xj. ampliatione ad l. quoniam in prioribus. sed cogitandum relinquo: nec me determino cũ respectũ filiorum tertia nõ sit legitima.
2 b † Sed b vidi quęstionem de facto. Melioratus est aliquis in quantitate, putà quia pater dixit, melioro filium meum in quinquaginta millia morapetinorũ: & testator reliquit in bonis bona immobilia,

mobilia, & etiam pecuniā forte vsque ad dictam quātitatē, in qua fuit melioratus: vel plus, oritur cōtentio inter hæredem & melioratū: quia hæres dicit ego volo, quod tu habeas in bonis dict. quantitatē in qua es melioratus, sed filius melioratus dicit, nolo nisi d. quātitatē pecuniæ in qua melioratus fui: quia cùm in quantitate fui melioratus, per consequēs pro melioratione fuit mihi assignata pecunia: sed testator potuit assignare vt dictum est, ergo hoc videtur decidere Bal. in d. §. cùm pars bonorum. quasi ad finem dicens quod vbi testator reliquit mihi partē bonorū in genere, nō specificata specie: cùm istud quòd debetur in genere, non est repositum in aliqua specie: ideo præstando extimationē, liberatur l. j. §. fi. de auro & argen. lega. & ista est ratio d. §. cùm pars bonorum secundum eum. ff. sol. mat. l. si verò. in fi. Sed vbi debetur in genere aliquid repositum sub specie, puta x. libras Pisanorum, tunc in alia moneta solui non potest: quia solutum non concernit eandem speciem. ff. de solu. l. Paulus. ff. de verbo. obl. l. quæ extrinsecus circa finem, licet aliud sit in massa, quàm in pecunia: quia in massa est quid informe: & illud quod est informe, nō dicitur certa specie cōtineri: sed pecunia est quid formæ: ideo respectu suæ formæ dicitur quid specificatū. l. j de cōtr. emp. hæc Bal. in d. §. cùm pars bonorum. cùm ergo testator filiū meliorat in quantitate pecuniæ, nō videt, quòd pro pecunia posset dari res iuxta tenorē d. §. cùm pars bonorū. quia sic solueretur aliud pro alio, cùm pecunia sit in hæreditate, ex qua solui potest dicta melioratio prout à testatore dispositū fuit: & quia in legitima aliud est statutum. vide quæ circa hoc dixi suprà in xj. ampliatione, ad l. quoniā. & illa quę ibi dixi nō videtur huic conclusioni obstare cùm respectu filiorū tertia non sit legitima: quia vni potest assignari: vt hic, sed vide d. l. Tauri.

SVMMARIVM.

1 *Quid si res in qua fuit expressè filius melioratus euincatur.*

2 *Limitatur multipliciter tex. in l. cùm pater. § euictis. ff. de leg. ij.*

ADDITIO.

a *Adde Phil. Dec. in consi. cccxlix. consuluit excellentissimus. col. vj. versi. non obstat. & vide quæ scribit Alexan. de Imo. in consi. xxj. volu. v. viso compromisso.*

1 Tertiò† quęro si pater meliorauit filium in aliqua domo, vel hæreditate: & dicta res in qua fuit melioratus, filius fuit ab eo euicta post mortem

aut plures, quæ tantum valeāt prout inter se concordauerint si discordent, prout iudici videbitur. Iste videtur verus intellectus illius legis. considera tamen, quòd illa lex est clara, vbicūque bona diuidi possunt. nam tunc hęredis est electio: vt ipse eligat, siue rerum partes, siue extimationem da re maluerit: & quando vellet soluere extimationem nulla est dubitatio: sed si vellet soluere partem in rebus, potest soluere in vna re vel pluribus: prout hæres ipse & legatarius fuerunt in cōcordia. Sed si essent discordes iudicis extimationi & arbitrio hoc relinquitur. Sed vbi res commodè diuidi non possunt, vel naturaliter sunt indiuisibiles. in hoc ille text. videtur obscurus propter quædam verba posita in dicta l. non amplius. in fine. ibi. (sin autem vel naturaliter indiuisæ sunt, vel sine damno diuisio earum fieri nō potest, extimatio ab hærede omnino præstanda est.) & sic vbi res commodè diuidi non possunt, videt̄ indistinctè ille text. imponere necēssitatem ipsi hæredi ad extimationem præstandam: cuius cōtrarium innuit statim l. sequēs. sed certè quædam post illa Dyni declarat hoc dubium: nam dicit, Dyn. vt ibi refert Bald. postillans illa verba omnino præstanda est: nisi vellet præstare rem vel res quæ valeant tantum, sicut res legata, secūdum distinctionem l. potest quę est l. sequens. & sic per illum textum, videtur ista quæst. determinati, scilicet quòd legatario partis bonorum potest hæres soluere extimationem vel partes rerum: vel rem prout sibi placuerit & iudici videbitur, secundum distinctionem supra relatam: scilicet, quòd si res cōmodè diuidi posset, hæres posset soluere extimationem: & si illā vellet tūc præstare non esset dubiū: sed si vellet præstare bona, posset in vna re vel pluribus, prout fuerint in concordia: & si discordes sint, iudex meli⁹ hoc existimabit: quod tene menti. Caue tamen ne decipiaris, nam cùm ista quæstio concurreret inter filios omnes hæredes institutos, & vnus eorū esset melioratus, videtur recurrendū ad distinctionem, quam posui supra in legitima loquendo, in xj. ampliatione ad l. quoniam in prioribus. sed cogitandum relinquo: nec me determino cū respectū filiorum tertia nō sit legitima.

2 b † Sed [b] vidi quęstionem de facto. Melioratus est aliquis in quantitate, putà quia pater dixit, melioro filium meum in quinquaginta millia morapetinorū: & testator reliquit in bonis bona immobilia,

mobilia, & etiam pecuniã forte vsque ad dictam quãtitatẽ, in qua fuit melioratus: vel plus, oritur cõtentio inter hæredem & melioratũ: quia hæres dicit ego volo, quòd tu habeas in bonis dict. quantitatẽ in qua es melioratus, sed filius melioratus dicit, nolo nisi d. quãtitatẽ pecuniæ in qua melioratus fui: quia cùm in quantitate fui melioratus, per consequẽs pro melioratione fuit mihi assignata pecunia: sed testator potuit assignare vt dictum est, ergo hoc videtur decidere Bal. in d. §. cùm pars bonorum. quasi ad finem dicens quod vbi testator reliquit mihi partẽ bonorũ in genere, nõ specificata specie: cùm istud quòd debetur in genere, non est repositum in aliqua specie: ideo præstando extimationẽ, liberatur l. j. §. fi. de auro & argen. lega. & ista est ratio d. §. cùm pars bonorum secundum eum. ff. sol. mat. l. si verò. in fi. Sed vbi debetur in genere aliquid repositum sub specie, puta x. libras Pisanorum, tunc in alia moneta solui non potest: quia solutum non concernit eandem speciem. ff. de solu. l. Paulus. ff. de verbo. obl. l. quæ extrinsecus circa finem, licet aliud sit in massa, quàm in pecunia: quia in massa est quid informe: & illud quod est informe, nõ dicitur certa specie cõtineri: sed pecunia est quid formæ: ideo respectu suæ formæ dicitur quid specificatũ. l. j de cõtr. emp. hæc Bal. in d. §. cùm pars bonorum. cùm ergo testator filiũ meliorat in quantitate pecuniæ, nõ videt, quòd pro pecunia posset dari res iuxta tenorẽ d. § cùm pars bonorũ. quia sic solueretur aliud pro alio, cùm pecunia sit in hæreditate, ex qua solui potest dicta melioratio prout à testatore dispositũ fuit: & quia in legitima aliud est statutum. vide quæ circa hoc dixi suprà in xj. ampliatione, ad l. quoniã. & illa quę ibi dixi nõ vidẽtur huic conclusioni obstare cùm respectu filiorũ tertia non sit legitima: quia vni potest assignari: vt hic, sed vide d. l. Tauri.

SVMMARIVM.

1 *Quid si res in qua fuit expressè filius melioratus euincatur.*

2 *Limitatur multipliciter tex. in l. cùm pater. § euictis. ff. de leg. ij.*

ADDITIO.

a *Adde Phil. Dec. in consi. cccxlix. consuluit excellentißimus. col. vj. versi. non obstat. & vide quæ scribit Alexan. de Imo. in consi. xxj. volu. v. viso compromisso.*

1 Tertiò† quęro si pater meliorauit filium in aliqua domo, vel hæreditate: & dicta res in qua fuit melioratus, filius fuit ab eo euicta post mortem

tem patris: vtrū filius habeat regressum de euictione cōtra alios cohęredes? dico quòd nō si ipse solus fuit melioratus: sed si alij etiā fuissent melioratı:ita quòd omnes essent prælegatarij: tunc bene debetur euictio ope exceptionis. Iste est casus singularis & vnicus secūdum Din. & Pau. de Cast.
2 & omnes† in l.cùm pater.in §.
a euictis[1].ff.de le. ij.tamē. Bal. ibi dicit esse similem in l.fi.C. cōmunia vtriusque iudi. Ratio decidendi in illo tex. fuit ne crescat inuidia inter fratres secundum gl. ibi:& quia licet sibi euincatur prælegatum, remanet sibi hæreditas. Limitabis illum tex. Primò quādo per testatorem legaretur hæredi res aliena: tamen ab ipso testatore possessa, quam credebat suam: secus tamen si legaretur res aliena ab extraneo possessa: quia tunc debet redimi de communi per tex. in d. l.cùm alienam.C. de leg. quæ in hoc non reperitur immutata, nec innouata per d. §. euictis.secundum Bar.ibi. Secundò limitatur ille §. euictis. in quātum disponit euictionem cessare euicta re prælegata,nō habere locum, si cohæres non esset persona coniuncta. Nam tunc etiā si ignoráter testator legasset, habet regressum de euictione cōtra cohęredē: cùm tunc non sint in pari causa: & sic præfertur iste agens. hoc probatur ex quadā solutione, quam ibi gl.sentit: quod Paul. de Cast. reputat ibi singulare & menti tenendum ad limitationem illius §. euictis. idē firmat Bal. in d.l. cùm rem alienam.in iij.col. versic. vlterius reuocatur. vbi dicit, ꝙ ratio dispositionis illius §. euictis. est personarū æqualitas. nam non præsumitur, ꝙ pater vnū tantū prędilexerit, quòd alios neglexerit.ff.de ritu nup.l.nō solùm.in §.denuo.& quia priuilegiū cessat inter pares. ff. de excu.tut.l.sed & milites.§. coæqualitas.glo. in d.l.cùm rē alienam.dicit, quòd ratio est, quia prælegatum fuit factum vni: & sic euictio reducit eos ad æqualitatē, & ex contrario orietur inuidia, vt dicit glo.in d.§. euictis. & sic illa est vera ratio ad illū tex.tam quia omnes erant fratres: tam etiam quia cohæredes. Tertiò limita d.§.intelligendum nisi tale prælegatū esset necessariū. puta quia factum filio, ita quòd in legitima deberet imputari. est casus in l.scimus. in §. j. C. de inoff. test. idem in Trebell. est casus in l. si hæres præcepto.& ibi glo.& Bar.ff.ad Trebell.quod etiam Paul.notauit ad limitationē d §. euictis. tenet gl.in d.§.euictis. & Bal.in d.l.scimus. Alex.in d.l.cùm rē alienam. Quartò intellige illum

lum §. quando diuisio esset facta à testatore; quia tunc diuisio testatoris habet vim permutationis: sed quãdo diuisio esset facta à partibus, vel à iudice, bene posset agi de euictione etiam iure actionis, Casus est in l. si fratres. C. cõmunia vtriusque iudi. ita Bart. in d. §. euictis. & glo. ibi, & sic cum his limitationibus tenebis menti ad hoc illum tex. ꝙ si res meliorata euincatur, filius melioratus non agit de euictione contra cohæredes.

Adde tamen singulariter ꝙ in quãtum ille tex. dicit, quòd si aliis cohæredibus fuisset etiã factum prælegatum ope exceptionis, iste cohæres posset agere de euictione, habeat verum non solum si omnibus esset factum prælegatum: sed etiam si aliquibus, quia inter eos dicto modo habebit locũ euictio. exemplum, erant quatuor hæredes, & vni fuit prælegata vna res, & altera alteri, quòd inter eos habebit locũ euictio. hoc probatur apertè in d. §. euictis. ex identitate rationis, idẽ sequitur ibi Pau. de Cast. licet glo. sentiat contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Quid si melioratione filij prolata pater ante perfectum testamentũ decessit.*

2 *Quando testamentum inceptũ & non completum nihil valeat.*

ADDITIO.

a *Adde Io. de Ana. in consi. lvij. visis & consideratis quòd si pater fecit scribi voluntatem suam inter liberos, & dum notarius vellet eã legere inter quæ mortuus est pater & non fuit lecta: nec publicata quòd valebit testamentũ, quia solum inest deffectus solẽnitatis & non voluntatis. adde quæ scribit Panor. consi. xcviij. in ij. vol.*

1 Quartò † quæro de eleganti quęstione: pater habebat plures filios legitimos & naturales, scilicet Petrũ Iac. & Martinũ: veniens ad mortem dixit, sic melioro Petrũ filium meum in x. seu prælego ei x. & cùm vellet prosequi testamentum expirauit, vel obmutuit: modo quæritur nunquid iste Pet. ab intestato cum fratribus succedens debeat habere istud prælegatum? idem in testamento in scriptis, si apparet scriptum, sed imperfectũ: videtur enim ꝙ valeat, quia vtile per inutile non vitiatur. C. de testa. l. iubemus. vbi est expressum in testamento, etiã in hæredis institutione. Contrariũ in his terminis decidit Bal. in l. si. in ij. col. C. fam. herciscũ. versi. sed hic quęro. Mouetur, quia duplex censetur imperfectio. Vna est quo ad ordinationem testamenti incompleti, alia quia testamentũ nõ est solẽne: prima imperfectio totum habet vitiare. ff. de leg. iij. l.

iij.l. fideicommissa. in §.j. ff. de test.l.si is qui.& l.ex ea scriptura.ff. de test. mili. Lucius. C.de fide instr.l.contractus.& quia istud testamentū nō erat factū, sed in fieri erat : nec secundū eum obstat l.fin. C. cōmunia vtriusq; iudi. quia intelligitur de imperfectione respectu solennitatis circa testamentū requisitę: nō de imperfectione consensus. & hoc fuit prius dictum Guliel. de Cug. quod Bal. refert valde notandū. Probatur hoc ex tex. valde singulari, [a] in l.si is qui.ff. de testa.vbi est casus, quòd testamentū ceptū & nō cōpletū nil valet,etiā in eo quod factū erat:quia censetur imperfectū ratione volūtatis:nec valet iure codicillorū,dato quòd in eo esset clausula codicillaris. Est casus notab. in d.l. ex ea scriptura.per quā suppletur d.l. si is qui. & in tantū nil valet testamentū inceptū & nō cōpletum,quòd etiam si testator fecerat institutiones & substitutiones, in quibus cōsistat substantia testamenti, & vacabat circa legata:& antequam omnia cōpleret obmutuit,nil valebit testamentū etiam ad institutiones & substitutiones. Nam fortè post omnia legata adiecisset cōditionē,vel modū circa institutiones & substitutiones iā factas secūdū Pau. de Cast. in d.l. si is qui. licet moderni , secūdum eum hoc non tāgant, & licet aliqui antiqui contrariū tenuissent ipse hoc affirmat:ex quo enim testator nō habuit hoc testamentū pro completo , nec etiā quo ad institutiones debet valere:sed inter liberos non valet testamentū imperfectū ratione voluntatis,vt dicit glo. reputata singularis in d.l. si is qui. quā ibi sequuntur Bar.Bal. Ange. Pau.& Imo. Vnum perpetuò nota , vt illud quod dicitur ꝙ testamentum inceptum & nō completū nihil valet,etiam in eo quòd testator expressit , sit intelligēdū quādo cōstat quòd testator volebat vltra dispone re aliud:si autem hoc non con staret , tunc licet superueniat morbus reddens ipsum mutū non vitiabitur actus præambulus.Hic est casus singularis in d.l.si is qui.ibi, Labeo tunc hoc verum existimat si constaret voluisse plures eum qui testamentum fecisset hæredes pronuntiare:& ad hoc Imo.extollit valde illum tex.subdens singulariter quòd nec in dubio præsumeretur imperfectio volūtatis:nisi cōstet quòd aliud vellet disponere propter verba ante prolata: quod Imola reputat valde notandum. & probatur ex illo tex.& glo.

SVMMARIVM.

1 *Pater potest diuidere meliorationem in plures filios.*

Pater

2 *Pater potest diuidere meliorationẽ in tẽp⁹ sicut in quãtitate ĩter filios.*
3 *Si pater reliquit filio portionem ex cedẽtẽ suã legitimã, an in eo quod excedit censeatur filiũ meliorasse.*
4 *Si habens facultatem regiam ad maioratum faciendum relinquat vni filiorũ vltra tertiã & quintã alia plura bona, valet dispositio.*
5 *Donatio simplex facta filio quãdo imputetur in legitima, & nu.9.*
6 *An quaedam l. parti. hic allegata habeat locũ stante l.xxvj. Tauri.*
7 *Punctuatur contrarietas inter duas leges partitae.*
8 *Punctuatur quaedam difficultas inter leges xxxvj. & xxix. Tauri. & latiùs, nu.9.*
10 *Quae donationes ob causam sint conferendae.*

ADDITIO.

a *Adde doctorem Didacum de Segura in repet. l. vnum ex familia hic alleg. in iij. char. in vol. repeti. in versi. inducitur iste tex.*

b *Hodie est quaedam l. famosa determinans etiam in casu fortiori in l. xxvj. incipit, Si el padre. in curijs Tauri, vbi est dispositum, quòd si per viam testamenti seu donationis aut alterius contractus inter viuos pater aut mater fecerint aliquam donationẽ filio aut descendenti. Etiam si non vtantur verbo melioro, talis donatio imputatur in tertio & quinto, ita quòd amplius nõ potest meliorare nisi in eo quod superfit de tertio & quinto: vbi latiùs disponitur quam legem videas. Est tamen diligenter aduertẽdum quòd doct. de Pala. Ru. in repe. c. per vestras. de don. inter vir. & vxo. §. xxij. incip. in cõstituẽda. in pen. col. char. xcvj. intelligit illam l. xxvj. quãdo donatio esset facta in quãtitate legitimae filio debitae & vltra: nam in eo quod est legitima magis videtur pater debitũ soluere quàm donare in alio: ergo quod legitimã excedit donatio videtur tãtũ fieri melioratio: & dicit, quòd ita practicatur illa lex: & eã intellexerunt quãdo fuit edita quẽ intellectum etiã alibi firmat idẽ doctor, sed refragari videtur verba, & intentio legis xxvj. & fortè esset difficile illud obtinere in pratica.*

c *De quarum duarũ legũ cõtrarietate & concordia meminit doctor Hispanus Ioan. Bernar. Diaz de Luco in suo cõpẽdioso regularũ & fallẽtiarũ opere in regula cxl. incipit, donatio facta inter viuos.*

d *Adde doct. de Pala. Ru. repet. c. per vestras, de don. inter vir. & vxo. §. xxij. incip. in constituẽda, pe. col. & Hispanos in commento. l. xx. Tauri hic allega.*

e *Adde quae veniãt imputãda in legitimã per Phi. Dec. in cõs. dcxxviij. in casu. & an donatio simplex imputetur in legitimã vi. Bar. Soci. in cõsi. xviij. cum consi. seq. praesentis cõsulationis. vol. iiij. in nouis.*

1 QVintò † quaero si pater potest hanc meliorationẽ tertiae diuidere inter duos vel tres filios, ita quòd melioret duos filios in dicta tertia? dico

dico quòd sic allego ad hoc text. singularem in l. vnum
a ex familia, in §. si duos[a]. ff. de lega. ij. vbi est casus secundum Bar. quod ille qui est iussus restituere vnam rem vni ex certis, potest ex illis certis plures eligere, quod reputat ipse mirandū. quod patet, quia in d. l. testator. dixit vni de familia restitui, vt patet ex gl. quæ est in principio d l. & ex text. qui dicit vnum ex familia. hoc idem probat text. in §. sed si fundum. eiusdem l. ibi. (cui voles, aut quibus voles.) intelligendo, quòd esset disiunctiua legis non testatoris: vbi est casus à contrario, quòd si testator dicat, relinquas quib9 voles potest vnum eligere. ꝙ etiam Bart. reputat notādum, probatur etiā in l cū quidam eiusdem titu. & Bar. etiā in d. §. sed si fundū. firmat idē quod dixit in dict. §. si duos, scilicet quòd si dixisset in singulari, cui voles, posset plures eligere. idem tenet Bal, in d. §. sed si duos. & ad hoc illū tex. pōderauit Dinus ante eos iungēdo principium l. dicētis vnum ex familia. idem tenet ibi Pau. de Cast. ratio decisionis potuit esse secundum eum: quia nō creditur quòd testator dixit vni de familia, cum ministerio: sed quòd saltem vni detur. Voluit enim in familia remanere nec curauit apud vnum vel plures remaneret, idem Pau. de Cast. in l. cùm quidam. ij. col. ff. de leg. ij. & per prædicta Paul. de Cast, in d. §. si duos. refert Bar, dixisse, quòd executores iussi distribuere inter hospitale in genere, vel fabricare hospitale, possunt distribuere in plura hospitalia, & etiam plura hospitalia fabricare, si bona ad hoc sufficiunt & faciūt bona fide: licet in meo libro Bar. nō loquitur sic specificè. & ita teneo, & sic practicatur me vidente infinitis vicibus ꝙ pater potest meliorare duos vel tres filios quemadmodum potest vnum, Et tenebis menti, quòd
2 quemadmodum pater† potest diuidere meliorationem in quantitate, puta meliorando duos vel tres filios, ita potest diuidere in tempus. Exēplum, Potest enim pater meliorare vnum filium, ita, vt possideat toto tempore vitæ suæ bona in quibus eum meliorauit 1 & post eius mortem: vt dicta bona in quibus eum meliorauit deueniāt ad alium filiū ipsius testatoris, qui erat frater filij meliorati. Hoc probat text. singularis in d. §. si duos, nam cùm ibi permittatur diuidere in quantitate, ergo in tempore, Et hoc videtur Bart. determinasse in d. §. sed si fundum. dicens quòd executor cui commissa est electio & distributio bonorum inter pauperes potest

test eligere aliquē pauperem in vno fundo, hoc pacto quòd ipse possideat in vita sua: & post mortem suam restituat alteri pauperi; quia sicut potest diuidere rem inter hæredes sic inter pauperes. l. miles. ita in §. & quod diximus. ff. de test. mili. Idem Bal. ibi. & Pau. de Cast. in d. §. si duos, dicens, ꝙ etiā possunt executores distribuere pro tempore, puta, distribuere in aliquos vsq; ad decennium, & post decennium ꝙ habeant alij. Faciat etiā quędam singularis theorica posita per Bar. in l. titio cētum. in §. titio genero ff. de condit. & demonst. xxx. col. versi. Secundò est videndum. vbi expresè in legitima firmat hanc regulam, quod vbi per statutum legitima potest minui in quantitate, ergo in tēpore: sed ita est in hac tertia meliorationis, potest pater grauare in quantitate vnū filium siue relinquendo eam vni filio aliis b priuatis, ergo & in tempore: puta vt vnus habeat in vita: alter post eius mortem vt dixi, quod teneas menti. & sic obtinui de facto apud Toletum.

3 † Sed pone ꝙ pater in suo testamēto relinquit sine iure institutionis, siue alio quolibet modo filio suo portionē quæ excedit portiones aliorū filiorū, ita tamē ꝙ non excedit tertiā: nō tamen dixit melioro filiū meū in tanta quantitate: & sic remelioratus est, licet verbis nō sit facta melioratio: modo vertitur quęstio inter filios. Nā filius cui maior portio relicta est, dicit se illam habere pro sua legitima, & illud quod superest vltra legitimā aliorū fratrū suorū debere, & posse illud retinere, & ad eū pertinere iure meliorationis, cū sit intra tertiā. in qua eius pater potuit eū meliorare; & sic dicit nō referre, vtrū pater eū meliorauerit verbo vel facto. do. Episcopus tenet hic, ꝙ valebit tale relictū iure meliorationis tertiæ, quatenus eam nō excedit, dato quòd pater non sit vsus verbo melioro. Loquitur absque fundamēto: sed ego idem teneo, motus quia per factū inducitur declaratio voluntatis alicuius, melius quàm verbis: nō enim refert quid fieri verbo vel facto. nota text. in l. de quibus. ff. de legi. ad fl. ibi. (nā quid b interest suffragio populus voluntatē suā declarat, an rebus ipsis & factis) l. si auia. C. de iure deli. l. reprehendenda. C. de insti. & subst. sub con. fa. gl. not. in c. dilecti, de appella. & ibi bonus tex, cùm ergo hęc lex permittat patri; vt posset filio suo relinquere tertiam iure meliorationis vltra alios filios, satisfacit huic legi relinquendo ipso facto, licet non vtatur verbo melioro:

nam facto datur voluntas intelligi: & ita teneo & obtinui multoties, & practicaui dum eram aduocatus, & iudicaui in concordia dum erã auditor cũ aliis coauditoribus meis.
4 †Et ex hoc, & ex aliis fundamentis consului apud ciuitatẽ Segouiensem, in causa ardua cuiusdam militis, qui habuit regiã licẽtiã ad maioricarum faciendum in filium suum, qui miles prædictus fecit testamẽtum, in quo reliquit dicto filio suo tertiam & quintam: & alia multa bona quæ excedebant tertiam & quintam. Dicto milite defuncto, dictus filius volebat habere omnia bona sibi à patre relicta, alij filij opponebant se dicentes: quòd nõ debebat habere, nisi solùm tertiam & quintam: quia nihil amplius pater potuit ei relinquere vigore huius l. filius alter dicebat, ꝙ cùm pater suus habuit licentiam ad maioricatum faciendũ de omnibus bonis, quibus vellet, ꝙ potuit ei relinquere omnia bona quæcunq; voluit etiã vltra tertiã & quintam. Et quia licet verbo non fuit vsus dicta facultate: tamen vsus fuit facto relinquẽdo dicta bona vltra quàm posset de iure communi: & vltra prædicta allegabat tex. valde famosum in l. si miles. la. j. de test. mili. vbi est casus, ꝙ si miles destinauerat de iure cõmuni testari, & moriatur intestatus valet eius testamentũ iure militari. 5 † Et sunt hæc notanda ad quæstionem quam sæpe habui de facto. tu scis ꝙ donatio simplex facta filio non imputatur ei in legitima. nota tex. in l. si quando. §. & generaliter. C. de inoffi. test. Bart. in l. in quartam. ff. ad l. fal. facit l. illud in fi. C. de colla. quod intellige, vbi fuisset facta filio existenti extra patriam potestatem, secus si esset in patria potestate: quia cùm tunc morte confirmetur & habeat vim relicti, computatur ei in legitima, vt probat tex. fin. ad hoc in l. filium quem habentẽ. C. fami. her. quem ad hoc allegat Bart. in d. l. in quartam. verum est ꝙ Pau. de Cast. tenet ibi cõtrarium: imò idem esse in filio in potestate. sed ipsemet in alio loco tenet cum Bar. & est cõmunis opinio, de qua copiose per modernos in d. l. illud. sed quædã lex partitæ notanda in vj. parti tit. xv. l. iiij. incipit. En su vida. Disponit idẽ in donatione facta filio in potestate: vt non imputetur in legitima: sed cum quadam limitatione. s. nisi in casu in quo ipse filius peteret ab aliis fratribus: vt imputarẽt donationes eis factas in dotẽ: nã tũc vt æqualitas seruetur: etiã ipse debet imputare donationẽ simplicẽ sibi factã: & sic extendit solen

solenniter l.illud in fine.C.de collat. quæ hoc idem disponit in collatione, vt habeat locum in imputatione, & fortè à dicta l.assumpsit aliquod fundamentum d.l.partitæ.

6 † Sed nũ quid dispositio huius l. partitæ disponentis de imputatione concurrentibus duobus casibus.s. quòd donatio sit facta filio in potestate: & ꝙ ipsa petat imputari donationẽ ex causa doris fratribus factã, habeat hodie locũ attenta dispositione d.l.Tauri? videtur prima facie ꝙ non, cùm text.d.l.dicat, ꝙ dicta donatio simplex videtur facta in quinto: licet hoc non dicatur, & videtur in eo meliorare: ita ꝙ amplius in eo alium meliorare nõ posset: & sic videtur permittere illã inæqualitatẽ ad quam euitãdam processit d.l. partitæ.Cogita. & in tertia serua dispositionẽ aliarũ legũ: & illa quæ circa eã sunt statuta in d.leg.Tauri.

7 †Et reperies aliam legem partitæ, quæ est in v. partita. tit. iiij.de las donaciones. l. iij. ad finem.incipit. Hijo o nieto. quæ apertè sentit contrarium,

c [c] Et confirmat opi.Bar. de qua in d.l. in quartam: scilicet, quòd si donatio esset facta filio in potestate imputaretur ei, & sic contrariari videtur alteri legi. vj. parti. de qua supra.& Bal in l.omnino. in §.imputari.ad finem. C. de inoffi.testa. extendit etiam d. §.illud ad imputationem dicens, ꝙ vbi surgit inæqualitas inter filios, donatio simplex imputetur per d.l.sed Salic.& melius in d. l. si quando. dicit cõtrarium: nam illa lex loquitur in collatione, & non sequitur, cõfertur, ergo imputatur. vt l.illud.C.de collat.

8 †Attende tamen ad vnam difficultatem quæ videtur insurgere ex d. legibus Tauri. nam l.xxvj. de qua supra dicit, ꝙ si pater fecit donationem filio, videtur donare in tertio, & quinto, etiam si nihil dicatur. alia lex xxxix. incipit. quãdo algun hijo. disponit, quòd quando filius venit ad successionem parentum debet deducere ad collationem non solùm dotem & donationem propter nuptias, sed alias donationes. potest responderi: quòd ibi loquitur in collatione. vnde non ex hoc sequitur, quòd debeant imputari per d.l.illud. sed adhuc videtur, ꝙ etiã nõ habeat locũ collatio ex duabus leg. iũctis: primò ex d.l.xxvj. quę dicit, quòd videtur donatio facta in tertio & quinto: & sic cessare videtur imputatio in legitima. Secũdò ex l.xix. quæ disponit, quòd pater potest eligere & assignare bona in quibus filius melioratus habeat tertium & quintũ: & sic videtur cessare collatio. Cogitabis quia in colla-

tione videntur dictæ leges habere perplexitatẽ: & sic cogitabis in omnibus. Additio.
9 † Nec obmittendũ est quod genitor meus consuluit circa prædicta in quadã causa ardua, vbi postquã tenuit, ꝙ donatio simplex ab initio valida nõ cõputatur filio in legitima per supradicta dixit, ꝙ de hoc est hodie fortior lex in legibus Tauri, nu.26. quę indistinctè nulla facta distinctione loquitur & disponit. que si el padre por cõtracto entre viuos hiziere alguna donacion a su hijo, aun que no diga lo que lo mejora en el tercio, o en el quinto, entienda se que lo mejora en lo que cupiere en tercio y quinto, para que no pueda mas mejorar a otro, &c. Si ergo donatio simplex, etiam si nihil dicatur imputatur in tertio & quinto; ergo non imputatur in legitima; nec video quid cõgrue posset responderi ad d. l. quæ disponit: etiã tolerãdo inæqualitatẽ inter filios, cùm dicat valere iure meliorationis tertiæ & quintę, facit l.xviij. in d. legibus Tauri, facit l.xvij. incipit. Quando el padre. Dũ loquitur in casibus in quibus nõ potest melioratio tertiæ reuocari; & adhuc in principio loquitur d.l. de donatione facta filio in potestate, & ante conditã d. l. Tauri. erat indubitatũ: & sic pronuntiabatur; ꝙ si aliquis diuidens in testamento bona sua inter filios assignabat vni plusquàm alteri, etiam si non esset vsus verbo melioro, iudicabatur vt melioratus: effectus enim & voluntas magis declaratur facto, quàm verbis, vt eleganter consultus inquit in l. de quibus. ff. de legi. cum concordantiis. Fuerat enim semper inconcussa antè dicta sententia, & ab ipsis legislatoribus approbata, nisi quia plerunq; ex humana imperfectio ne contingat dubia in hac nostra scientia amputare volentes, dubia dubiis superaddãt: nec hoc arbitror ex legum cõdentium mente accidisse, imò ex deprauata intentione nostra, qui leges & earũ decisiones ad nostrum velle attrahere cõnantes, vt votis partiũ satisfaciamus, in earum vero intellectu fallimus & fallimur: hoc dico pro tanto. Nã contra
d riã decisionẽ[d] dicunt aduocati contineri in quadam l. Tauri. quæ est nume. 29. incipit. Quando algun hijo. vbi dicitur. quando algun hijo viniere a heredar sea obligado de traer a particion, y collacion la dote, y donacion propter nuptias; y las

otras

otras donaciones que ouiere recebido de aquel, cuyos bienes viniere a heredar, &c. quam l. non obstare sic probatur. Primò, quia dicta l. solummodo loquitur de collatione, non autem de imputatione in legitima, & non sequitur hæc consequentia: confertur, ergo imputatur: licet econtra sic imputatur, ergo cõfertur. Iste est casus in l. illud. C. de colla. vbi verba Imperatoris hæc sunt. (Hæc autem regula, vt omnia quæ imputantur etiam conferãtur, minimè econtrario tenebit.) vt posset quis dicere etiam illa quæ conferuntur in legitima imputentur. Quod ergo clarius responsum ad dictam obiectionẽ sit exemplificat gl. ibi ad propositũ in donatione simplici, quæ quãdoq; confertur, non tamẽ imputatur. Ad hoc facit text. expressus in l. quoniam nouella. C. de inoffic. test. vbi Imperator dicit, ꝙ donatio propter nuptias ante dictam l. conferebatur, vt in l. vt liberis. C. de colla. tamẽ quòd per hoc non erat prouisum de imputatione. Decidit ibi Imperator, ꝙ & si in aliqua lege sit prouisum quòd conferatur: non ex hoc sequitur prouisum quòd imputetur, aliàs non fuerat necessarium Imperatori facere nouam constitutionem super imputatione, cùm iam esset facta de collatione, nisi quia sub prouisione collationis non intelligebatur esse prouisum de imputatione: vt ipse Imperator clarè affirmat. Inde est ꝙ Accursius in d. l. quoniã nouella, in parte imputari, inquit quòd non est bona ratio, vt ideo debeat imputari in legitimam, quia confertur. Secundò, quia si hoc esset verum, quòd d. l. intellexisset de imputatione, esset corrigere vnico verbo omnia iura antè dicta, scilicet, d. l. si quando. & l. si nõ mortis. ff. de inoffic. test. quæ idẽ disponit cum aliis, & omnes gl. & cõmunem omniũ opinionẽ quæ habet donationem simplicem nõ imputari, esset corrigere d. l. partitæ. & esset corrigere d. l. Tauri, in eo. volu. positam & ab eodem & vno tempore conditã. Quomodo ergo tale est dicẽdum, nec sentiendum tot iura cum tanta vigilantia condita & ordinata vnico verbo & obscuro esse correcta? absit talia sentire. Præterea esset frustrare tantam Imperatoris vigilantiam in disponendo facientes differentiam de donatione ex causa dotis, & de donatione propter nuptias, vt illa cùm sit necessaria procedens ex officio paterno computetur. vt in dicta l. quoniam nouella. Si etiam aliæ simplices dona-

tiones deberent cōputari, accedere possunt verba Imperatoris ab eo posita in l.si quando. C.de inoffic.testamen.in principio, scilicet nec credendum esse Romanum pontificē, qui iura tuetur huiusmodi verbo totam obseruationem testamentorum multis vigiliis excogitatam atque inuentā velle euerti, nec etiam ex intellectu alicuius l obscuro suppleto vel subintellecto debet induci alterius legis, quanto magis legū correctio, vt dicit gl. in cap.cupientes.§ quod si per xx.de electio.lib.vj. Item quia leges Tauri (vt in earum procœmio dicitur) factæ sunt & conditæ ad decidenda & declarauda dubia, quæ occurrebāt super aliquibus quæ non erāt clarè decisam: sed super hoc (vt ante probatum est) nūquā fuit dubium, scilicet vtrū donatio simplex esset imputanda in legitima, aut non? imò clara erat decisio: & sic nō prę sumendum quòd ad illius correctionem facta fuisset dict.l. quam pars contraria adducit ad sui fundamentum. Ex quibus videntur dicta verba loquentia de collatione non aduersari aliis legibus, & principiis loquentibus de non imputanda donatione simplici, vt dictū est, & si supra dicta cessassent dicta verba posita in d. l.Tauri, scilicet, trayan a collacion las dotes, y donacion propter nuptias, y las otras donaciones. Hæc verba (y la otras donaciones) debent intelligi, scilicet similes illis quæ imputantur, puta donatum causa militiæ, vt in l.omnino.C.de inoffi.testa. & aliæ donatiōes necessariæ quę de iure imputantur in legitimam, non autem de donatione simplici quæ non imputatur. Ista est gl.singularis Azo. in authen.ex testamēto.C.de colla.sup parte datorū. postillans verba posita in dict.auth. & aliorum datorum colla. & ibi optimè Salic. & est ratio: quia ista dictio (&) est repetitiua similium glo.in authen. si fugitiui.C.de ser.fugi. imò attenta dispositione dictæ l. Tauri.nume.26. quæ dicit, ꝙ pater videtur meliorare, etiā si nil dicatur iuncta alia l.nume.19. quæ disponit ꝙ pater potest eligere bona, in quibus filius habeat meliorationem videtur cessare materia

10 collationis. †Opponunt alij, quòd ista fuit donatio ob causam, cum dictū sit in ea, quod donabat ad substentandū onera matrimonij, quod nō videtur obstare. Primò, quia etiā in dicta donatione dicitur. y para hazer lo que quisieredes, &c. Secundò, quia etiā si esset donatio ob causam nō ex hoc sequitur quod debeat impu

e imputari. [e] leges enim, quæ loquuntur de imputāda in legitimā donatione ob causam, loquūtur de donatione ob causam necessariam, ad quā pater de necessario à iure est obligatus, sicut est donatio ex causa dotis & donationis ꝓpter nuptias. Casus est expressus in l. quoniā nouella. C. de inoff. te. & in l. illud. & in l. vt liberis. C. de colla. sed in proposito nō sum⁹ in dote, nec in donatione ꝓpter nuptias: in dote clarum est, in donatione propter nuptias minus: quia tēpore dictæ donatiōis, nec erāt nuptię, nec memoria nuptiarū. Itē q̄a illa donatio propter nuptias, in qua leges disponunt & loquuntur, ꝙ debeāt imputari, est quā pater facit pro filio. Sic loquit̄ text. in d. l. quoniā nouella ibi. (vel pro filio ante nuptias donationē.) & in l. illud. §. ad hoc ibi (cū ante nuptias pro filio.) & l. vt liberis ibi (antè nuptias donatio data ꝑ filio.) & in l. fin. C. de iure do. in §. similimodo ibi (pro alio ante nuptias donationem nupturæ dederit) & in l. fina. C. de dotis promi. in princip. ibi. (si pater pro filia dotē, & pro filio donationē ante nuptias dederit.) hoc enim est officiū paternum necessariū dare filiæ dotem, & pro filio donationem propter nuptias, vt est casus in l. fin. in versi. nec enim leges incognitę sunt: & sic istę leges non loquuntur de dona tione facta filio: sed pro filio & tēpore nuptiarū. hodie dicūtur arræ quas dat filius, aut pater pro filio, vt disponit l. pri. iiij. partit. titu. de las dotes. Iura ergo quæ disponūt, ꝙ donatio ob causam sit imputanda, sic debent intelligi, scilicet quando fit donatio ob causam talē necessariam, per quam pater à lege necessario est obligatus secus alias. & licèt dicta iura hoc manifestè probēt ne videar loqui ex capite, hoc in expresso docet magistraliter Pau. de Cast. in l. vt liberis. C. de collatio. iiij. col. versi. certè primum nō placet, cuius verba sunt hęc: Datio ob causam in p̄senti materia collationū dicitur, quando quis donat ob causam, quæ ipsum arctat ad dandū: vt est dos & donatio propter nuptias, ad quas pater potest cōpelli, meritò iura prouident patri, qui habuit necesse dare: ꝙ fortè nō fecisset si ius ipsum nō arctasset: & sic ꝓsequitur vltra. Et hæc fuit intentio Bar. in l. j in §. nec Castrense. ff. de collatio. bo. iiij col. in versi. quæro quid si pater dat filio. & sic in iij. col. dicit de expēsis quas pater facit pro filio: & sic ob causam matrimonij, tamē dicit ꝙ nō imputantur. Idem & clarè Alexand. in dicta l. vt li-

beris v.colū. in principio, vbi hæc illius verba. nō tamē pro hoc dicas ꝙ talis donatio quātuncūque ob causam debet cōferri: quia illud quod dicit ꝙ donatio ob causam debet conferri, est verū in donatiōe necessaria, vt ꝙ donat filio propter nuptias, vel filiæ propter doté ad quæ pater potest cogi, vt l.fin. C. de dotis promiss. hoc voluit Cinus in l. filiæ licet. C. de coll. j. quæstione. vnde Barto. in l. stichus de pecu. lega. inquit, ꝙ si pater soluisset cōdemnationem pro filio, quòd si per formā statuti cogebatur soluere condénationem pro filio, cum necessario solui, imputabit filius in legitimam: secus si pater fecit non necessitatus soluere à statuto. Alia huiusmodi possent super hoc adduci: quę breuitatis causa omittuntur. & sic fuit iudicatum in hac regali cancellaria in fauorem cuiusdam ciuis Toletani secundum intellectū datum à genitore meo ad dictas ll. Tauri. & aliquæ lites magnæ importantiæ tunc pendebant, quæ cùm ista accidisset steterunt pendentes quousque in ista causa pronūtiaretur.

SVMMARIVM.

1 *Melioratio nō est detrahenda de dotibus, quas antea pater filiabus dederat quæ conclusio limitatur. nu. 2. & 3.*

ADDITIO.

a *Adde hodie l. xxv. in decisio. tauri, ex qua videtur cessare hæc disputatio docto. & licet ex l. xxix. tauri. parentes dotando vltra legitimam videantur tacitè meliorare secundū distinctionem illius l. tamen hodie cessat tam expressa quā illa tacita melioratio ex pragma. seu petitiōe. cj. in curijs Madrid anno. 1534.*

b *Sed cū hodie quædam l. regni facta in d. curijs tauri in distinctione mandet & disponat hanc meliorationem non esse deducendam de dotibus. & etiam alia lex disponat quòd in d. melioratione debeat haberi consideratio ob bona quæ pater habet tempore mortis tutius videtur dicta iura seruāda esse indistinctè: vt iacēt absque istis limitationibus datis ad j. conclusionem nihilominus cogitabis. Hæc ille.*

SExto quæritur vtrum hæc melioratio sit extrahenda de dotibus? exēplū, pater meliorauit filiū suū in tertia parte bonorū [a] suorū: & iste pater in vita sua dotauerat duas vel tres filias suas, quæ volunt succedere. frater melioratꝰ dicit ꝙ etiā de dictis dotibꝰ debet detrahere tertiā, ita quòd fiat vnus aceruus, tā de bonis quæ remāserūt tēpore mortis patris, quā etiā de dictis dotibus, & de omnibꝰ insimul detrahat tertia pars iure meliorationis: q̄ritur qd iuris? & sic

vtrum

vtrũ melioratio tertiæ debeat deduci de dotibus,seu alijs rebus,quas iam tenebãt filij in vita parẽtũ ex donatione paterna,& videt̃ quod nõ,nisi solũmodo ex illis bonis q̃ remãserunt in bonis paternis tempore mortis suæ. Primò per tex.singularem in l. pater filiam.§.j.ff. ad l.falcid. vbi est casus quod illa quæ extra causam testamenti capiuntur in Trebellianicã,seu falcidiã:nõ imputãtur etiã si testator imputari iussisset,vt ibi dicit tex.est ibi enim casus quod si pater filiã pro parte instituit hæredem:& ab ea petiit vt fratri,& cohæredi suo portionẽ hæreditatis restitueret deducta sexta parte admissa cõpensatione dotis quã ipsa recepeerat in ratione falcidiæ. dicit text.quòd falcidiã iure hæreditario,dotẽ iure proprio recipiet,quia dos in hæreditate patris non inuenitur.& tex.in l.pater filiũ,eodẽ titulo,dicit ꝙ illud quod ex causa fideicõmissi pater debet filio,tanquã æs alienũ deducitur,& in falcidia nõ imputatur. Secundò cũ pater in testamento dicat, melioro in tertia parte bonorum meorum,dotes quæ iam exierunt à suo patrimonio nõ censentur bona sua,vt ait tex. in l.fina.ff.de collatio.do.ibi. (& ex ęris alieni loco) abscessit enim à bonis paternis.l.j. §.fin.eiusdẽ tituli.ibi (quia in bonis eius non est.) Tertiò facit quia dos censetur esse proprium patrimoniũ ipsius filię. l.iij.§.sed vtrum in fine.ff.de minori.ibi (dos ipsius fœminę propriũ pãtrimoniũ est.)ergo non includitur in melioratione,quam pater facit de bonis suis. Quartò facit tex.notab. in l.si ita.de aur.& argẽ.lega. vbi casus singularis, quod si quis legat omne argentũ suũ videtur intelligere de omni eo,quod est suũ tempore testamẽti.Subdit tex.quia hac demõstratione,meũ,præsens nõ futurum tẽpus ostendit.leg.v. §.argen.de auro & argẽ.lega. vbi est casus secundũ vnam lecturam glo.quod si quis legat omne argentum suum,nõ videtur legare id quod erat sibi debitum:melior text. notab. in l.scribit.ff. eod. vbi est casus, quod si maritus legauit vxori omne aurum suũ,quod nõ debetur vxori illud aurũ, quod marito debebatur ex stipulatiõe:puta si ab aliquo stipulatus fuerit decẽ libras auri.Ratio quia illius adhuc factum nõ est.id enim quod suũ esset,non quod in actione haberet,legauit,sequitur text.& in hoc facit, quod nec etiam debetur illud aurum, quod dedit aurifici, vt sibi ex illo faceret aliquid:quia tunc cum dominium transit in aurificẽ,

non venit: secus si ex illo auro tantum opus esset fiendũ, quia tunc dominium apud testatorem fuit: ecce ergo quod non venit in legato id quod desijt esse in dominio testatoris: licèt ad illud habeat actionem,& speretur redire in bonis eius.facit text.in l.vxorẽ. §.testamento.ff.de leg.iij.vbi est casus.quòd si testator legauit alicui seruos quinq; de his qui habebant septem annos, quòd si post multo tẽpore vixit testator,videtur eam ætatem designare quæ esset cùm à testatore relinqueretur.& sic de his qui habebãt septem annos cùm fecit testamentum licèt tempore mortis sit maioris ætatis.facit l.his verbis. & l.nomen.§.filio ff. de lega. iij. Quintò ad hanc partem facit l.à filia mater.ff.ad Trebel.vbi videtur casus de quæstione.dicit enim ibi text. singula.quòd si mater filia instituta rogauit eam in hunc modum: vt si liberis superstitibus decederet, restitueret fratri suo partem eius: quod ad eam ex bonis patris peruenisset: quę filia fuerat dotata per patrem,& decessit dicta filia in matrimonio superstitibus liberis. decidit ibi consultus: quòd hæres dictæ filiæ defunctæ non tenetur restituere dicto fratri dictam dotem, quã filia acceperat à patre suo. Et est ille textus valde singularis, quod rogatus restituere quicquid ex bonis defuncti ad eum peruenerit, nõ intelligitur rogat⁹ restituere id quod ad eum ex dispositione inter viuos peruenerit: quod Ange. ibi reputat notandum: & ita consului in causa ardua.& sic fuit iudicatum. Nec prædictis obstat l.illam.C.de collatio.per quã multi decipiuntur.ibi (vt commixtis huiusmodi collationibus cùm bonis mortuæ personæ) vbi est casus,quod ex dotibus collatis: & ex patrimonio defuncti fit vnus aceruus: & ex toto sic accumulato detrahit quisquam hæres partem hæreditariã,quia ille text.loquitur in legitima:& sic in parte hæreditaria de necessario debita.quia illæ personę de quibus ibi succedentes cũ auunculis & patruis succedũt cum diminutione tertiæ patris & sic ibi non tractatur, nisi de successione & legitima: quo casu nemo dubitat,quòd dos non debeat imputari, vt est casus in l. quoniam nouella. C.de inoffic.testamen.& propter hoc fit aceruus etiam de dotibus, & de toto patrimonio:& de toto sic aceruato & iuncto detrahit vnusquisque legitimam partem suam. noster casus non est sic,sed melioratur filius in tertia: quæ

respectu

respectu filiorum non est legitima: cùm poterat pater vnum meliorare, & alios excludere. & per consequens illũ cui meliorauit in tertia potuit meliorare in dimidia tertiæ, vt antè dictum est. Præsumendum est ergo cùm dixit melioro in tertia parte bonorum meorum, non se retulisse, nisi ad bona, quæ erant in suo patrimonio tempore mortis, & sic affuit potestas faciendi: & etiam voluntas quæ conjecturatur ex dictis verbis: igitur.

2 †Cogitabis tamen si posset limitari dicta conclusio, vt habeat verum, nisi expressè per testatorem fuisset dictum, quòd dictã tertiam meliorationis posset deducere de toto aceruo, tam de bonis quæ ipse dimittit tẽpore mortis, quòd etiã de dotibus ex omnibus aliis quæ ipse dederat filiis suis: pro quo facit tex. in l. scribit. de auro & arg. leg. iuncta l. si ita. ff. eodem ti. in d. l. scribit. dicit tex. quòd in tali legato non veniunt bona, quæ sunt aliqualiter extra patrimonium, licet sperẽtur redire: vt in exemplo supradicto de aurifice, & dicit tex. in d. l. si ita. quòd præsens tẽpus semper intelligeretur, nisi aliud expressum esset ex mẽte testãtis: ecce ergo quòd vbi ex mente aliud apparet: etiã ad alia bona trahitur legatum, quæ sunt extra patrimonium testãtis: si sperantur redire: item dos prælegata nõ cedit in fideicõmisso: nisi specialiter sit dictum l. Lucius. in §. maritus. ff. ad Treb. Itẽ etiã vbi testator vniuersaliter substituit, nõ venit dos in fideicõmisso: nisi appareat testatorẽ aliud sensisse. l. à filia. ff. ad Trebel. l. pater filiã. in prin. ff. ad l. Falc. auth. res quæ. C. communia de lega. secũdum Bart. in d. §. maritus. itaq; vbi testator aliud expressisset, cessant omnes prædictæ rationes positę in decisione quęstionis superioris de nõ ducenda melioratione de dotibus. Praterea moueor ratione fortissima: certũ enim est, quòd vbi pater hoc expressè dicit: iam nõ est quæstio volũtatis: sed solummodo restat quæstio potestatis: sed de hac nõ est dubitãdũ, quòd testator posset hoc percipere, quia dos cõputatur in legitima & satisfacit pater relinquẽdo vnicuiq; legitimam suã: sed in dote potest pater relinquere legitimã filiæ, quia filia potest in dote institui, vt dicit glo. in l. iij. §. sed vtrũ. ff. de mino. quam ibi omnes tenẽt, & in d. l. quoniã nouella. nisi dicas ꝙ verũ est, quòd legitima est deducta tertia: sed intelligitur de tertia bonorũ quæ sunt tẽpore mortis: & dotes iam abscesserũt tunc temporis à bonis paternis. Præterea

terea nõ poteſt dici grauamen cùm habeat legitimam in dote, quę (vt dicit) eſt deducta tertia meliorationis, quo ad filios: & dico quòd in dote filiæ poteſt apponi grauamen in eo quod excedit legitimam. Iſte eſt caſus ſingularis in l. fi. §. fideicommiſſum filiæ. aliàs incipit à filia. ff. de lega. ij & hoc ibi tenet Bar. eſt etiã tex. not. & ibi hoc not. Bar. in l. Lucius. in §. maritus. ff. ad Trebell. & Bal. in d. §. filiæ. Cin. in l. vnica. in §. videamus. C. de rei vx. actio. per Sali. & ſcribentes in d. l. quoniam nouella. in eo tamen, quòd dos non excedit legitimam: non poteſt filiæ apponi grauamen, cùm ſuccedat loco legitimæ: & imputetur in legitima, vt in d. l. quoniã nouella. ergo habet locum l. quoniam in prioribus. & tenent omnes, vbi ſuprà per Alexan. in l. à filia. ff. ad Trebell. nec obſtat ſi dicat̃ dos eſt proprium patrimoniũ filiæ, quia gl. notabiliter in d. §. ſed vtrũ. dicit quòd non verè, ſed quaſi: quę dictio eſt nota improprietatis. l. in eum. ff. de religio. & C. de rei vxo. actio. §. & hoc ex rei vxo. actio. nec etiam obſtat quòd dos exiuit proprium patrimoniũ patris, quia nõ ſimpliciter: ſed reſpectiuè quo ad qd, & quo ad quid nõ: & ſic nõ radicaliter & funditus in totũ maximè propter ſpẽ quæ eſt, quod ad eum poſſet reuerti, & propter communionem quá habet cum actione de dote: & quia profectitia: per quę videtur ſubſtentabilis hæc limitatio, vt ſcilicet tertia meliorationis deducenda eſſet etiam de dotib⁹ quoties à patre hoc expreſsè ſic fuiſſet diſpoſitũ. Vnum eſt quod videtur obſtare: nam legitima filiis debita cõſideratur reſpectu bonorũ, quæ pater poſsidet tempore mortis. l. Papinian⁹. in §. quarta. ff. de inoff. teſt. l. cùm quæritur. C. eod. tit. Sed cum tempore mortis dos filiæ data abſceſsit à bonis patris nec inter bona paterna computetur, nõ videtur quòd habeatur reſpectus, nec haberi poſſet ad bona ſic dotalia, vt de eis poſſet melioratio deduci etiã ex expreſſa prouiſione paterna: niſi reſpondeas vt ſuprà, ſcilicet, quia non in totum abſceſsit dos à bonis patris, tã propter ſpem reuerſionis, quàm quia in dote poteſt inſtitui filia pro ſua legitima: & qa poteſt grauamen imponi filiæ in dote, quatenus eſt vltra legitimam: ſed vltra legitimã dicitur eſſe in eo, quod habet filia vltra partẽ ſuã, tertia meliorationis deducta: cùm inter filios legitima dicatur deducta tertia, vt dictũ eſt, cogitabis. Hanc tamen limitationẽ dicerẽ eſſe veram præciſe vbicunq; iſta dos

eſſet

esset reuersura ad hæredē gratiatis: putà quia tempore quo pater dotauit stipulatus est sibi soli reddi soluto matrimonio, vel quia stipulatus esset expresse sibi & hæredibus secūdum opinionē illorum, qui tenent, quòd in casu expressæ stipulationis, nō habet locum cōsolidatio in filia: de quo gl. in §. videamus. de rei vxo. act. Bart. plenè in l. post dotem. ff. solu. matri. Sed vbi pater simpliciter dotasset filiā: ita quòd tunc eo mortuo tota integra actio de dote consolidetur in eam, vt in d. §. videamus. tunc filia non potest grauari in dote, etiam quatenus est vltra legitimam: nisi tantundem filię esset relictum; & ipsa legatū agnouisset. ita Bar. in d. l. fina, §. filiæ. ff. de lega. j. Imo, in d. §. maritus. Bald. in d. l. quo-

b niam nouella.[b] Alexan. in d. l. à filia. cùm ergo isto casu nullo modo posset grauari in dote etiam in eo, quod excederet legitimam satis dici potest, quòd etiam si pater expresse præciperet quòd de dotibus deduceretur tertia meliorationis, quòd hoc nullo modo deberet fieri, cùm hoc esset in præiudicium filiæ & grauamen inferretur tunc sibi in dote sua: vnde isto casu tertia meliorationis deberet deduci de bonis per patrem relictis tempore mortis: nō autem de dotibus etiam si per patrem ali-

3 ter esset dispositum. †Secundo modo videtur restringenda & intelligenda dicta conclusio, scilicet post mortē mariti. nam in vita eius nō videtur quòd dicta melioratio possit deduci de dotibus, etiam si hoc expresse pater disposuisset, vbi maritus, & vxor nollent succedere: sed velint esse dote contenti: quia maritus possidet dotem ex titulo oneroso, vt l. ex promissione. de actio. & obli. & sic non habet locum aliqua reuocatoria, dato quòd esset inofficiosa dos & in præiudiciū legitimæ: respectu enim mariti est titulus onerosus, & sic non competit contra eum querela ad reuocandum, vt voluit singulariter Bar. in l. si fraudator. in §. si à socero. ff. de reuo. his quæ in frau. cred. & titulus ille de inofficiosis donationibus nō habet locum contra possidentē titulo oneroso secundum communē opinionem, de qua per glo. & doct. in l. j. C. de inoffi. donatio. & in aliis pluribus locis vulgatis facit l. fina. ff. de collat. do.

SVMMARIVM.

1 *Melioratio in tertia est prælegatum & non institutio, & nu. 8.*

2 *Verbum relinquo, quando adiectum certæ rei vel rebus trahatur ad vniuersum, vel institutionem, nu. 2. cum pluribus sequentibus.*

Annot

9 *Annotantur differentia inter prælegatarium & hæredem, & numero 10.*
11 *Melioratus vel legatarius an possunt propria authoritate accipere meliorationem vel legatum, cum sequentibus.*
12 *Filius pro sua legitima an possit propria authoritate possessionem occupare.*
13 *Conclusio, quod melioratus debet de manu cohæredis, & nō propria authoritate accipere meliorationem extenditur, & limitatur vsque ad numerum 19.*
18 *Edictum diui Adriani non competit filio meliorato.*
19 *Edictum diui Adriani an competat filio instituto in legitima.*

ADDITIO.

a *Adde doct. Didacum de Segu. in repet. l. iij. §. fi. ff. de lib. & posth. fol. 6. col. vj. in vol. repetit.*
b *Adde Gulıel. Bene. in rep. c. Rainutius. de testa. in verbo in eodem test. relinquens el pri. in prin. & adde Alex. de Imo. in consi. lxx. col. iij. lib. ij. & consi. xvij. vol. iij.*
c *Adde quod hanc opin. dicit magis communem Alexan. de Imo. cōsi. clxxvij. col. iij. lib. ij.*
d *Adde lōge plures illationes ex hac conclusione, per doct. Didacum de Segura in repe. alle. l. tertiæ. §. fin. ff. de lib. & posth. fo. 6. cū seq.*
e *Adde tamen iam quod filius melioratus non possit propria authoritate meliorationē occupare, qua actione poterit agere contra fratres per doct. Didacum de Segura in repet. l. vnum ex familia. §. sed & si fundum. ff. de leg. ij. fol. 49. in volu. repet. in ver. iij. modo induco.*
f *Attende deligēter & quando possit hoc edictum diui Adriani habere locum vltra tradita in proprio loco. vide Oldr. consi. cxxxix. & Philip. Dec. in consi. lxxxiij. & in consi. ccccl xvij. & in consi. dix. & in consi. dlxxxviij.*

1 SEptimò † quæritur vtrum melioratio tertiæ facta per patrem dicatur institutio vel prælegatum, puta pater dixit in testamento, melioro filium meum in tertia, si tunc ille filius dicatur institutus in tertia vel prælegatarius in ea? Alfonsus de Montaluo mouet hic quest. & cōcludit esse prælegatum[a] mouetur: quia si esset institutio lex requiret, ꝙ iure institutionis illam relinquat, vt in auth. nouissima. C. de inoff. testa. Sed cùm ista lex non requirat quòd iure institutionis: quia si voluerat hoc expresserat: ergo est prælegatum. Item quia secūdum cum hæc lex situata est in titulo de lega. & nō de las herencias. & sic non sensit de institutione, cùm licitum sit arguere à rubri. C. ne fide. do. den. Item quia quota bonorum non facit quem hæredem, nisi ad exclusionem querelæ. l. non amplius. §. fi. ff. de lega. j l. si quis seruum. §. fin. ff. de leg. ij. item arguit

arguit ab absurdo: quia si esset institutio pater habens filios duos, vnum eorum meliorasset in tertia, alterum instituisset: institutus haberet duas partes, iste vnam. Item quia communiter post omnia legata fit hæredis institutio: sed cùm filius melioratus in fine testamenti est hæres institutus cum cæteris, manifestè apparet melioratum esse legatarium in quota nõ institutum: vt ait Salic.in l.quoties. C. de hære.inst.& in l. quoniam indignum. C.de test. Hæc ille dicens istam esse veritatem & communiter sic practicari, scilicet quod sit prælegatũ. Ego dico, quòd fundamenta istius doctoris sunt satis debilia, & extra propositũ licet in substãtia quæstionis verũ dicit. Ideo ad hoc melius considerandum & probãdum, Aduertas, quòd ista tertia meliorationis (vt multoties dixi) respectu filiorum inter seipsos non est legitima: cùm illam pater dat, seu prælegat vni eorum cui vult: ergo si non est legitima: non est necesse ponere in dubium, verũ debeat hæc tertia relinqui iure institutionis vel ne. nã quo ad hanc tertiã, hoc est indubitatum: tam quia nõ est legitima respectu filiorũ, quàm quia hæc lex nõ requirit, scilicet quod iure institutionis relinquatur tertia: imò loquitur per verba significantia prælegatũ. Præterea hoc verbum (mejorar) significat prælegatũ, quod patet ex significatione vocabuli: cũ nihil aliud sit prælegatũ facere quàm legare vni ex hæredibus aliquid vltra portionem aliis cohæredibus relictã, & legatũ, seu prælegatũ nõ propter hoc desinit habere naturã legati, seu prælegati: quia tale legatum, seu prælegatum adiiciatur quotitati bonorũ. Iste est casus singularis in l.non amplius.in §. cùm bonorum parte. ff. de lega.ij.

2 b †Præterea verbũ relinquo[b] adiectũ rei particulari, nunquam trahitur ad vniuersum nec ad institutionẽ, quod probatur in l.cogi.in §.& generaliter.ff.ad Treb. quẽ tex. ad hoc reputauit vnicum Dinus, idem Bar.ibi dicens Dinũ illum adduxisse in argumentum ad hoc quod verbum (relinquo) adiectum rei singulari non trahitur ad institutionem directam vel obliquam. plus probat ille text. secundum Bar. ibi, inquantum Iurisconsultus loquitur generaliter, vt idẽ sit in omni verbo obliquo, vt adiectum certę rei vel quantitati nunquã extendatur ad institutionẽ, nec ad vniuersitatẽ bonorum: & per illum tex. datur solennis limitatio ad l.j.§. ex fundo.ff. de hær.insti.vbi tex.disponit, quod

quod institut' in re certa, alio vniuersaliter nō instituto, habeatur loco vniuersalis hæredis, vt illud obtineat quando institutio particularis esset facta per verba ciuilia directa, secus si per verba inflexa & obliqua: putà si dicat relinquo titio fundū. Nam ille nō erit hæres vniuersalis, licèt alius non esset institutus. ita dicit Ang. in d. §. si ex fundo, referēs Dinum dixisse esse text. vnicū ad hoc in di. §. & generaliter. probatur etiam in l. his verbis. ff. de hære instit. idem tenet Ange. in dict. §. & generaliter. asserens ibi esse casum, ꝙ verba obliqua adiecta certę rei vel quantitati nunquā extenduntur ad vniuersitatē bonorum. & in tātum habet verum dicta conclusio, quod verbum (relinquo) adiectum certę rei vel quātitati non inducat institutionē, quod etiā si tale verbū apponitur in persona filij idem erit dicēdū. Probatur hoc in §. aliud quoq;. c. iūcto, §. cæterum. vt cùm de appella. cogn. vbi cauetur, quòd nō sufficit relinquere filio, nisi iure institutionis relinquatur, & hoc in expresso firmāt Bart. & Bal in l. his verbis. ff. de hære. inst. & in l. Cēturio. iij. q. principali. ad finē. ff. de vulg. gl. singu. in c. si pater. de testa. lib. vj. Ioan. And. Ant. Imo. in c. Raynutius. de testa. Sali. in l. quoties. C. de hær. inst. & in l. fi. C. fam. hercis. & in auth. nouissima. C. de inof. test. & in l. quoniam indignum. C. de testa. Bal. in l. non codicillum. ad fi. C. de testa. & in d. l. quoties. famil. hercis. Bart. & plenissimè Alex. in d. §. & generaliter. licet in hoc de filio Iaco. de Aret. Pet. & Bald. in l. quoties. C. de hære. instit. teneant contrarium quod etiā tenuerunt omnes docto. Tolosani, vt refert Bal. in l. fin. C. famil. hercis. & in l. captatorias. v. opposit. C. de testam. milita. idem Cardin. in cap. Raynutius de testam. ex eo quia verba in dubio debent intelligi secundum qualitatem personæ, ad quam referuntur, l. plenum. in §. æquitij. ff. de vsu & ha. cap. solitæ. de maio. & obed. l. si quis filio. §. irritum. ff. de iniust. test. Sed cùm hodie filio de necessario iure institutionis debeat relinqui: sic in dubio debet intelligi esse relictum etiam si per verbum relinquo ei relinquatur, cùm sit verbum cōmune, l. is cui sub conditione. ff. de condit. & demonst. ad hoc dicunt esse casum in c. Raynutius. in versic. relinquens, Sed prima opinio videtur verior quia communior, quā omnes ferè sequuntur: & illam defendit singulariter Alex. in d. §. & generaliter. & ad cap. Raynutius. dantur

tur plures solutiones de quibus infra. † Habita ergo hac
3 opinione pro communi & vera,eam limita singulariter, ni si per dicta verba inflexa seu obliqua testator adiiciẽdo illa etiam certis rebus vniuersum patrimonium suum diuisisset inter plures in suo testamẽto. nam tũc dicta verba etiam sic obliqua & inflexa sapiunt vim directorum verborum: si aliàs testamentum habuisset solennitatem testium, ita dicit Angel.in d.§.si ex fundo,quod videtur sibi mirabile, & eum sequitur ibi Imo.vj.col.in v.fallentia.& videtur satis terribile,quod verbum relinquo,adiectum certæ rei vel quantitati operetur institutionẽ.& mirabiliter hoc limitat d.§.& generaliter:sed hoc operatur diuisio totius patrimonij per assignationem rerum certarum cuilibet factam: & pro d. conclusione Ang.do glo.sing,quæ hoc tenet in expresso in l. quoties. C. famil. hercis. vbi expressè firmat Accur.ꝙ si testator inter filios suos in solenni volũtate diuisit bona sua assignãdo cuilibet certã portionẽ vel certã rẽ quòd hoc habetur pro institutione, Ecce ergo, quòd apertè gl. loquitur quãdo verbum relinquo, seu assigno fuisset adiectum certę rei; & tamen dicit glos. quòd operatur institutionem ratione diuisionis totius patrimonij, factæ per testatorem. pro qua gl,bene facit d.l,quoties, & l. fi. C.communia vtriusq; iudi. & l. filij. C. famil. hercis. ibi (quibuscunq; verbis)& conclusionẽ illius glo.sequitur Ang. in l.his verbis.ff.de hæred.instit. licet Imol. ibi timidus & titubans dicat d. glo. non esse sine dubio per d.§.& generaliter,Salic. in d. l. quoties. multum cõmendat d. gl. dicit illã esse veram ex eo,quia cùm inter omnes liberos sit facta rerum assignatio nihil interest dicantur succedere ex testamẽto vel ab intestato, cùm æqualiter succedant in quolibet casu,& non secundum ratam rerum eis assignatarum.l. cogitationem. C.famil. hercis.l. si certarum, de testa. militis, & sic cùm nihil intersit interpretamur in honorabiliorem titulum.hęc ille. Pau.de Cast.in d.l.quoties, ad fi. sequitur illã glos.quam dicit menti tenendam. & illam etiam sequuntur Ang. & Imol. in l. j. §. ex fundo. ff. de hæred. instit. & Imo,in l.cẽturio.in vers.quæro vlterius. de vulg. & pupil. Alexand. in d. §. & generaliter,quam legit sub §.non omnis. iiij.col. versi. ij. prædicta limita ad quod optimè seruit vnum verbum Iac. de Are. relatum per Bar.in l. fi.de pecu. lega. vbi dicit, quòd si pater

in testamento assignaret filiis suis peculium, etiam si non diceret iure institutionis, tamen valeret testamentum. & hæc de prima limitatione.
4 † Secundò limita dictam conclusionem esse veram de iure ciuili: sed de æquitate canonica verbum relinquo relatum ad personam filij, indistinctè trahitur ad institutionem. Iste est casus singularis in d.c.Raynutius. & illud c. sic intelligunt ibi Hostien.& Abb. antiquus. Bal.in auth.ex causa.pen. col. C.de lib.præter.& in l.fin.C. fam.herci.vbi dicit illum tex. esse ad hoc vnicum. Idem glo. in c.si pater.de test. lib.vj. Sed hæc limitatio non est absq; dubio.nam Salic. in d. auth. nouissima.& in l.fi.C.fami. hercis.& in l.quoties. C. de hære. insti.dicit quòd loquitur secũdum ius.C.secũdum quod sufficiebat relinquere quoquo titulo. l. omnino. C. de inoffic. test.licet glo.& doctores in d. c.Raynutius. dent alias solutiones, quas vide: quia non est propria materia.
5 † Tertiò limita nisi testator dixisset relinquo filio decem pro sua legitima, seu falcidia: quia tunc verbum relinquo importat institutionem. Bar.& Bal.in authent. vnde si parens. C. de inoffi.test.& Bar.in l.fi.de peculio lega. & in consil. incip. cõsultus super puncto. & Bal. in l.humanitatis.in iiij.oppo. C.de impub. & aliis, & ibi dicit esse casum expressum in d. l. quoties.C.de hæred.instit. idem Pau.consulendo.& in d. l.humanitatis. Rapha. in d. l. his verbis. sed nec ista limitatio caret scrupulo.Nam Bart. relinquit illam indecisam in l.filium.in §.sed portio. ff. de lega. præstan. & contrarium tenuit Salic.in d.auth.vnde si parens.& in d.l. quoties.in fi. & in d.l.humanitatis. Alex.in d.§.& generaliter.iij.col.in j. limitatione. Ioan. de Imol.in d.§.ex fundo, & in d.c.Raynutius. per d. l. §. aliud quoque. cap. ad l.humanitatis. respondent, vel quod loquatur de iure.C.vbi sufficiebat relinquere quoquo relicti titulo, vel illa verba, eis relicta sint verba imperatoris, nõ testatoris. Adde quòd idem esset si testator in testamento dixisset, quòd relinquit filio centum pro sua parte.nam per dicta verba importatur institutio.firmãthoc Bal. & Pau. in d. l.humanitatis. probat not. text. in l. scimus.in versi.pro sua parte. C. de inoffic. testa. quem ad hoc Bal. ibi ponderat. idem Bart. in l.peto.in princ.ff.de lega.ij. sed tenentes contrarium in casu superiori, etiam in hoc casu videntur contrarium tenere. Alij plures casus ponũtur per do.in quibus verbũ(relinquo) appo

appositum filio inducit institutionem, & etiã vbi non est necesse, quòd filio relinquatur iure institutionis, quos non refero: quia esset aliquid extra propositum: copiose recitãtur per quendam doctorem Mediolanensem in d. auth. nouissima. & totum quod ipse recitat habuit Alex. in d. §. & generaliter. quem legit sub l. nã quod. §. non omnis. ff. ad treb. vbi more suo loquitur notabiliter.
6 liter.† Cùm ante dictis limitationibus habeas pro regula, quod verbum (relinquo) adiectum certæ rei vel quantitati
c non trahitur ad institutionẽ.[c] Sed vbi verbum (relinquo) esset appositum non certę rei, vt ante dictum est: sed vniuersitati alio vniuersaliter non instituto, trahitur ad institutionẽ. Ista est gl. singularis in authẽ. de hęred. & fal. in §. si verò nulla. super parte relictis tex. in l. Diuus. de test. mili. Sali. plenè in l. quoniam indignum. C. de his qui. vt indig. & idem gl. in l. his verbis. de hære. inst. vnde si dico, bona mea relinquo titio: videor illum hæredem instituisse: quod est verum duobus concurrentibus. Primò, quando alius non est vniuersaliter institutus, secus si alius esset institutus: quia non trahitur ad institutionem. sed quid importabitur tunc per verbũ relinquo? dico quòd si dixit testator bona mea relinquo Titio, intelligitur per fideicommissum. est casus in l. nã quod. in fi. ff. ad Treb. & in l. cogi. in princ. aut per modum quotæ, seu partis. puta dimidiam, tertiam, vel quartam, seu aliam quotam bonorum meorũ relinquo Titio, est simplex legatum. ff. de leg. j. l. si pars bonorum. & l. amplius. si autem dixisset, tertiã hæreditatis meæ relinquo: tunc etiam inducitur per talia verba fideicõmissum. ita gl. not. in l. mulier. §. fi. ff. ad Trebel. & fuerunt hæc notanda verba Salic. in l. quoniam indignum. C. de testam. assumpta transumptiuè per Imo. in d. l. his verbis. in v. col. Secundò quod requiritur est, quòd istud verbum adiiciatur in voluntate solenni, in qua adsunt septem testes. Secus si adiiciatur vel proferatur in voluntate, in qua nõ potest fieri hæredis institutio, vt in codicillis, quia tunc nõ trahitur ad institutionem, sed ad fideicõmissum secundũ Sali. in d. l. quoniã indignũ. per l. Sceuola. ff ad Treb. idẽ Bal. & Ang. in d. l. his verbis. ff. de hæred. inst. Quid autem si relinquatur certa quota alio vniuersaliter non instituto? Salicet. in l. fina. C. famil. hercis. in columna fina. videtur velle, quòd trahatur ad institutionem vniuersalem, dicit enim

quòd verbum (relinquo) adie-
ctum quotitati hæreditatis:in
telligitur iure institutionis
per l.diuus.ff.de testa.mili. &
per l. quoniam indignum. C.
de test. & per cap. Raynaldus.
de testa. vbi dicit esse casum.
Idem vult Bal.in d. l. fina. per
quod extenditur l.j. §. ex fun-
do,ff.de hære.insti. quæ loqui
tur in institutione:& hoc satis
probatur in c. Raynutius, &
in cap. Raynaldus, de testa. &
est opinio magis communis.
Adde tamen circa hoc quan-
dam singularem opi. Ioan. de
Imo.in d.l.his verbis.ff.de hæ
red.inst.in iiij.col.qui videtur
dubitare de hac conclusione.
Nam videtur repugnare men
ti testantis, qui voluit solum-
modo illi certam partem re-
linquere; & quòd ipse habeat
totum est contra apertam te-
statoris voluntatem. Nec se-
cundum eum obstant dicta ca-
pitula,quia ibi postquàm testa
tor relinquit rem certã dixit
cętera alia bona relinquo tali:
& sic in effectu omnia bona re
linquit, exceptis particulari-
ter descriptis. Vnde licet tra-
hatur ad institutionem, nõ ha
bet plus cõtra voluntatem te-
stantis, & sic concludit verius
esse, quòd iure legati accipiat
illam partem à venientibus
ab intestato,& non totum iu-
re institutionis: & dicit hoc
esse verum, & non illud quod
7 Bal,& Salic.dixerunt.† Vnum
notabis perpetuò quòd illud
quod dicitur,quòd verbum(re
linquo)adiectum quotitati bo
norum, alio vniuersaliter in-
stituto,non trahitur ad institu
tionem,vt dicit glo.in d.l. his
verbis. & in iuribus ante alle-
gatis:illud est verum quando
hæres vniuersaliter est institu
tus, & alteri portio bonorum
relicta est, secus tamen econ-
tra, puta quia testator vnũ in-
stituit in re certa:& vltra dixit
& Seio relinquo cætera bona.
nam isto casu ille censetur vni
uersalis hæres institutus.ita di
cit Imo.in d.l. his verbis. in v.
col.in versi.iuxta prędicta mo
uetur per cap. Raynutius. vbi
videtur casus expressus intelli
gẽdo,quòd testator relinquit
filiæ vltra dotem, domum &
hortum iure institutionis, vt
dicit gl.ibi in parte relinquẽs.
& Adietæ alteri filiæ cætera
bona relinquit,nec adiecit iu-
re institutionis,& tamẽ Adie-
ta fuit hæres vniuersalis, vt
ibi patet.idem dixit si testator
dixisset instituo Titium in ter
tia parte bonorum meorum,
cætera bona relinquo Seio:nã
Seius est vniuersalis hæres, ex
quo omnia bona distribuit in-
ter prædictos, per d. l. quo-
ties.cum glos. l. quid ergo si
ita legaui, ff.de legat. j. refert
Imol. à nemine hoc reperiisse
8 cautum.†Ad propositum ergo
exclu

excludo vnum membrum indubitatum: & est, quòd hanc tertiam pater non tenetur relinquere filio iure institutionis, tam quia propriè non est inter filios legitima, cùm posset illam pater vni relinquere: & per consequens alios filios ab ea excludere; quam etiam quia sufficit etiã si in vno nũmo filius instituatur, vt dicit gl. in in l. si quis priore. ff. ad Treb. & sic fit quotidie in testamentis, quòd post omnia legata & meliorationes factas ad finem totius testamenti apponitur institutio filiorum. Item quia expressè in hac lege fit mẽtio de hac tertia per hoc verbum mejorar. quod non est institutionis, sed prælegati demonstratiuum, seu significatiuum. Hoc præsupposito dico quòd si filiis hæredibus institutis, dicat pater, & talem filium melioro in tertia parte bonorum meorum, quòd in illa tertia non dicitur hęres: sed prælegatarius, vt ex prædictis apertè constat: & ad hoc dico esse casum expressum & singularem in l. quoties. C. famil. hercis. vbi est casus, quòd si testator diuisit certo modo bona inter filios, assignando cuilibet certas res pro sua portione: filij debent habere dicta bona sic assignata, etiam si inæqualiter, iure prælegati habebit quis id quod plus quàm d

alteri sibi fuisset relictum. Et dato ꝙ vniuersaliter sint hæredes instituti, non per hoc derogatur diuisioni factæ per defunctum, specialiter illa vniuersalis institutio solùm operabitur contra hæreditarios debitores: melius probatur in l. ex facto. la grande. in §. vnde scio quæsitum. ff. de hære. instit. ibi. (fundos etenim vice præceptionis accipiendos) vbi probatur singulariter, quòd distributio facta inter cohæredes vltra portionem hæreditariam, habet vim prælegati. Sic est in proposito: nam facta melioratione in vnum ex filiis testator eos instituit in fine testamenti, & sic dicta distributio meliorationis cẽsetur prælegata, quia si duo sunt instituti in rebus certis nullo alio vniuersaliter instituto, quo ad dictas res in quibus nominatim sunt instituti, habentur loco prelegatariorũ: in aliis cẽsentur æqualiter & vniuersaliter instituti, vt est casus in d. l.
9 ex facto. † Concludo ergo ex prædictis ꝙ vbi testator institutis filiis suis hæredibus vnũ eorũ meliorasset in tertia vel quinta per dicta verba, relinquo filio meo tertiã, vel cũ me lioro in tertiã, ꝙ in tali re meliorata filius dicitur prælegatarius. Ex quo inferuntur aliqua [d] quæ subtilis iurista inueniet, quæ hæredi cõcedun-

tur non autem prælegatario, & in specie id quod ante dixi scilicet si debet habere in rebus vel in extimatione. Secundò infertur ad elegantem quæstioné:& est, si filius melioratus in tertia vel quinta, posset autoritate propria tanquã hæres accipere possesioné huius tertiæ, vel debeat capere de manu hæredis. Audiui quendã famosum doctoré in Cancelaria olim asseruisse, quod de manu hæredis deberet capere, & non propria authoritate. Volueram equidé eius fundamenta videre, ego autem illud teneo & moueor fundamẽtis sequentibus. Primò quia legatarius nõ potest rem legatã propria authoritate occupare, & si faciat, perdit ius quod habet ad rẽ legatam l.nõ dubiũ.C.de lega.cũ aliis.facit l.j §.j. cum aliis. ff. ad l.fal. & in §.secundo capite eiusdem l.vbi tex. dicit, quod debet capere de voluntate hæredis scripti.bonus text.in l.j. C.quorum legato.vbi tex.loquitur in legatario & fideicõmissario, qui non possunt sua authoritate absq; hæredis cõsensu occupare possesionem rei legatę.similis in l.j.ff.quorum legato. optimus text in l.Paulus respondit.ff.ad Trebellia.vbi text.loquitur in eo cui certa portio bonorum relicta est. Debes tamẽ aduertere, quod vbi legatarius propria authoritate accepit, possessionem rei legatæ, aut hoc facit ante apprehẽsam possessioné per hæredẽ, sed adhuc vacans erat possesio, & tũc compellendus est restituere hæredi possesionem: quia forte volebat vti retẽtione propter falcidiam, nec tunc in aliam pœnam incidit legatarius: & ad hoc introductũ est interdictũ quorũ. leg. sic intelligit text. in dicta l.j.C.& ff.quorum legato.secundum Barto.& glo.in dictis iuribus, & in dicta l.nõ dubium. Sed vbi legatarius occupat possesionem rei legatę propria authoritate post aditam hæreditaté & possessionem apprehensam per hæredem, & tunc non solum tenetur hæredi restituere possesionem, verum etiã perdit ius quod habebat ad dictã rẽ legatam. Sic intelligitur dict. l.non dubium. vt dicit ibi gl. communiter approbata. Idem gloss.in l.j.C.& ff.quorum legato. & communiter omnes docto.& sic dictæ gloss. concordant dict.l.non dubiũ.cum dicta l.j.C.ff.quorum legato. Præterea bene facit casus singularis in dicta l.j.ff.quorum legato. vbi ait consultus (etenim æquissimum prętori visum est vnunquemque nõ sibi ipsi ius dicere occupatis legatis: sed hæc ab hærede petere) in tantum:

in tantum: & hoc est notandũ quod habet locum etiam inter hæredes: ita quod si alicui eorum est factũ aliquod prælegatũ, dato quod ipse sit hæres, nõ permittitur ei propria authoritate prælegatum occupare sed de manu cohæredis. Iste est casus singularis in l. j. in §. idemque erit dicendũ. ff. quorum legato. ibi (idemque erit dicendum etiã si alio genere legati, vni ex hæredibus legatũ sit, nisi pro ea parte pro qua est hæres) vt ibi dicit text. Et quibus videtur mihi, quod si filius esset melioratus in tertia vel quinta, siue ista melioratio fieret in re certa, siue in quantitate bonorum: vel aliàs dato quod institutus esset cũ aliis fratribus, nullo modo talis melioratus posset propria authoritate occupare possesionẽ dictæ meliorationis, etiã ante aditam hæreditatem per alios cohæredes: imò de manu cohæredum debet capere: & ipse propria authoritate nõ potest occupare, nisi pro ea parte pro

11 qua est hæres. † Vltra prædicta accedat ad hanc conclusionem corroborandã, quia quocunque modo fiat dicta melioratio, semper est incertitudo, quantum debeatur pro dicta tertia, in qua est melioratus. nescitur enim quãtum sit, cùm dicatur deducto ære alieno vt dicit l. non amplius. in §. cùm bonorum. Præterea etiã vbi certa res legat in melioratione, cũ ista non debeatur, nisi ratione tertiæ vel quintæ si vltra non valet, certum est quod ab extimatione certa dictæ tertiæ pendebit vtrũ debeat integra dicta res, in qua est melioratus, & sic regulatur dicta res legata sub incertitudine tertiæ. Sed certũ est quod ratio quare legatarius non potest propria authoritate occupare legatum, est propter falcidiam: vt expressè dicit text. in dicta l. j. ad finem. C. quorũ legato. & propter hanc incertitudinem, quę causatur ex falcidia. scilicet quantum debeatur, & in quantum habeat locum falcidia statuit lex quod legatarius totũ legatũ, quod occupauit teneatur restituere: nec posset dicere volo restituere hæredi quartam partem, quæ sibi prò falcidia posset cõtingere: nam pro tribus fundatam habeo intentionem meam: scilicet quia meæ sunt, dato quod integra falcidia immineret. Ratio est secundum Cyn. & Pet. quia erat dubium in quantum haberet locũ falcidia, potissimè propter creditores imminentes: & quia hæres debet deducere falcidiam, non autem sibi deduci: & quia non solùm cum illo legatario: sed cũ cæteris aliis debet hæ-

res calculum facere. Idẽ Salice.in dicta l.j.quæ ratio extat in nostro casu,cùm hæres debeat soluere debita. Itẽ adimplere legata pia,quæ deducũtur ex quinta.item posset filius pati damnum in sua legitima,si ita integra tertia dedu ceretur, prout à testatore taxata fuit:& sic quasi militans omnes rationes,quæ in falcidia & adhuc plus. Præterea facit text.singularis in l.ij.C. quomodo & qui. quarta pars debe.lib.x.vbi est casus,quod curialib⁹ debetur quarta pars in bonis decurionis, dicit ibi textus. ipsis quidẽ curialibus occupandi sua authoritate res mortui copiam denegamus: sed de manu hæredis capiat dictam quartam eam assignãdo, prout ibi text. eleganter disponit. & per illam l.elegãter inquit ibi Barto.quod vbi alicui debetur certa portio bonorum,non simpliciter & determinatè non potest propria authoritate accipere.exemplificat in certis casibus qui faciunt ad propositum:& est ratio secundum eum, quia non debet curia habere partem in vnaquaque re:sed debet facere diuisionem secundum formam ibi traditam. Sic est in hoc prelegato vt superius dixi per l. non amplius.in §.cũ pars bonorum.ff.de legatis j. Item quia in dicta quarta,cũ debeatur curialibus ære alieno deducto cum nescitur quãtum sit æs alienũ redditur dicta quarta incerta: sic in hac melioratione:& sic duabus de causis prohibetur melioratus occupare authoritate ꝓpria. Primò, quia debet capere de manu hæredis. Secundo,quia cũ dicta tertia sit incerta tam respectu æris alieni prius deducendi,quàm aliis respectibus, non potest acquiri eius possessio: cùm incertæ rei & partis possessio non quæratur. l.iij.§.incerta.& l.locus de acqui.posse.l. in fideicommissi.

12 §.j. ff. de vsuris. † Propter hoc inferebat ibi Barto.in dicta l.ij.quod filius pro sua legitima non posset authoritate propria possessionem occupare,& si occuparet quod non acquireret possessionem. Ratio est secundum eum quia legitima dicit deducto ęre alieno & sic est incerta secundum eum. De legitima est casus in l.si quis suo.in princi. ibi (restituere noluerunt).C. de inoffi.testamen.& ibi hoc tenet Bal.& Pau.de Cast. per illum text.quod filius institutus in legitima.debet capere de manũ hæredis:nec propria authoritate potest occupare eã.cum sit incerta:& quia non est institutio vniuersalis, cũ intelligatur deducto ære alieno vt l. Papinianus.in §.quarta de inoffic.

offic.testamen.vt latiùs declaratur per Barto.in dicta l.ij.si tamen esset institutus in certa & determinata re,bene possset propria authoritate capere:sicut & quilibet alius institutus in re certa, iuxta nota. per Barto in l.ex facto.ff. de hæred.institu.ita dicit Pau.de Cast.in dicta l.si quis suo.verum est,quod sententia Bald. in dict.l.si quis suo,residet in hoc,quod filius institut⁹ in legitima dicatur institutus in quota: ideo propria authoritate posset occupare,vt in authenti.de hæred.& falci.§.in omnibus.nisi hæres vniuersalis esset in possessione totius hæreditatis. vnde secundũ eũ ideo in di.l.si quis suo.debuit petere in iudicio: quia hæres vniuersalis erat in possessione totius hæreditatis, si tamẽ esset institutus in rebus certis,tunc indistinctè videtur cõcludere,quod de manu hæredis deberet capere.Idem Sali. in l.si quis suo.dicit quod cum filius institut⁹ in legitima dicatur institutus in quotitate, poterit ꝓpria authoritate occupare nisi hæres vniuersalis omnium bonorum possessionem apprehendisset,quia tunc de manu heredis petere debet: & sic intelligatur di.l. si quis

13 in suo. † Remanet [c] igitur cõclusio ista pro vera,quod filius melioratus debet capere meliorationem de manu cohæredis:nec illam propria authoritate poterit occupare.

14 † Quod extende tripliciter. Pro primo etiam si esset cohæres,quia tunc solum pro parte qua est hæres occupat,nõ autẽ pro melioratione.l.j. in §. idemque erit dicendũ.ff.quo-

15 rum legato. †Secundò etiam ante aditam hæreditatem & possessionẽ apprehensam per hæredem.l.j.ff.& C. quorum

16 lega. † Tertiò extende,etiã si ista res,in qua filius est melioratus,esset apud eum in vita patris testãtis:quia nõ potest autoritate sua propria dicere,se velle illam retinere,cũ in ea sit melioratus:sed tenetur illam hæredi restituere:si ab eo per hæredem petatur:vt ipse hæres soluat meliorationem in ea,& sic capiat de manu hæredis, cùm fortè incertum sit vtrum tota intret in melioratione vel ne:allego ad hoc tex.singularem in l.linea Margaritarum.ff.ad l.fal. vbi est text.famosus,quod si testator legauit lineam Margaritarum,quæ linea apud legatarium fuerat tempore mortis, quod hæres potest illam abdicare à legatario,vt falcidiam consequatur, & aduocauit eã per interdictum vtile quorum legatorum,quia directum nõ posset habere locum,cũ illud solum modo competat quan-

do legatarius occupauit post mortem, secundum Bart.in d. l.linea.l.j.§.si quis ex mortis. ff.quorum lega.Quod limita nisi esset apud legatarium de voluntate testatoris: quia tūc non dicitur occupasse: nec ab eo aduocari potest per interdictum: & habet hoc tantū effectum sicut si testator ei dedisset licentiam occupandi propria authoritate, quod posset: & hæc erit notabilis limitatio ad dictā l.linea Margaritarum, quam sentit Barto.& ibi probatur in dicta l. j.§.si qs ex mortis.Pau.& Alexand.in dicta l.linea Margaritarum sentit gloss.penul.in l.
17 j.C.quorum lega. † Prædictam conclusionem dictis modis ampliatam limitarem esse verā, nisi ista melioratio tertię facta esset in re certa: & esset certum & notoriū, vel per confessionem hæredis: vel per notorietatē facti attentis facultatib' paternis, quod dicta res in qua melioratio fuit facta nō egrediebatur tertiā, nec erat vltra eam,& sic bene debebatur pro tertia.Nam tunc ante apprehensam possessionē per hæredem posset dictus filius melioratus occupare propria authoritate dictam rē,in qua fuit melioratus. Moueor ad hoc ex glosis.l.j.C.& ff.quorum lega. quæ tenent, quod illæ leges,quæ vetant,ne legatarius posset propria authoritate occupare possessionē rei legatæ,etiam ante aditam hæreditatem, & possessionē apprehensam per hęredem intelligantur: vbi hæres voluisset vti retentione legati,propter falcidiam,quæ fortè imminebat: sed si nō immineret falcidia,& hoc est certū: bene poterit tunc legatarius occupare propria authoritate, nec possessionem restituere teneretur.ita dicit gloss.in d.l.j.quā ibi approbant Bal.⁽ in.& Sal. C.quorū lega.ideo dicebāt dictæ glo. quod vbi hæres non vult vti falcidia cessat interdictū quorū legatorū.faciat etiā quod Bal.infert per dict.gl.in d.l.j.C.quorū leg.dicens nota pro vxoribus, quibus mariti aliquid legāt: & ante aditam hæreditatem occupant legata,quod non teneantur restituere: nisi immineat falcidia, ita quod bonum cōsilium est, quod sint veloces in acquirēda possessione, antequam sit aquisitū ius hæredi: ne postea perdant ius suum,per l.nō dubium C.de lega.allego etiam ad hoc text.singularem in l.j. in §.ij.ff.quorum lega.vbi est casus,quod si aliquis possideat ex causa donationis causa mortis in eum factæ: nō habet locum contra eum interdictum quorum legatorum.Ratio est secundum gloss. & Bart.quia ex quo

ex quo defunctus tradidit, hæres debet vendicare à donatario non rem in totum: sed partem sibi contingentem iure
18 falcidiæ. † Secūdò limita, nisi testator dedisset huic meliorato licentiam seu facultatem occupandi propria authoritate dictam rem, in qua fuisset melioratus. allego ad hoc casum singularem in l. Titia cū testamento in §. Lucius. secundum vnam expositionem gl. ff. de lega. ij. vbi est text. quod testator potest dare licentiam legatario occupandi legatum propria authoritate: & sic virtute talis licentiæ potest occupare sine eo, quod incidat in aliquam pœnam, & ad hoc extollunt illum tex. Bal. Salic. & Alexan. in d. l. non dubium. & Bar. in l. j. in §. secūdo capite. ff. ad l. Falci. limitantes per illum tex. d. l. non dubium. Idē Imo. in l. ex facto. la grande. ff. de hæred. inst. v. & viij. col. & in l. j. §. ex fundo. viij. col. eo. tit. Salic. in l. creditores. in iij. q. C. de pig. Bal. etiam in l. legis Iuliæ. C. qui bo. ce. pos. extollit d. l. ad hoc quod valet pactum concessum creditori de ingrediendo, & soluendo sibi propria authoritate per d. l. iij. C. de pigno. & arg. de contra. empt. ff. l. fistulas. §. j. quæ licentia potest etiam concedi in testamento per d. l. Titia. secundum eum. In tantum quod non solum testator potest in testamento dare licentiam legatario occupādi propria authoritate rem legatā, verùm etiam aliam rem quācunque suam, quam fortè loco pignoris legati permittit legatario occupare, fortè ad securitatem rei legatæ. Ratio quia pignus & hypothecā constituit l. non est mirum. ff. de pig. act. ff. de ali. leg. l. Lucius. Item quia si hoc potest fieri in cōtractu, vt d. l. creditores. ergo & in vltima voluntate. l. seruum filij. in §. eum qui. ff. de lega. ij. ita inquit Salic. per dicta fundamenta in d. l. creditores. in iij. quæstio. C. de pigno. quod tene menti ad ex-
19 tētionem d. l. Titia. † Ex his satis potest inferri ad aliam elegantem quæstionem, scilicet si meliorato filio competit edictum diui Adriani [f] ad hoc vt mittatur in possessionē pro parte hæreditaria, & etiā pro parte meliorationis, & ex prædictis videtur dicendum, quòd non: tam quia est incerta quātitas dictæ meliorationis, vt superius dictū est, quàm etiam ex eo quia de manu hæredis debet illam tertiam capere. Item quia solummodo hæredi competit beneficium edicti diui Adriani, vt dicit tex. in d. l. fina. C. de edj. diui Adriani. ibi, (vt si quis scriptus hæres ex asse, vel ex

parte

do legatarius occupauit post mortem, secundum Bart.in d. l.linea.l.j.§.si quis ex mortis. ff.quorum lega. Quod limita nisi esset apud legatarium de voluntate testatoris: quia tũc non dicitur occupasse: nec ab eo aduocari potest per interdi ctum: & habet hoc tantũ effectum sicut si testator ei dedisset licentiam occupandi propria authoritate, quod posset: & hæc erit notabilis limitatio ad dictã l.linea Margaritarum, quam sentit Barto.& ibi probatur in dicta l. j.§.si qs ex mortis.Pau.& Alexand.in dicta l.linea Margaritarum sentit gloss.penul.in l.
17 j.C.quorum lega. † Prædictam conclusionem dictis modis ampliatam limitarem esse verã, nisi ista melioratio tertię facta esset in re certa: & esset certum & notoriũ, vel per confessionem hæredis: vel per notorietatẽ facti attentis facultatib⁹ paternis, quod dicta res in qua melioratio fuit facta nõ egrediebatur tertiã, nec erat vltra eam, & sic bene debebatur pro tertia. Nam tunc ante apprehensam possessionẽ per hæredem posset dictus filius melioratus occupare propria authoritate dictam rẽ, in qua fuit melioratus. Moueor ad hoc ex glosis.l.j.C.& ff.quorum lega. quæ tenent, quod illæ leges, quæ vetant, ne legatarius posset propria authoritate occupare possessionẽ rei legatæ, etiam ante aditam hæreditatem, & possessionẽ apprehensam per hęredem intelligantur: vbi hæres voluisset vti retentione legati, propter falcidiam, quæ fortè imminebat: sed si nõ immineret falcidia, & hoc est certũ: bene poterit tunc legatarius occupare propria authoritate, nec possessionem restituere teneretur. ita dicit gloss.in d.l.j.quã ibi approbant Bal. in.& Sal. C.quorũ lega. ideo dicebãt dictæ glo. quod vbi hæres non vult vti falcidia cessat interdictũ quorũ legatorũ. faciat etiã quod Bal.infert per dict.gl.in d.l.j.C.quorũ leg. dicens nota pro vxoribus, quibus mariti aliquid legãt: & ante aditam hæreditatem occupant legata, quod non teneantur restituere: nisi immineat falcidia, ita quod bonum cõsilium est, quod sint veloces in acquirẽda possessione, antequam sit aquisitũ ius hæredi: ne postea perdant ius suum, per l.nõ dubium C.de lega. allego etiam ad hoc text.singularem in l.j. in §.ij.ff.quorum lega. vbi est casus, quod si aliquis possideat ex causa donationis causa mortis in eum factæ: nõ habet locum contra eum interdictum quorum legatorum. Ratio est secundum gloss. & Bart. quia

ex quo

ex quo defunctus tradidit, hęres debet vendicare à donatario non rem in totum: sed partem sibi contingentem iure
18 falcidiæ. †Secūdò limita, nisi testator dedisset huic meliorato licentiam seu facultatem occupandi propria authoritate dictam rem, in qua fuisset melioratus. allego ad hoc casum singularem in l. Titia cū testamento in §. Lucius. secundum vnam expositionem gl. ff. de lega. ij. vbi est text. quod testator potest dare licentiam legatario occupandi legatum propria authoritate: & sic virtute talis licentiæ potest occupare sine eo, quod incidat in aliquam pœnam, & ad hoc extollunt illum tex. Bal Salic. & Alexan. in d. l. non dubium. & Bar. in l. j. in §. secūdo capite. ff. ad l. Falci. limitantes per illum tex. d. l. non dubium. Idē Imo. in l. ex facto. la grande. ff. de hæred. inst. v. & viij. col. & in l. j. §. ex fundo. viij. col. eo. tit. Salic. in l. creditorès. in iij. q. C. de pig. Bal. etiam in l. legis Iuliæ. C. qui bo. ce. pos. extollit d. l. ad hoc quod valet pactum concessum creditori de ingrediendo, & soluendo sibi propria authoritate per d. l. iij. C. de pigno. & arg. de contra. empt. ff. l. fistulas. §. j. quæ licentia potest etiam concedi in testamento per d. l. Titia. secundum eum. In tantum quod non solum testator potest in testamento dare licentiam legatario occupādi propria authoritate rem legatā, verùm etiam aliam rem quācunque suam, quam fortè loco pignoris legati permittit legatario occupare, fortè ad securitatem rei legatæ. Ratio quia pignus & hypothecā constituit l. non est mirum. ff. de pig. act. ff. de ali. leg. l. Lucius. Item quia si hoc potest fieri in cōtractu, vt d. l. creditores. ergo & in vltima voluntate. l. seruum filij. in §. cum qui. ff. de lega. ij. ita inquit Salic. per dicta fundamenta in d. l. creditores. in iij. quæstio. C. de pigno. quod tene menti ad ex-
19 tētionem d. l. Titia. † Ex his satis potest inferri ad aliam elegantem quæstionem, scilicet si meliorato filio compe-
f titedictum diui Adriani f ad hoc vt mittatur in possessionē pro parte hæreditaria, & etiā pro parte meliorationis, & ex prædictis videtur dicendum, quòd non: tam quia est incerta quātitas dictæ meliorationis, vt superius dictū est, quàm etiam ex eo quia de manu hæredis debet illam tertiam capere. Item quia solummodo hæredi competit beneficium edicti diui Adriani, vt dicit tex. in d. l. fina. C. de edi. diui Adriani. ibi, (vt si quis scriptus hæres ex asse, vel ex

parte institutus, &c.) Et Bal. ibi in x.col. in versi. quæro an tacitè substitutus in fine quæstionis, dicit quòd omnis hæres testamentarius totæ vel quotæ vel reducibilis ad totā: vel quotā habet huius edicti beneficiū. Alij verò quam isti non habent: quia non debetur eis tantus fauor, agant ergo si velint iure ordinario: quia ad hoc fuerunt vnicuique remedia ordinaria attributa secundum eum. Sed pro legatis & prælegatis prodita sunt ordinaria remedia: nam legatariis competunt actio ex testamento, rei vendicatio, & hypothecaria. ergo illis agēdum. Item hoc videtur indubitatū per d. l.j.ff.quorū lega. vbi est casus, quod ille cui est factum prælegatum debet capere de manu hęredis: ergo clarum est quod ei nō competit beneficium d. l.fi.plus dixit gl.in d.l.fi.quod etiam institutio in re certa nō competit edictum diui Adriani, de quo latè per Bar.in l. ex facto la grande. & ibi Imo. & cæteri.ff.de hær.insti.& idem Imo.in d.§.ex fundo.l.pen.x. col.versi.quartum dubium.ff. de hæred.insti. Et per prædicta do.Alex.in d.l.fi. in penul. col.firmauit contra Bal. quod filio instituto in legitima, nō competit beneficium edi.diui Adria. Mouetur, quia remedium d. l. solummodo datur ei qui est hæres institutus in tota hæreditate, vel in parte, vt dicit ibi tex. sed legitima non est quota hæreditatis, sed bonorū.l.Papinianus.§.quarta.ff.de inof. test.l. si quis seruus.in §.fi.ff. de lega.ij. Item quia ille, qui non habet quotam bonorum, non est hæres: nec habet subire onera, vt in d.§.quarta.ergo cùm non habeat onus, nec cōmodū cuius contrarium est in hærede. facit l.j.C.si cer.peta.ideo Bart. in l.ex facto proponebatur.ff. de hæred.inst.dicebat, quòd filius institutus in legitima, nō magis dicitur esse hęres, quàm quilibet extraneus institutus in re certa (aditio mea) Ad prædicta de filio meliorato an habeat beneficium l.fi.C.de edi. di.Adria. adde not. verbū Bal. in repet.l.incerti. C. de interdi.in vij.col.vbi dicit, quòd remedia possessoria adipiscendæ non competunt successori singulari, sed vniuersali: vnde non competit legatario, nec donatario causa mortis, quia non agitur ex interdictis.l.ij. C. quorum bonorum. nec ex constitutione l. edicto. C. de edic.diui Adria.hæc ille. Multa alia scripsit genitor meus super ista l.fori.& multum singularia, & vtilia, quæ fuerunt igne cōsumpta, quod fuit grāde malum: nam licet aliquæ quæstiones per eū motæ fuerunt

runt postea decisæ per leges Thauri, tamen cõferebāt multum ad intellectum illarum: quia cùm dictę leges in hoc de melioratione sint leges nouæ & nouum ius continentes, est illarū intellectus difficilis in quæstionibus occurrentibus: cùm apud omnes non sit notū quid per leges istas sit nouiter statutum seu correctum, vel limitatum, nec vnde originem sumpserint, Placuit mihi in hac lectura inferere duas quęstiones, quæ in facto acciderūt genitori meo, quia tendūt ad materiam istius l. fori, & ponam continuando ordinem.

SVMMARIVM.

1 *Pater qui in melioratione irreuocabili facta filio apposuit vincula, quod post tempus bona perueniant ad alium, non potest illud reuocare contra Bart. in l. qui Romæ. §. Flauius.*

7 *Acceptatio vinculorum, quæ sunt apposita fauore tertij, an sufficit fieri per notarium, vel an requiratur quod expresse fiat ab ipso tertio vocato,*

9 *Esto quod vinculum appositum possit reuocari, an censeatur reuocatum, ex eo quòd in testamento est facta eadem melioratio simpliciter nulla facta mentione de vinculo, vbi latè de intellectu l. si tibi. ff. de adimen. lega. cum pluribus nume. seq.*

17 *Si reuocatio alicuius dispositionis fuit expressè facta in testamento, quod postea reuocatur, an censeantur etiam reuocata contenta in eodem testamento.*

18 *Reuocatio vinculi seu meliorationis facta in testamento, an debeat iudicari actus inter viuos contractus, vel distractus, vel alia dispositio.*

ADDITIO.

a *Adde post Alex. de Imo. Ias. §. Flauius. hic alleg. col. vj. ver. extra glo. num. 14. dicit quod opinio Bar. est communis & est vera decisio: & col. seq. repetit quod est vera communis & tenenda vbi limitat tripliciter. & adde Phi. Dec. consi. ccxxxix. primo non videtur dubitandum. col. iij. vbi tripliciter respondet ad dictum Berto. in §. Flauius.*

b *Adde Franc. Aret. consi. lxxiiij. diligenter & maturè. col. pen. pro quo ipse alleg. tex. quem dicit singu. & ab alio non allegatum in l. cùm maritus. § fi. ff. de pact. dot.*

c *Nota ad intellectum & limitationem regulæ quæ sumitur ex l. si tibi, cum concordan.*

d *Quæ iura allegauit Bart. in l. si tibi hic alleg. & adde Alexan. de Imo. in consi. clxix. viso themate. & scripturis lib. v.*

e *Adde quod ex hac solutione dixit Bar. in q. xiiij. de facto in l. Caio. ff. de alim. & cib. leg. quod pater habuit filium quàm pri. studere fecit & sibi libros emit & in test. voluit quòd filius libros cõferret: contigit quòd pater superuixit & filius decessit: postea pater alij filio dedit*

dedit illos libros qui perfecit studium. deinde pater decessit cũ eodem test. quærebatur an filius deberet libros conferre dixit Bar. quod sic: quia erãt psonæ diuersæ.

f *Adde l.xvij. Thauri. & quæ ibi scribuntur per Hispanos.*

g *Adde quod si testator in testamento confitetur se debitorem alicuius parte absente, tũc talis confessio habet vim relicti: & possit reuocari per iura alleg. per Bart. in l. cùm quis decedẽs. §. codicillis. ff. de leg. iij. tamen Bal. in l. generaliter. C. de nõ nu. pec. in x. q. dicit, quòd de æquitate canonica debet hæres stare confessioni defuncti fauore animæ: arg. not. in c. quoties. j. q. vij. quod restringit idem Bal. in l. j. C. de falsa causa adiecta legato, sed primum indistinctè: sequitur idem Bal. in l. si quis ex argentarijs. §. ex hoc edicto. ff. de eden.*

1 OCtauò † quæritur, cùm hodie de iure regni caueatur, quod pater potest in tertia bonorũ vincula & submissiones facere: ita quod post tẽpus adueniente conditione illa bona deueniant ad alium, est dubium an antequã veniat tempus, seu conditio posset pater in cõmodum filij primo meliorati reuocare vincula seu submissiones, & vt quæstio habeat dubium, pone quòd melioratio fuit ita valida, quod reuocari nõ potuit. Difficultas huius dubij videtur stare in quadã cõclusione Bar. ab eo posita in l. qui Romæ. in §. Flauius. ff. de verb. obli. ad finem, vbi tenet, quòd si aliquis donauit alicui fundũ, vt post certũ tempus esset cuiusdã ecclesiæ, quod istud pactum potest tolli voluntate solius donatoris: vel vtriusq;, & hoc per illũ §. & per l. iij. ff. de seruis expor. sed in proposito hoc non obstante illud vinculũ nõ potuisse reuocari ostenditur fundamentis sequentibus.
2 † Primò
a quia[a] ferè omnis schola scribentium tenet cõtra Bar. imò nõ posset tale pactum seu vinculũ reuocari inter quos hoc tenentes fuit Franc. de Albergo, naturalis Florentiæ discipulus Bar. in d. l. iij. de seruis expor. idem tenet Pau. de Ca. in d. §. Flauius. dicens tutius esse tenere contra Bar. idẽ ibi Rapha. intantum, quod miratur de conclusione Bart. quomodo hoc ius illi tertio quæsitum ex dicta donatione potuisset reuocari. Hoc idem tenet magnæ authoritatis doct. Io. And. in addi. ad Spec. in tit. de instru. edit. in §. nunc verò aliqua. versi. xvj. in fine additionis positæ super parte Titio. x. incipit additio, Per superiora patet quòd autor qui apertè loquitur licet aliqui eũ non intelligentes aliter de eo sentiant. & Sal. in l. j. C. si manci. ita fue. ali. ne ve. dicit quòd Bart. non bene determinauit. idem

idem ipse in l. quoties. C. de donat. quæ sub modo. & Pau. de Cast. hoc sequitur in l. insulam in §. fi. ff. solu. mat. dicens dictum Bar. in d. §. Flauius. reprobari. Idem ipse in l. si pecuniam. in iij. col. ff. de condi. ob causam dicens quòd per plures vidit reprobari dictũ Bar. concludens, quòd si dixi dono tibi rem cum hoc, quod post mortem tuã perueniat ad ecclesiam, quod tũc non possem tale pactum seu vinculum reuocare, nec remittere: cùm ecclesiæ sit ius perfectum, & vtilis actio quæsita etiam antequam veniat ad tempus, licet competeret ei exceptio, vt in glo. fina. illius l. & in l. quoties. de donat. quæ sub modo. & dicetur simplex donatio quantum ad te, scilicet quousque viuis, & te mortuo dicetur simplex quantum ad ecclesiã, & loquitur notabiliter ad propositum. Idem ipse Pau. aperto ore reprobans Barto. in l. si cùm venderet. ff. de pig. actio. cùm igitur communis opinio est contra Bar. ab ea nõ est recedendum.
3 † Præterea quod hoc sit verum, imò non posse dictum vinculum reuocari, patet primo per l. quoties. C. de donatio. quę sub modo. vbi est casus, quod si donaui alicui rẽ, vt post certum tẽpus restituat alteri, quod ei cui venit restituenda post tempus competit vtilis actio, vt est ibi tex. iuncta glo fin. ad rem consequendam. Si ergo à tempore donationis est illi tertio acquisita actio non est dicendum illam posse reuocari: quia esset expressè contra l. id quod nostrum. de reg. iur. & l. sicut. C. de actio. & obl.
4 † Secũdò hoc probatur ex tex. singulari in l. finali. ff. de pactis. vbi text. expressè dicit quòd si fideiussori est quęsita liberatio ex pacto debitoris, pro qua fideiussit, quod eidem iam non potest auferri ex contrario pacto habito inter creditorem & debitorem, & sic patet quod ius tertio quæsitum ex contractu inter alios pręcedente, non potest tolli ex voluntate illorũ, ex quorum contractu illi tertio fuit tale ius acquisitum. Ad idem pro hac conclusione facit elegans decisio Pomponij Iurisconsulti in l. si partem. in fine. ff. quemad. serui. amittan. vbi est casus, quod si aliquis legauit alicui viã per fundum suum eundi ad fundum legatarij, quòd si iste legatarius vendidit suum fundum ad emptorem via pertinebit. Subdit Consultus & in hoc facit, quòd iste vẽditor nõ potest repudiare legatũ viæ sibi factũ in præiudiciũ emptoris. cui facto suo erat ius quæsitum. vnde Ioan. de Imo. coactus fundamẽtis pro hac par-

te vrgentibus, dicit notabiliter ad propositũ, quod tũc haberet locũ opinio Bart. quãdo pactum esset appositum in fauorem donatoris tantum: sed si in fauorem donatarij, vel vtriusque esset appositum, secus esset, imo esset pactum seu vinculum irreuocabile. Cum ergo in proposito istud vinculum fuit appositum in fauorem istius tertij donatarij filij donantis, scilicet Arnaton, & non solũmodo in fauorem donantis, cessat reuocationis potestas. Præterea quod ius facto meo tertio acquisitũ nõ possit illi tertio auferri est expressum in l.j.§.ij.de sti. seruo. Optimus tex. iuncta gl. in l certi condictio. in §. si nummos. ff. si cer. pet. & l. si absen-
5 tis. C. si cer. pet. † Accedat ad huius partis veritatẽ tex. sing. in l. si cõstãte. C. de dona. ante nup. per quam Bal. ibi infert, quòd quãdo ex contractu contrahentium, vel ex occasione contractus per dispositionem legalem, est alicui tertio ius quæsitũ re, vel spe ab isto contractu, nõ potest recedi in præiudicium iuris tertij, cui erat ius quæsitum, nisi illo consentiente, & sic tenet apertè contra Bar. & hanc opinionem videtur sequi in l. cùm à socero.
6 C. de iu. do. † Item hoc procedit hodie magis sine scrupulo, attenda quadã l. quæ est in v. partita. ti. iij. l. vij. incip. hasta dia cierto. quę disponit, quòd si alicui donatur aliqua res: ita vt post certum tempus perueniat ad alium, quod post illud tempus statim possessio & dominiũ transit in eũ, qui est vocatus post dictum tẽpus. Si ergo tantũ ius est acquisitũ illi tertio, absit dicere quod possit reuocari à dicto donatore: quia esset contra omnia iuris principia. Præterea vltra prædicta adduco vnum fundamentum, quod videtur inconuincibile; & est certum, quòd quando ego dono alicui fundũ vsq; ad certum tẽpus, & quòd post istud tempus perueniat ad Titium, istæ sunt duæ donationes; vna per quam donat illi donatario primo vsque ad certum tempus: alia per quã trãslato illo medio tempore donat illi Titio secundo donatario, cùm dominium possit dari ad tempus, & eo elapso postea alteri. l. fi. C. de legat. l. donationis. §. species. ff. de dona. & sic expressè & in terminis tenet Paul. de Cast. in l. si pecuniam, in iij. colum. ff. de condit. ob causam. hoc pro indubitato principio istas esse duas donationes proprietatis, licet non alleget d. l. fina. vbi est casus. nũc arguitur sic. Certum est quòd si alicui donarẽ post mortem meam aliquam rem, ita quòd ego haberem in vita

vita mea, & post vitam meam perueniret ad eum, & promisissem non reuocare, quòd talis donatio esset irreuocabilis: vt est casus in l. vbi ita donatur. ff. de donatio. cau. mor. ergo idem dicendum si donarem alicui aliquam rem, ita quòd deberet ad eum peruenire post mortẽ alicuius, vt fuit in proposito: quæ enim ratio diuersitatis potest assignari de vno casu ad alium? certè nulla. Ad fundamenta Barto. scilicet, ad dictũ §. Flauius. & ad l. tertiam de seruis export. extat facilis respõsio: quia ibi illi seruo non erat irreuocabiliter acquisita actio: sed solùm si perseuerasset dominus in eadem voluntate. Sed in proposito est secus, vt euidenter patet per supradicta, & per tex. in d. l. quoties. & in d. l. partitæ. in l. si quis argentum. in §. fina. C. de donatio. versi. cùm enim in arbitrio. est casus in l. Aristo. ff. de dona. quia contractus innominatus, quatenus cõtinet donationem, non potest reuocari ex pœnitẽtia. Et ex hoc videntur mihi incidisse in errorem aliqui sequaces Bar. qui nescientes euadere fundamenta contra Bar. dicebant, quòd in quæstione ab eo mota reuocabiliter erat illi tertio quæsita actio, tanquam ex cõtractu innominato: quia imò irreuocabiliter cùm cõtineat donationem, quæ est irreuocabilis, & in seruo in quo se fundat Bar. erãt reuocabiliter: donec dominus duraret in eadem voluntate: sed posito quòd opinio Bart. esset dubia in proposito, sine dubio non procederet. Primò per d. l. partitæ. secundum quam dominium & possessio transit in illum qui vocatur post mortem alterius.† 7 Secundò, quia in dicto vinculo meliorationis posito à Didaco de Texeda cum consensu filij sui meliorati Alfonsi de Texeda, interuenit tabellio, qui est publica persona acceptans dictum contractum vinculi. vnde vbicunq; aliquis recepisset pro illo tertio, puta notarius necessario sequitur quòd non haberet locum pœnitentia [b] b secundum Bal. expresse in proposito in d. l. cùm a socero. Ioan. de Imo. in c. potuit. de loc. Sed cùm hodie lex vult absq; alia stipulatione acquiri illi tertio actionẽ ex dicto pacto habito inter donantem & donatariũ, vt est casus in d. l. quoties. & in d. l. partitæ. nil videtur referre, etiam si tabellio non esset qui non acceptasset seu recepisset nomine illius tertij; & maximè hoc procedit sine dubio attenta l. huius regni, quæ indistinctè alteri per alterum actionem quæri permittit, sicut in proposito est permissum, &

ſtatutum in d.l.quoties. Secundò, quia in propoſito illud vinculum, de quo agimus, non ſolùm fuit appoſitum ab ipſo ſolo donante Didaco de Texeda: ſed etiam ab ipſo donatario Alfonſo de Texeda meliorato, qui conſenſit in dicto vinculo, promiſitq; pro ſe ſuiſq; hæredibus non cõtrauenire eidem: vt latiùs hoc continetur in inſtrumento dicti vinculi, & conſenſus præſtiti eidem per dictum Alfonſum de Texeda. Cũ ergo iſta filia, quæ nunc prætẽdit titulum, & ius ad iſta bona ſuper quibus eſt lis, ſit filia & hæres dicti Alfonſi de Texeda, qui promiſit pro ſe ſuíſque hæredibus, nunquam contrauenire dicto vinculo: obligata eſt ad obſeruantiam illius promiſsionis & conſenſus præſtiti à patre ſuo, nec idem cõtrauenire poteſt, vt imperator inquit in l.cùm à matre.C.de rei ven.& l.vendicãtem.ff.de euictio.l.ex qua perſona. de reg. iur.ff.cũ aliis. vnde in propoſito, cũ iſtud vinculũ à donante, & de cõſenſu ipſius donatarij, validũ fuit dictũ vinculũ: vt eſt tex.iũcta gl.in l.pe.C.de don. quæ ſub mo. incipit perfecta, & per conſequens irreuocabile. Sed etiam abſque iſtius donatarij conſenſu validum fuit in propoſito dictum vinculum, nec iſta filia Alfonſi de Texeda poteſt eidem aliquo modo contrauenire: quia conſtat quòd Didacus de Texeda poſuit vinculum, cõſtat quòd Alfonſus de Texeda fuit ſuus hæres: & ſic ſe vocabat. Ex quibus conſtat vinculum ita eſſe validũ, quod iſti nullo modo poſſent contrauenire. De hoc eſt caſus in d.l. cùm à matre. quæ in fortioribus terminis loquitur. & etiam in propriis terminis loquitur Vlpianus conſultus in l. Lucius Titius Septitiæ.ff. de fidei.liber. qui decidit, quòd ſi aliquis donaſſet alicui aliquam rem liberè, poſtea eidem appoſuiſſet aliquod onus eidem ſeu vinculum in eadem re: ꝙ ſi ille cui appoſitũ fuiſſet tale onus, fuiſſet hęres donatarij, valet tale on⁹, & tenetur illi obtẽperare: ſimilis & clarus text.in l.ſi te. C.de fidei.lib. Præterea iſte Didacus de Texeda fecerat donationem meliorationis cum dicto vinculo., tradiderátq; poſſeſsionem quam ſic accepit donatarius. ita quod nullum ius ſibi remãſit iam in eadem re, ad hoc vt poſſet reuocare iſtud vinculum. & in l. iij. de ſeruis export. & in l. j. C. ſi man.ita fue.alie.à quibus Bar.ſumpſit fundamentũ, remanebat ius donec perſeueraſſet in eadem voluntate.
8 † Nec obſtat ſi dicatur, ꝙ iſtud vinculũ nõ fuit acceptatum per dictũ Arnatõ vocatũ ex dicto vinculo: nã dico quòd

quòd hoc non fuit necessariũ, quia cùm principalis donatio meliorationis fuit facta Alfon so de Texeda, sufficit ꝙ ipse ac ceptauit eam: quia omnes vocati post eius mortem admittuntur absq; eo, quod ipsi aliquam acceptationem facerẽt: quia iste est vnus casus in quo alteri per alterum quæritur actio. Cùm ergo ex vinculo ap posito inter Didacũ de Texeda, & filium suum Alfonsum de Texeda fuit acquisita actio illi tertio Arnaton vocato in defectum Alfonsi de Texeda & filiorum, non fuit necessaria alia acceptatio: quia vbi alteri per alterũ quæritur actio, hoc sufficit quòd ille acceptet, quo mediante alteri quæritur. Casus est ad literam in d. l. quoties. & vltra hoc determinatur apertè in l. parciendo. titu. de las obligaciones. in ordi. de Alcala. maximè, quia interuenit tabellio, qui est publica persona, quæ sufficit ad acquirendum alteri, vt sunt principia iuris. Nec etiam obstat id quod allegãt. s. quòd tempore illo, quo fuit facta dicta melioratio & eius vinculum poterat melioratio reuocari, ergo & vinculum. ad hoc respondetur, quòd dicta melioratio nõ fuit reuocata. imò in ea permãsit Didacus de Texeda: & eam reliquit dicto filio suo, & eã habuit & possedit in vita sua, & sic frustra insistũt super hoc cũ non fuit reuocata melioratio. vnde, nec vinculũ potuit reuocari, vt superius dictũ est. Nec etiã obstat quod dicunt, ꝙ dictus Arnatõ erat in patria potestate, & per cõsequẽs potuit pater reuocare vinculũ, vt sentit Bal. in d. l. cùm à socero. C. de iure do. quia hoc euidenter nõ obstat, ex eo quod pater potest præuenire vltimũ iudiciũ assignando huic filio hanc tertiã in vita, sicut de legitima dicimus per l. cũ quo. ff. ad l. fal. & Bar. in l. in quartam. ff. eod. tit. & aliis pluribus locis: & valet donatio inter patrem & filium in potestate quo ad legitimam sibi assignatam, vt est tex. in l. si non mortis. ff. de inof. test. & hodie est expeditum per plures leges Tauri: quia pater potest facere meliorationẽ tertiæ filio in potestate. Item considerato tempore, quo dirigitur vinculũ. s. ꝙ dict^9 Arnatõ vocatur post mortẽ patris. Itẽ post mortẽ fratris decedentis sine filiis masculis, cessat fundamentum Bald. scilicet, pro prouidendo filio resultat relatiuè promissionis effectus in patrem: quia in proposito non potest habere locum, cùm vocatur solummodo post mortem. Et hęc breuiter de hoc primo dubio: sed posito quòd hoc reuocaretur in dubium aliquo modo, scilicet, vtrum pater po

tuit reuocare dictum vinculum vel ne: in proposito cessat hoc dubium, attento quòd dictus Didacus de Texeda nunquam reuocauit illud, nec vnquam fuit intentionis suæ, vt
9 patet in dubio sequenti. † Secundum dubium. vtrum præsupposito pro vero, quod dictum vinculum potuisset reuocari, an fuit reuocatum per testamentum ex post facto factum, in quo fuit facta dicta melioratio dicto Alfonso simpliciter nulla conditione seu vinculo interueniente? Et difficultas huius quæstionis stare videtur in dispositione text. in l. si ti-
c bi,[c] de adim. leg. cum concor. vbi translatio legati facta de vno in eundem, non videtur facta cum onere. Cùm ergo Didacus de Texeda, meliorauerat filium suum Alfonsum de Texeda per viam donationis inter viuos, & ei apposuit vinculum maioriæ sub certo modo, & postea in dicto testamento meliorauit eundem simpliciter, videtur tacitè dictũ onus
10 seu vinculũ velle tollere. † Sed his non obstantibus ostenditur, quod per tale testamẽtum non fuit tacitè dictum vinculum reuocatum: & hoc sequentibus fundamẽtis. Primò, quia d. l. si tibi. disponit præsumptionẽ, vt ibi Bar. ait. s. quia quãdo alicui est factũ legatũ cũ onere aliquo: & idem legatũ iterũ eidẽ simpliciter relinquitur, nil operaretur si non operaretur oneris adẽptionem, & sic coniecturauit iurisconsultus quandam præsumptionem tacitæ ademptionis oneris. Sed in proposito cessat ista præsumptio: & tacita ademptio, imò constat contrarium: quòd nunquam fuit propositum dicti Didaci de Texeda, reuocare dictum vinculum. Hoc apparet ex testamẽto secundo eiusdem, in quo declarauit manifestè voluntatem suam, dum reuocauit expresè dictam donationem meliorationis factam dicto Alfonso de Texeda, motus propter duo quæ asseruit, scilicet, quia meliorãdo eum in tertio & quinto: valde grauabat alios filios suos, & quòd sibi affirmatum fuerat illud esse onerosum suæ consciẽtiæ. Item, quia non remanebat sibi aliquid ad relinquendum pro sua anima. Itaq; nihil affirmauit per quod esset voluntatis suæ reuocare vinculum, vbi melioratio non valeret, & sic cessat præsumptio ta-
11 citæ ademptionis vinculi. † Secundò, quia in dicto secundo testamento volẽs reuocare dictã donationẽ propter dictas causas, consequenter venit ad reuocationẽ vinculi: demõstratur ergo voluntas sua, cũ venit ad reuocationẽ vinculi expressam, quod nec credidit, nec habuit

buit pro reuocato tacitè dictũ vinculum per dispositionem per eum factã in dicto primo
12 testamento. † Tertiò, quia in proposito in diuersis dispositionibus fuit facta melioratio. Prima enim fuit facta per modum contractus, & donationis inter viuos. Secunda fuit facta in testamento: & d. l. si tibi. loquitur quando vtrunq; legatum fuisset factum in eodem testamento. Ad hanc rationẽ differentiæ facit l. auia. ff. de cond. & demon. & l. cùm
dictá,quia cùm sit ambiguum intentionem suã non probat. ff.de re.du.l.cùm quæritur.ff. de verb.obli.l. stipulatio ista. §.in stipulationibus.vnde Angel.in d.l.veteribus.cũ his cõcordans inquit: quòd in casu in quo non apparet quis protulerit verba obscura,puta qa notarius dicit in instrumento infra scripto partes ad infra scriptum contractũ permutationis venerunt cum clausulis & capitulis infra scriptis: & sic apparet quòd sunt verba notarij:sed quis ea protulerit non apparet. nam tunc quicũque fundat intentionem suam ex dicta pactione obscura: qa dicit sic interpretari debere illud probet per regulam ei qui dicit. ff.de probatio.& l.si pactum.eodem titul. Ex quibus infertur, quòd cùm dictus F. A.de Toledo, & sua vxor fundant intẽtionem suam ex dictis verbis (partan por yguales partes) quæ verba dubia sunt nec expressũ sit,quòd dicta domina B.nõ possit meliorare in dicta quinta,nec aliquid vltra disponere, & dicta verba (vt constat ex capitulatione)fuerunt ab vtraq; parte prolata & capitulata dicta verba contra eum interpretãda sunt, & succedit regula illa Papiniani,posita in dict l.veteribus.§ venditori,& ei qui locauit nocere in quorũ fuit potestate legem apertiùs conscribere. Præterea reperimus à iure statutum esse verba sic indistinctè,& generaliter prolata debere suppleri & regulari secundũ aliã iuris dispositionẽ, puta permittit locator non expellere conductorẽ, intelligitur saluo si non soluat. l.quero.in §.inter locatorẽ.ff. loca.iuro soluere intelligitur si non numeratũ sit.l. final. C. de non nu. pe. & sic illa verba partam por yguales partes. s. nisi ipsa meliorauerit. Tertiò videtur, quod dicta verba, non inferunt de necessario dictam dominã se obligare voluisse ex dictis verbis ad non meliorandũ. Sed vidẽtur fuisse apposita ad designandam & includendã collationẽ:vt communiter solet fieri in testamẽtis, & alijs dispositionibus, quasi vellet dicere, si dictus.s. A.de Toledo, & vxor sua voluerint succedere afferant dotem ad collationem,& omnes succedãt æqualiter quæ est natura collationis: & hoc apparet ex scriptura capitulationis:nam illa verba solũ fuerũt apposita in illo capitulo de dote conferenda: dum dicitur (Otrosi, quæ si la dicha señora doña Sancha,o su marido quisieren, o vieren q̃ les cumple tornar a particion cõ el dicho dõ Luys,

y con don Francisco sus hermanos,&c.) Vnde illud pactū magis videbatur appositum in fauorē aliorū filiorū, cùm mater iuberet collationē fieri à dicto genero: vt omnes æqualiter succederēt: quia fortè dos esset excesiua: vt se priuaret potestate disponendi: de
15 quinta sibi à l. pmissa. † Quintò, quia etiā si prædicta cessassent & apertè constaret ex dictis verbis: & sic expressè ad hūc effectū fuisset facta dicta capitulatio, ꝙ dicta domina nō posset disponere aliter de bonis suis, nec de quinta, nisi ꝙ bona diuiderētur æqualiter inter filios: hoc nō valet ex defectu potestatis: nā tale pactū nō valeret. decidit Imperator
h in l. pactū [h] quod dotali. C. de pact. vbi casus est in terminis singularis: licet vulgo notus, ꝙ si pater dū filiā dotabat instrumēto dotali cōuētū est: vt ex æqua portione cùm fratribus hæres eidē esset, nihil valet tale pactū, nec illud abstulit patri liberam testamēti factionem: est enim cōtra bonos mores: ideo nullā obligationē inducit, vt ibi dicit Imperator: & sic nec etiā naturalē obligationē inducit, vt l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de ver. obli. facit l. licet. C. de pac. & l. cùm donationis. C. de trāsactio. nec firmatur iuramento etiā de iure canonico. c. nō est obligatoriū. de reg. iur. lib. vj. & glo. & omnes docto. in l. si quando. in §. illud. C. de inoff. test. in l pactū. & ibi Bal. C. de colla. Bar. in l. si quis pro eo. in primo mēbro. ff. de fideiuss. & in l. stipulatio hoc modo cōcepta. ff. de verb. ob. est cōmunis opinio legistarū, & canonistarū in ca. quāuis pactū. de pact. in vj. & in c. cùm contingat. de iureiurando: cùm sit pactū de succedendo, quod inducit votum captādæ mortis: & etiam auferat testamēti factionem: imò cùm dictus cōtractus fuit iuratus: & etiā capitulatio ob hoc solum dictus contractus fuit nullus, & nullius effectus, vt expressè disponit l. Toleti, quæ annullat contractus fa-
16 ctos cum iuramento. † Sed cùm hoc sic indubitāter sit decisum aduersa pars fundamento iuris cōmunis destituta nititur fundare desiderium suū ex legibus nouiter conditis in Thauro: vbi disponitur, quòd si pater, aut mater promittant non meliorare aliquem filiorum in tertio aut quinto, in scriptura publica, quòd valet promissio & melioratio in contrarium facta, vt disponit l. nume. 22. incipit si el padre o la madre: quod in proposito non obstare sic euidenter ostenditur. Primò, quia casus noster videtur multum diuersus à dispositione d. l. nam in con

in contractu super quo aduersa pars facit fundamentũ, non sunt talia verba, nec in eo dicta domina promisit nõ meliorare aliquẽ ex filiis solũmodo sunt illa verba: de qua antè, scilicet (que queriendo heredar trayan a particion, y hereden, y partã por yguales partes, quæ verba sic generalia ex multis, vt ante dixi, videntur non esse apposita ad se priuandũ potestate meliorandi sibi à lege concessa: & illa verba possunt & debent intelligi, nisi ipsa aliter disposuisset: imò in euentũ poterant esse in damnũ filiæ suæ, & generi si fortè dos excederet portionem sibi de hæreditate obuenientẽ, cùm deducta ad collationẽ deberẽt succedere equaliter, quæ omnia cessant in casu in quo loquitur d.l.Thauri. scilicet, quòd promittit nõ meliorare: nam hic iam clarè se priuat potestate meliorandi: cùm ergo d.l. sit exorbitans, & correctoria iuris cõmunis est restringẽda nõ ampliãda, nisi solũmodo ad casum: in quo loquitur l.ij.C. de patri. qui fil. distr. gl. in l.illud. C. de sacrosan.eccl. Nec obstat si dicatur quod idem videtur subintelligi in d.l. de isto casu, de quo agimus: nã per verba obscura suppleta vel subintellecta alicuius legis, nõ debet induci alterius l.correctio, vt dicit illa gl.no.in c.cupiẽtes. in §.quod

17 si per xx.de elect.lib.vj. †Secundò, quia pactũ & cõuentio non solùm videtur esse contra d.l.pactũ. sed etiã habet aliam turpitudinem: quia est apertè contra l.fi.C. de pact. nam (vt ex eo constat) fuit pactũ inter filios de hæreditate matris diuidenda æqualiter: nam principalis paciscens fuit d. Ludouicus cum sorore sua ambo filij d.B. cui cõuẽtioni ipsa præstitit consensum: & illud pactũ valde improbatum est à d.l.fi. etiam inter filios: vt ibi dicit gl. approbata nisi in eodẽ consensu mater perseuerasset vsq; ad mortẽ: vt tex. ibi dicit, sed ipsa mater non perseuerauit: imò reuocauit, vt cõstat ex d. donatione, & melioratione facta filio suo d.Francisco: absit ergo dicere, quòd d.l.Thauri. debeat extendi ad corrigendũ d.l.fin. nec tale quid dicit, nec loquitur de pacto facto inter filios, nec tale debet subintelligi ad inducẽdam tantã legũ correctionem, vt d. glo. in d.c.

18 cupien. † Tertiò, quia valde videtur distare dictum pactum in alio à dispositione dictæ l. Thauri. nã illud pactũ, scilicet de instituendo æqualiter: ita quòd nullã potestatẽ haberet ad disponẽdũ de quinto est reprobatissimũ: cùm nõ solũ auferat liberã facultatẽ testandi: imò auferat omnimodã facultatem

tatem testandi. Quod quam à iure reprobatum sit, plura & vulgaria iura clamant: & tale pactum videtur etiam l. canonica improbatũ, tanquã cõtra bonos mores, vt in c. detestanda, & in c. ne captãdę. de cõcess. præb. in vj. in tantũ, quòd per priuilegiũ vel statutũ non potest tolli libera testamenti factio, est casus singularis in l. ex pacto. ff. de vulg. in princi. ibi, (est enim iniquum) quẽ ad hoc ponderat & extollit Pau. de Cast. ibi, licet hoc nõ careat scrupulo propter dicta Bar. in l. ij. ff. de vulg. & aliorũ in d. l. ex pacto. Sed in casu d. l. Thauri. quando permittit non meliorare, non sic tollitur liber-
19 tas testandi. † Quartò, quia & si omnia prędicta cessassent: & d. l. Thauri. expressè disponeret super hoc: & super casu d. l, pactum. & d. l. fi. nõ potest negari d. l. non esse correctoriam iuriũ supradictorũ. Sed cùm dictus contractus dotalis fuit celebratus pluribus annis ante conditam d. l. Thauri. euidens est nõ debere retro trahi ad tẽpus dicti contractus: cùm leges nõ debeãt trahi ad præterita l. leges. & per totum. C. de legi. c. fin. de constitut. cum vulga. etiã si in l. essent aliqua verba, quæ possent importare præteritum & futurum, secundum Abb in d c. fin. iij. notab. allegans Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. duæ glo. notandæ hoc probant: vna in c. vnico. de cleri. non residen. in vj. in glo. fina. in princi. alia in c. & in parte commiserint. de constitut. in vj. quas ad hoc vtrobique notat & sequitur Dominic. cùm igitur hoc sit principium vulgatum, scilicet leges, quæ sunt noui iuris decisoriæ non debere ad præte-
20 rita trahi. † Restat solummodo vnum, quod videtur super hoc ponere difficultatem: dicit enim aut dicere potest aduersa pars, quod verum est, quòd dicta domina B. celebrauit dictum cõtractum cum dicto genero suo multo ante cõditam d. l. Thauri. sed quòd dictam donationem meliorationis: & etiam testamentum illud signatum quod facit totũ illud factum est post iam conditam d. l. Thauri.[1] itaq; tempore quo d. l. fuit condita inuenit dictum contractum donationis in suo esse, & non reuocatũ: per quod fortè vellent dicere, quòd d. l. dedit robur dicto contractui, etiam si tempore quo fuit celebratus esset nullius effectus, nõ video fundamentum quòd vrgeat de necessario. Et in superficie posset facere pro hoc quædã conclusio Bart. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. xv. col. vbi inquit, quòd si statutum diceret, ꝙ si vxore mortua in matrimo

trimonio sine filiis: vir lucretur tertiam partem dotis, habebit locum statutũ etiam in dotibus datis ante statutũ vxore mortua post statutũ. & Bal. in l.illam.C.de donat.inquit, quòd si statutum excludit filiam dotatã à successione dotantis extenditur ad filias dotatas ante statutũ, si pater dotans moriatur post statutum: & alia plura,& similia adduci possent circa hoc: sed hoc, & his similia consideranti vera principia valde distant à proposito: loquuntur enim in his in quibus licet factũ sit de præterito sperant perfectionẽ,seu executionem de futuro,in quibus longus sermo haberi posset ex magna modernorũ prolixitate:nam multi tenẽt contra Bar.& alij pro,& sic diuiserunt cõsiderationes suas, & dimiserũt posteris discordiam: & nihil loquuntur realiter tangens casum nostrum. Casus enim noster propriè est quando aliquis facit aliquẽ contractum,qui de iure nõ tenet, nec eum obligat si post talem contractũ superueniat lex approbans, & permittens fieri tales contractus obligando contrahentes adimplere, si talis lex sic trahetur ad præterita quod confirmet dictum contractum nullum,seu inualidũ: & istum casum non tangunt moderni, & reperio Bart.eleganter determinare, quod talis lex superueniẽs nõ approbabit, nec annullabit talem contractum nullum, aut inualidum antea factum: & sic talis lex ad hoc non trahetur ad præteritũ in l.omnes populi. ff. de iusti. & iure.in xiiij col.versi.circa tertium.in quęstione illa,scilicet vtrum quando statutum simpliciter loquitur trahatur ad præterita,inquit, quòd si procedit confirmando non trahitur ad præterita: & subdit hoc verbum ad propositum. Quis enim diceret quòd l.si quis argentum.§.fine autẽ. C. de donatio. quæ confirmat pactum nudum donationis.porrigi ad donationes ante illã l. factas? certè nullus.hoc ille,quod determinauit casum nostrum:nã ante illam l. pactum nudũ donationis erat inefficax, quod factum fuit efficax per illam l. concludit non extendi ad donationes antea factas, nec secundum eum obstat l. bene à zenone.§.quod igitur.de quadrien. præs. nam ibi expressè fuit dispositum quod traheretur ad tempus præteritum: & hoc non vidi in hac materia ponderatum ab aliquo etiam moderniori quem viderim,& infert propositum ineuitabiliter. Præterea etiã: vbi actus est perfectus ratione formæ etiã si pẽdeat ratione effectus ad illum l. noua non porrigitur.

tur. Iste est casus singularis in l.iubemus.ad finem. C. de testa.& in l.fin.in fine.C.de cur. fur.& in l.j.in fi.C.de rei vxo. actio.& C.de legi. hær.l. duodecim tabularum.in fine.& in §.alienationis.in auth.de non alie. Secundò respondetur, quod etiam ante conditã d.l.Thauri. dicta domina Beatriz fecit quoddam testamentũ: in quo disposuit de quinto: & sic iam reuocauerat dictũ pactum, antequã d.l.fieret. Tertiò, quia in tertia ipsa in dicto cõtractu dotali expresse cauit, vt posset meliorare filium suum dominum Ludouicũ: & sic in illa tertia expresse se prouidit: & per cõsequens æqualitas instituendi non potest referri ad tertiã. Hactenus sufficiant, quæ submissa vadunt correctioni melius de iure sentientis.

ADDITIO.

a *Adde doct.de Pala.Ru. in commento l.xxviij.Thauri.dicentem quòd l.illa nõ videtur negare quòd possit pater vel mater vni filiorum in vita donare quintam partẽ bonorum, & alteri in morte donare aliam tertiã & quintam, sed tantum negat & prohibet quod vnimet filio virtute dictarum legum donentur duæ quintæ partes.*

b *Adde simile incõueniẽs ex iis quæ dicit doctor de Pala.Ru, in commento.l.xxij, nume.10. vnde licet quòd si pater promisit meliorare filium in tertia & quinta parte bonorum non videtur posse relinquere quintam partem pro anima, secus dicit si pater promisisset nõ meliorare in tertia & quinta parte bonorũ aliquẽ ex filiis vel nepotib.*

c *Attamen hodie in curiis Thauri. factis anno M.D.V. facta est quædam lex quæ incipit* (la ley del fuero:) *& est nu.28. quæ disponit quòd in vita & in xxviij. morte nõ posset parens donare duas quintas partes in vita descendentibus suis, nihil tamen ibi determinatur de quæst. nostra, scilicet si vnam quintam dedisset in vita filiis vel extraneis: si in morte posset dare aliam quintã pro anima vel econtra: ideo semper remanet dubia quæstio de qua super & fortè: quia visa fuit valde dubia legum conditor transiuit sub nube.*

Sequitur lectura.

AD portum huius Pelagi Deo duce accedens iuxta illud Vergilij 6.Eneid.

Sic fatur lachrymans classique immittit habenas,
Et tandem euboicis Cumarum allabitur oris.

Offert se quæstio non minus quotidiana quã periculosa: &
21 alio scriptore dignissima.†Titius p viã donationis inter viuos donauit quintã partẽ bonorũ in vita sua: postea in articulo mortis existẽs vult disponere de alia quinta p aĩa sua: vtrũ hoc posset? qđ est incidere in illã quæst. si possunt deduci

duæ

duæ quintæ. Et in hac quæstione ex quacũque decisione negatiua ponis te in duo extrema. Primò, quia negare quòd in vita per viã donationis inter viuos quis nõ posset donare quintã est extremum ridiculosum: & cõtra iura expressa infra in hoc foro titulo, de las donaciones. vbi permittitur cuicunq; filios habẽti donare quintam nedum pro anima, sed ad prophanas causas: & negare hoc, esset auferre parenti omnimodã administrationem, & potestatem super bonis suis. Secundũ extremũ est. si negares, vt quis non posset dare quintã pro anima in mortis articulo constitutus, esset apertè cõtra hãc l. & per consequens esset maximũ ridiculũ: quòd existens in extremis nil posset relinquere pro anima, nec vnã candelam ceream: poneres etiam te in maximo conflictu quotidie, vt cùm quis legat pro anima disceptaremus ad validationem legati inquirẽdi, quæ bona donauerat viuus: vt si integram quintam nil valeret legatum: aliàs solummodo quod superest legare posset: & hæc de negatiua decisione. Ecõtrario sequitur etiam inconueniens ex decisione affirmatiua: si enim permittamus patrem in vita disponere de vna quinta, in morte de alia, esset hoc in magnam patrimonij diminutionem: & per consequens in graue detrimentũ, & præiudicium filiorum cõtra cõsilium Augustini relatum à Gratiano in c. fina. xvij. quæstio. iiij.

22 † Ad rem deueniens videtur dicẽdum, quòd si aliquis inter viuos donasset quintã partem bonorũ suorũ ad causas prophanas, nihilominus posset donare seu legare aliam quintã pro anima: & econtra: nam certum est, quòd inter viuos licitum est patri donare vsque ad quintam partem bonorũ suorum indistinctè, vbi voluerit: & ad hanc donationem reuocandam filio, nullo iure subuenitur, quia filio solummodo competit querela inofficiosæ donationis: vbi donatio est inofficiosa, sed inofficiosa dicitur illa, quæ excedit legitimã: vt per totum. C. de inofficiosa dona. sed hodie quinta dicitur vltra legitimam. Casus est hic & illam habenti filios permittitur donare, vt infra in tit. de las donaciones, cùm ergo donatio quintæ non est inofficiosa sequitur ꝙ filio nullum remedium competit ad eam impugnandam.

23 † Præterea facit ad hoc glo. not. in l. j. C. de inoffic. donatio. quæ dicit, quòd si pater habens vnum filium, donauit inter viuos ix. vncias: & sic non fuit donatio inoffic. cùm remansit triens, quæ erat legit

legitima: quod si postea casu fortuito, perdidit trientem, quòd filius querelam inofficiosæ donationis, nec aliquod aliud remedium habet contra donatarium. quam gl. omnes approbant, ratio quia principio valuit dicta donatio, nec fuit inofficiosa, cùm non donauit vltra dodrantem, & remansit triens, quæ erat legitima filij. Cùm ergo à principio nihil factum est illegitimè, non debet ex causa superuenienti retractari. l. scimus. C. eo. secundum Cyn. ergo si donatio quintę facta inter viuos non potest infringi tanquam inofficiosa nō impedietur in vltima voluntate legare, seu relinquere aliam quintam pro anima, cùm per hanc legem hoc sibi permittatur.

24 † Præterea legitima debetur habita consideratione ad bona quæ testator reliquit tẽpore mortis, l. cùm quæritur. C. de inoffic. test. sed cùm non sit facienda consideratio de dicta donatione facta inter viuos: ex quo non fuit inofficiosa, & de bonis quæ remanent tempore mortis permittatur patri legare quintam pro anima: sequitur, quòd etiam facta dicta donatione quintæ inter viuos, si testator in morte relinquat aliam quintã pro anima, nō dicitur grauare filiũ cũ ei relinquat integram legitimam de omnibus bonis quæ tempore mortis reperiuntur, quæ legitima est hodie omnis paterna facultas, quę reperitur tempore mortis: excepta quinta, vt hic apertè dicit tex.

25 † Cōtrarium [a] videtur verius in pũcto iuris. Allego ad hoc gl. sing. in l. j. C. de inoffi. dona. in gl. magna. versi. vj. quæro. vbi videtur mouere in terminis quęstionem nostrã, dicit enim. pone quod pater habens vnum filium donauit nouem vncias, demũ instituit eũ in tribus vnciis, quę erat integra legitima ipsius filij, & onerauit filium legatis & fideicōmissis, vtrum iste filius habeat aliquod remedium? videbatur quod non, per superius dicta: quia querelam inofficiosæ donationis non habet, cùm donatio nouẽ vnciarũ non fuit inofficiosa: ex quo nō excedebat legitimã: quia tres vnciæ remanserunt filio, quæ erat integra legitima: nec etiã habet querelam inofficiosi testamenti. nam ad hoc, vt cesset querela talis, sufficit quod filio relinquatur quarta de bonis, quę reperiuntur tẽpore mortis. l. cùm quæritur. C. de inof. test. & in d. §. quarta. sed cũ tẽpore mortis solũ reperiebãtur tres vnciæ, sufficit quod de illis tribus vnciis habeat quartã: & per cōsequẽs residuũ potuit legari. gl. decidit contrariũ, quam omnes approbãt, concludens, quod debet filius habere omnes

tres vncias integras reiecto onere legatorum: & sic non dicitur legitima habita consideratione ad quartam trium vnciarum, quæ erant: & remanserunt tempore mortis. sed omnes tres vnciæ dicuntur tota legitima, & integræ pro legitima debentur filio in totum, habito respectu ad bona quæ erant tẽpore donationis: quia erant duodecim: vt in themate quæstionis dictũ est. † Præ-
26 terea probatur sic: Certum est ꝙ per hanc l. quoniam in prioribus. solummodo erat prouisum, vt in bonis quæ quis habebat tempore mortis relinqueret filio suo legitimam taxatam secundum numerũ vnciarum positum in authen. nouissima. C. de inoffic. test. & ꝙ hoc relinqueretur absque aliquo onere, seu grauamine, cũ legitima dicebatur habita consideratione ad bona quæ tempore mortis reperiebantur. d. l. cùm quæritur: sed per hoc, nec erat filiis integrè prouisum, nec plenè consultũ: nam testator inter viuos per modũ donationis distribuebat maiorem partem bonorũ suorum: & de his quæ tempore mortis suæ reperiebantur, siue pauca, siue multa relinquebat filio quartã, cum qua satisfaciebat filio suo de legitima, iuxta d. l. cùm quæritur: vnde videbatur legi satisfactum, tamen filius remanebat nimium defraudatus, quæ fraus non prouidebatur per hãc l. quoniam in prioribus. Sed ad illam tollendam emanauit titulus de inoffic. donatio. per quem cõsideratur legitima habendo respectum non solùm ad bona quæ reperiuntur tẽpore mortis, sed consideratur retro ad tempus donationis: & debet filio relinqui quarta de bonis patris, habito respectu ad tempus donationis, & hanc opi. tenuit etiam glo in d. l. vnica. in prin. gl. magnæ. & probatur apertè hęc opi. in l. si patronus. de bon. lib. & in l. si paronus. de donatio. & in aliis legibus ibi per Cyn. allegatis. Sic in proposito de iure istius regni omnia bona patris dicuntur legitima: excepta quinta. Casus est hic: igitur si pater donat quintam inter viuos: iam donauit vsque ad dodrantem, prout loquebamur in legitima de iure communi: cùm ergo totum quod superest dicitur legitima filij integra relinquenda est filio, nec potest grauari onere legatorum disponendo de alia quinta pro anima. Et si dicas diuersæ leges istius fori loquuntur de quinta: nam in titulo de donationibus loquitur de donatione quintæ permittenda inter viuos: hæc lex

vide

videtur loqui de alia quinta b permittenda, vt relinquatur tempore mortis pro anima. Respondeo quòd si bene considerentur tota est vna quinta, & sicista lex non loquitur præcisè pro anima: imo expressè permittit: quòd pater posset disponere de dicta, quinta, siue pro anima, siue extraneis cuicunque voluerit. Item, quia sicerat de iure communi, nam illud quod erat vltra legitimam: siue inter viuos, siue in vltima voluntate poterat à patre donari, & relinqui siue pro anima, siue extraneis: vt patet per totum tit. C. de inoffic. do. & de inoffic. testã. Nec etiam obstat si dicas: quòd ista lex loquitur de legitima relinquenda tempore mortis, & excipit quintam tum temporis, nam sic erat etiam de iure communi: quia debebat relinqui quarta de bonis, quæ supererant tempore mortis. d. l. cùm quæritur, tamen nihilominus habebatur consideratio retro ad tempus donationis: & ad hoc venit titulus. C. de inoffic. do. ne aliâs nimium possent fraudari filij, vt dictum est. †Vnde
27 in puncto iurisista opinio videtur iuridica: quòd si pater per modum quotæ inter viuos donasset quintam bonorum suorum, quod non posset postea in morte relinquere aliam quintam. Et si dicatur b grande inconueniens, sequitur quòd in tẽpus mortis non habeat pater potestatem aliquid relinquendi saltem pro anima: responderi posset tripliciter. Primò quia imputetur sibi qui inter viuos totam integram quintam donauit in vsus prophanos, consultus animæ suæ fecerat distribuendo in pios vsus. si hoc nõ præcauit in vita incidit in foueam quam fecit. Secundò, quia cùm excepta quinta totum patrimoniũ paternum dicatur legitima: & quintã iam distribuit pater inter viuos fauorabiliores sunt filij in legitima, quàm pia causa. Casus est singularis, quem valde extollunt scribentes in auth. si qua mulier. C. de sacro sanct. eccle. & quicunq; exhæredato filio vult ecclesiam instituere alium quærat consultorem, quàm Augustinum: & Deo propitio neminem inueniet. xvij. quæst. iiij. quicunq;. Tertiò dico quòd nec patri aufertur in totũ potestas aliquid distribuendi pro anima secundum quandam opinionem singula. Sali. ab eo positam in d. l. vnica. quam vt intelligas debes aduertere, quod secundum opinionem quam supra retuli communiter omnes tenent, ꝙ vbi pater in vita habens vnũ filiũ donasset dodrantem, & fie

vsq; ad legitimã, ꝙ omnes tres vnciæ quæ superfuerunt dicũtur integra legitima non quarta illarum: sed in modo reuocandi est differentia: nam Cy, sequutus gl. dicit, quod vbi pater donasset dodrantẽ, & postea filiũ instituisset in tribus vnciis remanẽtibus, & eũ legatis onerasset, ꝙ cùm dictę tres vnciæ quas pater retinuit; & superfuerunt de donatione sint legitima filij, & legitima reputatur æs alienum. l. Papinianus. §. quarta. & §. si quis impuberis. de inoffic. test. & æs alienum ante omnia est soluendũ, l. scimus. §. licentiam. C. de iu. delib. quod dictum onus legatorum habetur pro non apposito, vt hac l. quoniam: & per consequens filius habebit omnes tres vncias integras, nec tenebitur ad aliqua legata soluenda, Hæc est communis opinio, quam omnes fere sequuntur, cõcludentes totum incumbere damno & præiudicio legatariorum: quia cùm donatio licita fuit, nec inofficiosa, cùm non excessit dodrantem, non debet aliquid auferri donatario, sed totum legatariis auferendum est: & hac opinione retenta: verum est ꝙ omnimoda potestas aufertur patri relinquẽdi pro anima sivsq; ad dodrantẽ donasset inter viuos de iure communi. & de iure istius regni vsq; ad quintam, Sed Bartho. de Salic. sing. in d. l. j. C, de inof. don. vj. col. versi, quæro secundo, cùm glos. & melius viij. col. in versic. quæro decimo, tenuit cõtrarium, dicens: quòd non in totũ euanescant legata, sed pro rata filius habeat & consequatur legitimam, tam de donationibus ante factis, quàm de legatis. Sed hæc opinio non potest bene extare ex eo, quia cùm donatio fuit licita nec inofficiosa, non est iuridicum illam posse reuocari: Ideò iustius est vt onus legatorum reficiatur, prout omnes communiter tenent in d, l. j. & adhuc ipse Salice. in x, quæst. videtur magis adhærere communi opinioni. Nihilominus cogitabis semper super decisione huiusmodi periculosæ quæstionis cùm ex vna parte videatur iniquũ auferre patri potestatem legandi pro anima: & ex alia videatur etiam durum, ita permittere diminutionem patrimonij, quòd filij defraudentur legitima sua cõtra dictum consilium diui August. Vbi autem pater inter viuos non donasset quinta per modum quotæ, sed fecisset aliquas donationes particulares modicas, vt quotidie fit, non consueuit, vt tempore mortis habeatur consideratio ad diminuendam quintam, quam pro anima legasset, propter dictas

part

particulares, & modicas donationes in vita factas: quia hoc esset quodammodo ita ligare manus patris ut inducetetur interdictio distributio, & administratio bonorum; quòd non esset procul ab iniquitate: & ista videntur mihi iustius considerata. posteri si rectius senserint, calamo non parcant dum non retractandi animo, sed zelo iusti iudicij ducti iudicantibus recta sentire atque iudicare doceant.[c]

Per quæ cum laude omnipotentis & eius gloriosissimæ virginis & matris sit finis huic utilissimo cōmento, quod per fectum fuit, reuisum atque limatum vespere beatissimi Petri Apostoli circa duodecimam horam diei: anno natiuitatis Redemptoris & Saluatoris nostri Iesu Christi Millesimo Quingentesimo.

Et si quid in hoc commento bene dictum sit hoc gratiæ diuinæ tribuatur: si autem aliquid malè, aut per errorem, seu ignauiam, hoc pro non dicto habeatur, omnia submittens correctioni & iudicio melius de iure sentientis.

Finis repetitionis legis Quoniam in prioribus.

latio vel alius contractus illã nouans, non habet paratam executionem. Casus est in l. si causam, C. de execu. rei iudi. & in l. si causam. C. de execu. rei iudi. & in l. iiij. §. si ex conuentione. ff. de re iudica. & in l. minor xxv. annis cui fideicõmissum. ff. de mino. & quando & ex quibus præsumatur nouatio, vide Bart. not. in l. qui vsumfructum. ff. de verbo. obligat. & in l. penul. de preto. stipula. Bart. & Alexan. latissimè in d. §. ex conuentione. & ibi
2 Angel. † Vnum nota, ꝙ habẽs sententiam pro se licèt in executione sententiæ accipiat pignora, vel fideiussores, non ex hoc inducitur nouatio sentẽtiæ nec propter hoc prohibetur contra debitorẽ non soluẽtem, petere executionem sententię in alijs bonis debitoris, vel in eius persona: quando de iure communi vel municipali captura esset permissa.
a Hoc probat tex. singu. [a] in l. iiij. in §. si ex conuentione. ff. de re. iudi. ibi. Sed si pignora: & ibi docto. & Alexã. ibi exẽplificat, etiã in captura: de quo deo concedente alibi dicam, vtrum hoc sit verum. benefacit l. j. §. quòd si non. de vend. insti. & quod Bar. dicit per illum in l. consentaneum. C. quo. & quand. iudex: sic aliàs obtinui contra quẽdam diuitem mercatorem, qui volebat impedire executionem sentẽtiæ propter quædam pignora, & fideiussores à se datos & latissimè scripsi super hoc in quodam meo consilio incipiẽti, in ciuitate Hispalensi: & ideo non repeto quæ ibi alle-
3 gaui. † Secundũ est quod post xxx. annos sententia nõ mandatur executioni. no. verbum Innocen. in c. fin. de exceptio. & ibi Bal. reputat not. dignũ, ego allego tex. famosum in l. sicut. C. de præs. xxx. anno. ibi. persecutione. iuncta gloss. vbi casus, ꝙ officium iudicis præscribitur spacio xxx. annorũ. idem ibi Bart. & Bal. dicit nõ esse alibi in ciuili. de crimina li est glo. in l. querela. C. de falsis, & Bal. in l. ij. C. de execu. rei iudi. dicit de hoc esse glo. singularem in dicta l. sicut, & dicit Bal. in l. j. C. de execu. rei iudi. quod omnis sententia in dubio præsumitur habere paratam executionem: allegat Inno. in cap. j. de confir. vtili vel inutili.

ADDITIO.

a Sententia lata contra iuramentũ adde quæ scribit Phil. dec. in c. nouit de iudic. in v. col. versi. ij. principaliter. & Ias. in l. nã & postea §. si damnetur. col. ij. ff. de iureiuran.

b Clausula iuramenti apposita in cõtractu adde late modernos maximè Ias. eadẽ l. ij. hic alleg. & de-

multiplici effectu iuramenti vide plenius quàm alibi per Marcum An. banerium congerentem lx. effectus iuramenti in suo tractatu de virtute iuramenti: & adde etiam aliquos effectus per modern. maxime per Iaso. & Ludo.gome. in §. item si quis postulante co. iij. cum sequent.insti.de actio.

c *Adde Mathesilanum in nota.xx. & late per Iaso. in §. item si quis postulante.insti.de actio.in iij.col. & plenius in ante penulti.colũna.*

d *Adde Anton. & doctores in ca. j.de libe. oblatione: vbi plura per Maria. Soc. in xxij. limitatione & vid. Ias.in l.si intra.fi. colum. ff.de re iudi. vbi reprobat post alios opinio.Bart.*

e *Textus singularis.*

f *Adde quod ex prædictis infert Franciscus rip.in l.j.ff.soluto matrimo.col.antep.nu.50. quod in cõfectione instrumẽti nõ poterit cogi debitor iurare promissa in contractu, tũ quia posset cõueniri coram iudice eccl. vbi alias nõ potuisset in c.fi.de foro cõpe.li.vj tum quia iuramentum habet executionẽ paratam.*

NOta secundo quòd iuramentum habet executionem paratam secundũ Bar. Angel. Imol. & Alexan. Probatur in l. ij. ff. de iureiuran. ibi. (maiorémq; autoritatem habet, quàm res iudicata) facit l.actori.C.de iureiuran. & Bart.in d.l.ij.allegauit ad hoc istum tex.& per hũc tex.dicebat Bal. in l.ij.ff.de iureiuran. in repetitione in iiij.col versi. nota argumentũ, ꝙ iuramentum decisiuũ immediatè trãsit in rem iudicatam: ex quo infert: ꝙ post iuramentũ decisiuum indubitanter non potest transigi nec compromitti. Allegat hanc legem, quæ æqui parat litem esse decisam per sententiam vel iusiurandũ, sed super decisis per sententiã vbi non est dubiũ, nõ potest compromitti: & ita concludit, nisi cõpromitteret cũ clausula nõ obstante iuramento. argumẽ. l.si diuersa.C.de transact.quia bene potest quis renũciare expresse iuri quæsito per iuramentũ l.duabus. §.fina. ff. eodẽ.benefacit text. not.in l.sed si possessori.§. si cũ de hæreditate. ff.eodẽ. ibi. (id consequi debeo quod haberẽ si secundũ me de hæreditate pronuntiatũ esset:) vbi est casus, ꝙ iuramentũ habet vim sentẽtiæ: & sic executionẽ paratã secundũ Bar.ibi.& habet vim sentẽtiæ tanquã si lata esset præcedentibus probationibus, notabilis text.ibi.(pindéq; haberi ꝙ iuratũ est ac sic probatũ esset) & sic iuramentum habet vim sententiæ latæ præcedentibus probationibus secũdum eum. idem Ange. ibi.dicens per dictum §. ꝙ omnes effect⁹ quos producit sententia, producit & iuramentum: & sic habebit

exe-

executionē paratam, facit tex. in l. nā & postea. §. sed si damnetur. ff. eodē vbi est casus secundum vnum intellectum, ꝙ iuramentū habet vim sententiæ, & operatur omnes effectus sicut si lata esset præcedētibus probationibus: nam operatur infamiam in condēnato virtute iuramenti: & semper tenebis mēti tex. in d. §. sed cū de hæreditate: vbi est casus, ꝙ si iuraui hæreditatem ad me pertinere iuramentum habet executionem paratam non solū in rebus hæreditariis, quas aduersarius meus possidebat tempore quo mihi detulit iuramētum, sed etiam in rebus postea ab eo possessis: & sic est casus singu. secūdū Bar. ꝙ sentētia lata in vniuersalibus iudiciis mandat executioni etiā in reb⁹ post ea possessis. facit l. si à te. § j. ff. de exceptio. rei iudi. l. facultas. C. de iure fis. libro x. Habes ergo ex prædictis pulchram extensionem ad istum text. ꝙ iuramentum habet vim sententiæ & habet executionē paratam: & quòd censetur, & executabitur tanquàm sententia lata ex probationibus. †In tantū habet similitudinem cum causa decisa per sentētiā, quod etiam illud tēpus quod datur iudicatis ad soluēdum illud dabitur ei, qui ex iuramento damnatus est. Allego ad hoc singulare verbum Bal. in l. actori. in princi. in d. l. est casus, ꝙ ex iuramēto oritur actio in factum ad similitudinē iudicati dicit Bald. ꝙ ista similitudo erit in executiōe parata & in tēpore, quod datur iudicatis ad soluēdum, quia illud idē statuetur contra eum qui tenetur ex iuramento per alium contra eum, præstito, singulare verbum est: & licet Bald. loquatur sine fundamento: & titubās: tamen satis videtur posse sustineri cum ista actio ex iuramēto oriatur ad similitudinem iudicati, vt in dicta l. actori. & etiam excedit rem iudicatam in aliquibus, vt in d. l. ij. cum glo. certè singularis extensio est ad hanc legem: & in hoc de tempore quadrimestri quod datur iudicatis quòd habeat locū in iuramento non reperitur alibi secundum Bald. de quo dicto facit mentionem Alexan. simpliciter referendo in l. ij. ff. de iureiurādo. †Corroborari potest hæc conclusio ex quadā eleganti conclusione do. Ant. in cap. ab excōmunicato in iij. charta de rescript. vbi tenet, ꝙ sententia lata contra confessionē cōtra quam nil obijci potest, non tenet, quia inducit notorium. c. fina. de coha. cle. & mulie. ita eodem modo lata contra iuramentum: de quo iudici constaret, si in dubiū nō reuocaretur de viribus talis

2 (left margin, at "In tantū"); 3 a (margin, at "Corroborari")

iuramenti non valebit.mouetur,quia sententia lata contra aliam sententiam non valet, quando non dubitatur de viribus primæ sentētię.l.j C.quādo prouo.non est necess.l.j.in prin.quæ senten.sine appella.resc.c inter monasterium de re iudi.Præterea secundū Ant.in d.c.inter monasterium.Ratio quare sententia secunda cōtra primā non tenet,est quia sententia prima inducit notoriū c.fi.de coha.cle.& muli.& sententia lata contra notorium: de quo iudici constet,est nulla.c.inter cætera.& c.cū Bertoldus de re iudi.c.solicitudinem de appella.per Innocen. in c.fraternitatis.de frigi. ergo cū hoc statuatur in sententia lata cōtra aliam sententiā eodem modo in sentētia lata cōtra iuramētum,cum habeat vim sententię.Nec obstat tex. cum glo.in l.nam & postea.§. si dānetur:vbi est casus secundum vnū intellectum ꝙ valet sententia lata cōtra iuramentum,quia respondet Anto.debere limitari quādo iudici liquido non constabat.singulare verbum profectò & memoratu dignū ad limitationem dicti §.si damnetur, & grandis æquiparatio,& similitudo iuramenti & sentētiæ:de quo facit maximum festum Alexand.Imo.in d.§.si damnetur in iij.col.dicens,quòd ab alio non meminit legisse scriptū: & cum eo trāsit,& illū defendit contra Abb.in d.ca.inter monasterium.vbi in discursu illius c.nō facta mētione Ant. dicit,ꝙ sentētia lata cōtra iuramentum,& cōtra priuilegia corā iudice producta tenet,vt in d.§.si dānetur & in c.suborta de re iudi.quāuis inducerēt notorium,vt inquit Inno.in c. ex ratione de appella.quia respōdet ipse dupliciter: primo quia forte liquido non cōstabat iudici vel quia cōfessio & instrumenta,& similia inducunt notorium quando cōtra ea nō apponitur,seu non impugnatur alias secus:vt notāter inquiunt. Hostien.. Ioan. Andre.Anto.in c.cum speciali in §.porrò.de appella.glos in c.ex parte el primero de ver bo.significa.in glo.fin.nec est præsumendum,ꝙ Papa in d.c. suborta pronunciasset contra priuilegia:si cōtra illa aliquid non esset oppositum.& sic residet,quæsiui quēdam moderniorem auditorem Rotæ canonicum Ferrariensem Felinum Sandeum nomine virum profectò dignissimum,si aliquid noui adduxisset in dic.c.inter monasteriū xviij.col.versi. ad illud,ꝙ valet sentētia.Breuissime trāsit cū relatione Alex. in d.§.nullo addito,& Ant.in d.c licet dicat ꝙ Alex.nō respōdeat ad omnia motiua Abb. mihi

mihi videtur, quòd hoc decidat Bal etiã in casu fortiori in repet.l.ij.ff. de iureiur.in iiij. col.vbi per illum tex.qui dicit iuramẽtum habere maiorem authoritatem, quam res iudicata, inquit ipse quòd cùm iuramentum decisiuum immediatè transeat in vim rei iudicatæ: quòd post iuramentum decisiuum indubitatum, nec posset transigi, nec compromitti, nisi in compromisso esset clausula non obstante iuramento, allegat in argu.l. si diuersa.C. de transact. vbi illud idem statuitur in sentẽtia vbi quis vult compromittere super iam decisis per sentẽtiam, vt suprà dixi.
4 †Intellige istũ tex.procedere, tã in iuramento voluntario, quàm in iudiciali: quia ista habent executionem paratã, hoc probatur hic ex quo tex. indistinctè loquitur:est casus iuncta gl.prima in d.l.actori.vbi glo.dicit, quòd illa lex habet locũ, siue iuramentum deferatur à reo extra iudicium,& sic voluntariũ,siue à iudice,& sic iudiciale.ergo si in vtroq; iuramento obtinet illa lex, & nascitur actio in factum ad similitudinẽ iudicati habebit executionem paratam vtroque casu: quia vbi iuramentũ petitur exequi agitur actione in factum, vel officio iudicis.l.si prætor.in fine.ff.de iudi.l. miles. de re iudic. & sic debet intelligi ille tex.qui dicit, quòd ex sententia nascitur actio iudicati: qa ista dictio iudicati, nõ est titulus actionis, sed causæ:& est additio nõ nomen actionis vt in actione de peculio,vnde dicitur actio in factũ iudicati,id est,quia & iudicatũ: & sic tota estvna actio,scilicet actio in factum,& actio iudicati, ita declarat Bal.in d.l.actori.j.& ij. col. vnde sentẽtia interlocutoria super executione debet sic formari,declaramus iudicatũ, siue iuratũ,& exequẽdo mãdamur exequi secundum eum.& est gl.singularis quæ dat hanc formam in l.j. in iiij. lectura. C.de sentẽ.quæ sine cer.quan. & dictam gl.d.l.actori approbat Sali.ibi multis fundamentis: de iuramento voluntario extraiudiciali,nõ est dubium: de iudiciali videbatur esse dubium cùm speret sententiã ferendã pro iurante: sed nihilominus tenet illam gl.per l. nã & postea.§.fi.& l.sed si possessori.in versi perinde. Itẽ quia est eadẽ ratio,quæ in voluntario:nã in vtroq; videtur deferẽs cõtrahere cũ eo cui defert: & sic ex illo,quasi cõtractu debet statim nasci actio l. deposi ti.§.j.ff.de pecu. Itẽ quia deferẽs videtur se aduersarij debitorem fateri,si iuret sic esse.ff. eo.l.qui iurasse.in fi.Sed ex cõfessione facta in iudicio nascit actio

actio l. certū. in fine. ff. de confes. & hoc absque dubio: vbi post iuramētū iudiciale, nō est secuta sententia tenebāt multi, sed ipse Sali. tenet idē, dato quòd sequatur cùm sacramētū iudiciale est distinctum à sententia iudicis: & vtrūque procedit à diuersis personis, nec necessario vnum tendit ad finem alterius & sic cōcludit ex vtroq; nasci actionē in factū, & per consequens habere locū l. istam. Et quòd iuramētū voluntarium extraiudiciale habeat paratā execut. tenet Bar. in l. ij. ff. eo. hoc probatur in eadem l. quę indistinctè loquitur: & etiam in hac l. & omnia verba quæ posuit Salic. in d. l. actori. fuerunt prius Bar. in d. l. nam & postea. §. si petitor. ff. de iureiu. vbi tenet actionē in factum oriri ex voluntario, & iudiciali, licet gl. in l. j. C. eodem. & in d. §. si petitor. tenebat in voluntario solum. & cōclusionē Bar. ibi sequitur Bal. & Ang. & si dicas amice, nō sequitur cōclusio tua, competit actio in factū ergo habet executionem paratam! qua vbi actio in factum intentatur ex sententia, necessario est libellus dandus, & ordinariè procedendū est: prout voluit Bar. sequutus Specul. in l. intra. ff. de re iud. nam respōdeo, quòd contrariam opinio. tenuit ibi Ioan. de Imo. & Alex. melioribus fundamentis. Imò, quòd etiam si actio in factum iudicati intentetur procedatur modo executiuo: & nō sit necessaria via ordinaria: & hoc fuit de mente Bal. in d. l. actori. inquātum dixit, quòd siue intentetur actio in factum siue officiū iudicis vtraque via tendit ad executionem instrumēti & sic in effectu omnia remedia tendūt ad executionem: & sic obtinet dispositio d. l. actori. Itē, quia ex quo lex dicit, quòd ex iuramento delato competit actio ad similitudinem iudicati satis exprimitur, quòd competat officium iudicis pro executione dicti iuramēti: nā quæ magis expresio est necessaria quàm quòd lex æquiparat iuramentum sententiæ, & rei iudicatæ: & sic videtur ei concedere omnia remedia executiua cōpetentia sententiæ trāsactæ in rem iudicatam, vt sentit vno verbo Alex. in d. l. ij. ff. de iureiur. tacitè mordēs Bal. qui in repe. d. l. ij. dixit se non habere legem, nec rationem, quòd officium iudicis competat pro executione iuramēti, certè satis exprimit lex cùm æquiparat iuramentū rei iudicatæ: & ita teneo, ꝙ iuramētum voluntarium siue iudiciale habet paratam executionē: & sic indistinctè summauit Bar. & cæteri hanc legē dicentes, ꝙ iuramētū, sententiā, & con

confesſio habent paratã executionẽ:& hanc opin.;ſcilicet, quòd iuramẽtum voluntariũ, & iudiciale habeat paratã executionẽ tenuit Alex. expreſsè in l.ſed ſi poſſeſſori. §. ſi cùm de hæreditate. ff, eo, & in d.l. ij post Bar.
5 †Facit tex.ſing.in l.j.ff.de iureiu.ibi,(quia vel ex pactis ipſorũ litigatorum)vbi tex.ſing.quòd etiam iuſiurandum à parte parti delatũ extra iudicium parit exceptionẽ litis finitæ: & ſic eſt ibi caſus pro quadã glo.quæ eſt in c ſuper hoc.de renunt, in glo.fin, quam reputat valde not, Ant. de Bu.& Io.de Imo. quòd etiã ex iuramento extraiudiciali, ſeu præſtito coram ſuperiore nõ in figura iudicij oritur exceptio litis finitæ ſicut ex iuramento iudiciali, & hoc ſequitur Ale.in d.l.j,& allegat etiã iſtũ tex.verũ eſt,quòd gl, ſi.in l.ij.ff. de iureiur. videtur aliquantulũ obſtare huic cõclusioni,quæ habet,quòd iuramẽtũ extraiudiciale habeat executionẽ paratã.conatur gl.ibi aſsignare rationem:quare iuramentũ habet tantã & adhuc maiorem authoritatẽ quàm res iudicata:dicit gl. quia concurrit volũtas partiũ & authoritas iudicis deferentis, & approbantis, &c. quæ ratio non cõcludit,niſi ſolũ in iuramẽto iudiciali:nõ autẽ involũtario, nec neceſſario;quia illa gl.hac ratione reprehenditur ibi per Guliel.de Cu.Bart.Bal. Alex. & alios:imò ratio eſt, quia facilius inducitͣ iuramẽtũ quàm ſentẽtia, cùm non requiratur tantus ordo iudiciarius nec tãtæ ſolennitates.Itẽ facilius inducitur,quàm tranſactio cùm non requiratur ꝙ aliquid detur,ideo maioris authoritatis cẽſetur cùm facilius inducitur l.imò magnę.ff.de legi.quę ratio cõcludit etiã ad iuramẽtũ voluntariũ.Idem Bal. in l.j.in prin.C.de execu. rei iud. licet timidus,hoc affirmare videtur in iuramẽto voluntario: dicit enim ꝙ iuramẽtũ iudiciale habet executionẽ paratã: teneo ergo cõmunẽ opi.ex qua extẽditur hæc lex quòd tã iuramẽtũ volũtariũ apertè delatũ extra iudiciũ,quàm etiã iudiciale habet executionẽ paratam.

6 †Sed hoc de iudiciali limita niſi præſtitũ eſſet præcedente libello, & litis cõteſt. quia tũc poſt præſtitũ tale iuramẽtũ neceſſaria eſt ſentẽtia cõdẽnatoria:quia tũc nõ habebit executionẽ paratã. Imò expectabitͣ ſentẽtia,& ꝙ illa trãſeat in rẽ iudicatã, ſecus ſi iuramẽtũ eſſet delatũ,& pręſtitũ prędictis nõ præcedẽtibus: ita dicit ſingulariter Alex.in d.l.ij. ad finẽ. Monetur primò ex tex. in l.iuſiurã.ad pecunias.in §. fin. vbi tex. poſt iuramẽtũ deſiderat ſentẽtiã. quẽ tex. Bar. habuit

buit pro contrario in d.l.ij.ad fin.nec ibi soluit, nec in d.§. si.cuius obliuionem suppleuit Alex.Secūdò adducit simile de confessione facta in iudicio in qua si præcessit libellus & litis cōtestatio non habet executionē paratā donec feratur sententia: secus si facta est prædictis nō præcedentibus:vt dicit gl. & doc.in l.vnica.C.de confess. & Bar.in l.j.ff.eodē. cum suis cōcordantiis. Ex hoc habebis vnā limitationem singularem ad hanc l.quòd iuramētū iudiciale non habebit paratā executionem,si præcessit via ordinaria in negotio:puta libellus & litis cōtestatio,& alia: quia tunc expectatur sentētia, quæ transeat in rē iudicatā. Et cum hac limitatione remaneat conclusio vera,quòd hæc lex vendicat sibi locū in iuramēto volūtario,& iudiciali quòd vtrūque habebit paratā executionem.

7 b † Ex prædictis infert Bar.[b] in l.ij.in fi.ff.de iureiur. quòd si in fine cōtractus apponatur inter contrahentes ista clausula,& post prædicta quia de prędictis posset dubitari,dictus ꝓmissor, seu debitor detulit dicto stipulatori vel creditori iusiurādū:vt si iurauerit se debere recipere teneatur, qui creditor vel stipulator statim sibi delato iuramēto se debere recipere iurauit,quòd tale instrumentū de iure cōmuni mandaretur executioni: & miratur quòd cōsuetudo hunc modum nō inuenerit ad contractus executandos. Motiua sua sunt quia iuramētū habet executionē paratā sicut sententia:vt d.l.ij.& l.sed si possessori.§. pe. & expresius in hac l. secundum eū famosa profectò practica:licet hucusque in aliquo instrumento nō viderim eam appositā. Ang.Per.ibi insurgit cōtra Bar.in totū volēs dictā practicā euertere vno solo cōtētus fundamēto, scilicet quia nō inuenitur lex quæ dicat, quòd ex iuramēto agatur nisi in factū: sed vbi agitur in factū ex re iudicata non haberet executionē paratā:imò requireretur libellus,& iuris ordo,licet magis summatim procederetur l.miles. §. iudicati. ff.de re iudi.gl.in l.j.C.de iudi certè hoc motiuū do. Angeprius fuit Bal.eius fratris in repet.l.ij.ff.de iureiu.vbi mouēdo quæst.vtrum officiū iudicis nascatur ex iuramēto, dicit ꝙ ex iuramento delato,& præstito in iudicio,bene oritur officium iudicis tanquam plurimum potens super incidenti. l.ædiles.in §. sciendum. ff. de ædi.l.si reus. de procur. sed de iuramēto extraiudiciali dicit quòd pro tunc nō habet legē, nec rationē necessariam,quòd officium iudicis oriatur cùm iste actus nec incidit,nec emergit

git processui: vt posset dici per hoc reduci ad iudicis potestatem: ita dicit ipse in d. l. in vj. col. in iij. not. & Lud. Rom. vt refert Alex. in d. l. ij. sequitur dictam opi. Ang. per rationes suas: & quia iuramentum habet vim conuentionis, seu contractus l. qui iurasse. §. fi. ff. eodem. sed contractus nõ habent executionẽ paratam. l. minor xxv. annis. ff. de mino. & licet Alex. dicat, quòd Ange. in d. l. ij. allegat in suum fundamentum l. iusiuran. ad pecunias. §. fi. vbi post iuramentum deside ratur sententia: ego non inuenio in meo libro talem allegationem, sed solum fundamentum superius relatum. dicit etiam Alex. quòd etiam contra Bar. tenet Bal. in l sed si posses sori. in §. si quis iurauerit. & sic Ang. Ludo. Bal. directo impugnauerunt solennem inuentionem do. Bart. Bal. in l. j. C. de iureiuran. sumit medium in iij. col. in versi. sed extra gl. quæritur. dicit, quòd opinio Bar. est singularis: & quod est vera si iuramẽtum apponatur seorsum absoluto contractu: & sic postquam contractus in totum est perfectus, & à partibus absolutus: quia antequam contractus sit absolutus à partibus, nil debetur, nec est obli c gatio nata sed nascens, & imperfecta: ideo non est verum, quòd tunc iuramentum posset dici litis decisiuum l. contractus. C. de fide instr. quia iuramentum super eo quod præteriti imperfecti est, magis sapit futurũ quàm præteritum: vnde nisi iuretur seorsum absoluto contractu dicit opi. Bar. nõ esse verã. superuenit Ange. Are. in §. Item si quis postul. ite. insti. de actio. & allegat hanc doctrinam Bar. quam omnes sequuntur, sed non viderat Bal. Ang. nec Ludo. dicit tamen ex capite, quòd ipse dubitat dictam determinationẽ esse veram cùm non interuenerit authoritas iudicis approbãtis iuramenti delationem l. si quis iusiurandum. C. eodem. dicit, quòd dictũ Bar. potest saluari si eius verbis addatur, ꝙ notarius vt iudex chartularius (vt dicit gl. & doc. in l. rẽ non nouam. C. de iudi.) approbet dictã delationẽ & acceptationẽ: quia tũc præceptum approbationis dicti notarij rogati de dicto instrumento operabitur tanquam si dictũ instrumentũ esset factũ corã iudice in iudicio: vt dicit Bar. in l. si possessio. in §. si possessio. ff. de acqui ren. poss. & in l. non fatetur. in fi. de confes. vides igitur quomodo isti doc. tenẽt cõtra Bar. diuersis cõsiderationib⁹. Ego teneo opi. Bart.[c] & eã reputo verissimam sine limitatione Bal. nec additione Are. primo ex eius authoritate quæ maxima

8 †Item hanc differentiam. s. an iuramentum apponatur ad litis decisionem vel ad contractus inchoationem, videtur facere Bald. in l. vnica. in princip. C. de confe. vbi tenet, quòd licet de iure confessio habet executionem paratam, intelligitur quando apponitur ad litis decisionem, & sic intelligitur lex ista & similes. secus quando apponitur in cõtractu ad contractus inchoationem & corroborationẽ. Nã tunc non habet executionem paratã, vt reperitur in confessione de mutuo & similibus: & hoc modo videtur dicendum in iuramento, cùm æquiparentur per l. istam, confessio sentẽtia, iuramentum: & sic quando debitor iurat soluere, non videtur appositum iuramentum ad litis decisionem, sed ad contractus inchoationẽ & corroborationẽ: & ad hanc meã considerationem corroborãdã vltra supradicta allego tibi tex. ponentem hanc differentiam in l. iusiurandũ. quod ex conuentione, ff. de iureiur. & ibi theoricam Bar. qui dicit, quòd vbi iuramentum est litis decisorium ex eo oritur obligatio & actio: & sic intelligitur ille titulus de iureiur, aut est iuramentum confirmatorium, & tunc confirmat contractũ etiã inualidũ, vt ex tali contractu oriatur actio, vt in auth. sacramenta puberum. aliud est iuramentum introductorium obligationis verbi gl. ꝙ dabo tibi centum nulla præcedente causa: & tale iuramentum non est modus inducendæ obligationis, nisi in liberto. l. ius iuran, in princ. de ope. lib. l. fi. C. de li. cau. itaq; solũ intelligit illũ tex. in iuramento litis decisorio: & hoc dicit Bar. in l. arbitrorũ. In §. societatẽ. ff. pro so. ꝙ arbitramentũ, datoꝗ; sit iuratũ ex sententia arbitratoris,

nec oritur actio, nec meretur executionē. Nec obstat, quòd sit iuratum compromissum: quia tunc oritur actio in factū ex compromisso, quando est decisorium litis: sed iuramentum quod ponitur in compromisso est ad contractus confirmationem, merito actionē nō producit: & sic in proposito quando in contractu apponitur iuramentum à debitore, qui iurat obseruare, & soluere: cùm tale iuramentum non sit litis decisorium: sed ponitur ad contractus corroborationē & confirmationem, non habet effectum sententiæ, nec litis contest. nec oritur actio in factum, nec de illo loquitur ille titulus. ff. de iureiur. nec per cōsequens d.§. si is qui. nec etiam habebit paratam executionem, nec in tali iuramento militabit doctrina Bart. in d.l.ij.ff. de iureiur. quod nota: quia ex hoc etiam limitabis doctrinam Bar. in d.l.ij. qui tenuit ꝙ iuramentum habet executionē paratam si sit litis decisiuū, vt loquitur Bart. non si apponatur ad maiorem contractus corroborationem, vt fiunt communiter contractus iurati, vt decidit Bar. in d.§. arbitrorum, nec est lex quæ dicat, quòd si debitor iurauit solueret & contractum adimpleret, ꝙ tale iuramentum habeat vim sentētiæ, nec litis contest. sed requiritur ꝙ procedat delatio & iuramentum, eo modo quo supra dictū est: & ita reperies ꝙ loquūtur omnes leges quę dispōnūt super hoc. & hęc mihi videntur rectè & nouiter considerata, & mihi semper fuit hæc inconcussa sententia, de iure ciuili. De iure canonico reperio quēdā tex. indistinctè prohibentē præscriptionē contra iuramentū. s.c. si diligē ti. de præscri. ad fi. ibi. (quòd iuramentum præstitū de conseruando iure & onere sedis apostolicę fuerit violatū.) vndè licitę retineri non posset quòd contra iuramentū huiusmodi fuerit scienter obtētum, quia etiā secundū hoc locū prescriptio habere non posset. hoc in tex. & ibi Ang. in princ. dicit. nota quòd exactum vel possessum contra iuramentū, nō est exactū vel possessum bona fide: & sic non potest præscribi hæc Ant. & hoc de præscriptione reputo singulare, de qua nec Abb. nec prædictus auditor aliquā mentionē faciūt: & per illū tex. dicebant ibi Host. Ant. & Abb. quòd nil acquisitū contra propriū iuramentū, potest licitè quis tenere. imò tenetur restituere per c. ad audientiam. quod met. cau. Idem de aliis cum peccato acquisitis per gl. in c. cum sit. de Iudæis. cū aliis concordantiis. de quibus per Abb. ibi. sed si bene pō

deretur tex. in d. c. loquitur in iuramento de non acquirēdo aliquid. nam acquirendo constituitur in mala fide, & venit contra iuramētum: nos loquimur in iuramento quod quis facit soluendo, & non venire contra cōtractum in quo subintelligitur tacita conditio. s. nisi elabatur tantum tempus, quòd alter sit exclusus præscriptione. Item quia præscripta bona fide etiam cum bona cōscientia retinentur, & sic sine peccato, vt inquit Inno. in c. cura. de iure patro. Bald. in auth. ad hęc. de vsuris. Abb. in c. quia plerique. de immu. eccle. Item in d. c. erat in mala fide: vt patet in tex. ibi (scienter obtentum.) hæc sufficiant, quo ad primum notabile.

SVMMARIVM.

1 *Confeßio habet paratam executionem: quod intellige quando fuit facta ad instantiam partis nullo dato libello, nec litis contestatione, numero 2,*

3 *Re perempta potest fieri executio in extimatione.*

4 *Quid si confeßio fiat per modum contentiosæ iurisdictionis,*

5 *Confeßio quantum ad confiscationem bonorum an tantum operetur sicut si esset lata sententia.*

6 *Actio vel confiscatio facta iam transitoria, an transeat in omnem hæredem.*

7 *Confeßio solennis in iudicio facta, quid operetur, & si fiat sine causa. nume. 8.*

9 *Sententia an requiratur post confeßionem in criminalibus.*

10 *Quid si confeßio sit facta coram incompetenti.*

11 *Confeßio clerici facta coram iudice seculari quid operetur.*

12 *Confeßio si sit errونea an impediat executionem.*

13 *Confeßio continens incertum an mandetur executioni.*

ADDITIO.

a *Adde Panorm. in c. quærenti. de offi. dele. col. fi. dicentē posse teneri contrarium, quia iura indistinctè dicunt quod confessus habetur pro condēnato. in l. j. ff. & C. de confeß. vnde sibi videtur quòd in ciuilibus non sit necessaria sententia, licet præceßisset petitio vel libellus: & adde quæ dicit decis. Rotæ, ccccxxj. fuit dubitatum in decis. not. sub tit. de resti. spol.*

b *Adde quòd hoc dictum Innoc. est sing. & commu. approbatū: de quo vide sing. Phil. Dec. in c. at si clerici. de iud. in iiij. not. vbi ordinauit regulā cum nonē limit. ad prædictā singularē doctrinam Inno.*

c *Adde gl. & docto. in c. quærenti. de offic. deleg. vbi Panorm. dicit quòd in criminali semper requiritur sententia, nisi delictum esset notorium, quia tunc non requiritur sententia saltem cum solennitate, per text. not. iuncta gl. in l. ictus fustium. ff. de iis qui notan. infa. & ideò cautè loquitur Feli. in eo. c. quærēti. col. iij. versi. fallit ij. vbi reus cōfessus: & vide Bar. Soci. in tra.*

tract. fallent. in regula incip. confessus crimen: quæ mihi est xvj.

d *Adde modernos, maximè Ias. in l. magistratibus. ff. de iur. omn. iud. col. ij. & Phil. Dec. in c. at si clerici. in col. ij. de iudi.*

e *Adde de effectu huius confessionis Feli. in c. & si clerici. col. iij. de iudic. Phil. Dec. post alios in l. magistratibus. ff. de iurisdict. omnium iudicum.*

f *Adde plura per Bart. Soci. in consil. xcvj. in iij. volu. considerata contingētia facti, vbi consuluit an quædam captura facta occasione cuiusdam sententiæ, non liquidè possit iustificari ex liquidatione postea facta.*

1 NOtat tertiò, quòd confessio in iudicio habet executionem paratā. quod probatur ibi, confessionem in iure factam, iūcto fine: quia in iure confessi pro iudicatis habentur. concor. l. j. ff. eod. & l. vnica. C. eo. l. proinde in §. notandum. quæ clarius loquitur de executione. ff. ad leg. aquil. ibi. (iudex non rei iudicandæ: sed extimandæ datur) hæc est materia prolixa & diffusa in iure. & non est propria materia istius tit. cùm habeat per se titulum distinctū infra de confessis. & C. eo. ideò, vt citius, ad excogitatum propositū deueniamus solū aliqua principia præmittā, vt veritatem legis & eius intellectū capere possis. Habes igitur hic tex. secundū Bar. & omnes, q confessio facta in iudicio habet executionē paratā: est etiā tex. in l. si debitoribus. ff. de iudi. ibi qui tibi fatebuntur se debere, aut quasi ex re iudicata, necesse habebunt reddere, aut tēpus ad soluendū detur: & sic fit præceptū in cōfessum via executiua sine alia condēnatione, secūdū gl. ibi. sicut si verè esset condēnatus. & licet glo. in princi. in quadā opinione videtur vacillare, si ille tex. loquitur in condēnato, per sententiam, vel in confesso, tamen veritas est q loquitur in confesso, vt clarè colligitur ex lege. & ita dicit glo. ibi super parte ex re, & in aliis partibus. & hanc glo. approbat ibi Bar. dicens esse ibi. & hic casum, q confessio habeat executionē paratā, & sic statim facta confessione currūt cōfessis tēpora quæ dātur iudicatis ad soluendū. l. certū. in §. cōfessi. ff. de cōfes. l. si debitor. ff. de iud. ibi. (dandámq; diē.) est etiā casus. q confessio habeat executionē paratā in l. certū. in §. j. ff. de cōfes. quem Bar. multū cōmēdat ad hoc in l. error. C. de iur. & fa. igno. ij. col. facit tex. & ibi casus ad hoc secundum Bart. in iij. not. in l. vnica. C. de confessis. quod dicit notandum & menti tenendum. & allegat etiā istam l. ad hoc, & dicit quòd propter hoc in illa ciuitate instrumēta

cõfessionata mandantur executioni sicut sentẽtiæ diffinitiuæ: quia fit per statutũ, vt cõfessio facta coram notario videatur facta corã iudice in Tuscia vocãtur instrumẽta guarentigiata. Hæc ille. Cõsidera, quod impropriè dicitur cõdẽnatus tex. iuncta gl. in l. j. ff. de cõfes. quod Barto. ibi dicit esse menti tenendũ ad statuta disponẽtia, ꝙ de qualibet sententia condẽnatoria soluat̃ gabella: quod nõ soluetur de cõfessione, vel de præcepto confessionis, secũdũ distinctionẽ, de qua infra dicã, scilicet nisi cõfessio post se requireret sententiã. Idẽ Ang. in l. certum. §. cõfes. ff. eo. per dictionẽ quasi ibi positã. † Et intellige hãc legẽ & similes quæ disponunt cõfessionẽ habere executionẽ paratam, quãdo cõfessio fit ad partis petitionẽ nullo dato libello, nec litis cõtestatione & ordinario processu præcedente, sed solũ ad instantiã partis confessus est, quia si his præcedentibus fiat cũ desiderat post se sentẽtiam nõ haberet ex se executionem paratã,[a] nisi ex sentẽtia: ita dicit gl. in l. certũ. in §. fi. ff. de confe. & licet glo. titubans nõ bene se determinet: tamen hoc approbat Bar. ibi hoc etiã tenet glo. in l. j. C. eo. in gl. magna quæ dicit ꝙ si cõfessio fiat præcedente libello & litis contesta. requiritur sententia, aliàs nõ: imò debet ei fieri præceptũ, vt soluat in certam diẽ. Idem gl. clarius & notabilius loquẽs in l. j. in gl. fi. C. de lit. contest. quã omnes allegant & à Bar. approbãtur in l. j. ff. de confe. sic debet intelligi tex. in l. qui stichũ ibi condemnãdus est. ff. de confe. & in l. Iulianus. ff. eo. vbi text. dicit confessum condẽnãdum esse, & sic illud præceptum de quo facit mentionẽ text. in l. si debitori. ff. de iudiciis nõ est sententia, sed quoddam præceptũ executiuum tendens ad executionem: & sic concludit Bar. hãc doctrinã tenet Bald. post glo. in l. fin. in prin. C. de execu. rei iudi. ita etiam tenet Bar. in l. non fatetur. in col. ij. de cõfe. dicens, quòd tale præceptum non est sententia diffinitiua: sed tendit ad executionem cõfessionis. Idẽ Barr. in l. vnica. in col. ij. C. de cõfe. Alexan. in d. l. debitoribus. ff. de re iudi. Ioan. Andre. in addi. ad Specu. in tit. de sen. pro la. §. fi. super versi. est quoque. facit opinio gl. in c. dudũ (el. ij. de electio.) & in cap. ex parte in fi. de verb. signifi. & Cin. in l. vnica. C. de confe. in ij. & ix. quæstio. & sic concludunt omnes cum Bart. Hanc cõclusionem tenet Ange. in l. si debitori. ff. de iudi. licet strictè loquatur: dicit enim quòd illa lex & glo. quæ mandat in cõ-

fessum

fessum fieri præceptum: sic ad executionem intelligitur, ꝙ libellus nõ fuerit oblatus:sed simpliciter interrogatus debitor an deberet, confessus est, tunc statim deuenitur ad præceptũ & ex tali præcepto oritur actio in factũ:vt ex sententia secundũ glo.in l.cùm non solum in §.necessitatem.C.de bon.quæ liber.est casus in l.si postulauero.in §.si libero. ff. de adulterio.quia si libello oblato fieret talis cõfessio,tũc peruenitur ad diffinitiuam,vt dicit gl.ij.quæst.j.nos in quẽquam & in corpore de exhibẽ.reis.§. suscepto collatio.v. Bald ibi in principio sentit ꝙ si oblato libello statim reus confitetur poterit ferri dictũ præceptum, & sic summariè ex quo confitetur per l.si reus paratus.ff.de procurato.Ang. expressè dicit quòd non posset ferri præceptum sed diffinitiua,cum confessio habeat vim litis contesta. & idem sequitur Alexan.in dict.l.si debitori.f. ꝙ si debitor oblato contra eum libello in forma processus ordinarij accepisset copiam,& cõfessus fuisset,tũc sequi debet diffinitiua. allegat glo.dict.§.confessus suscepto. & dicto cap.nos in quẽquã. & gloss.singularem in l.proinde in §.notandum. ad l.aquili.& sic omnes concludunt cũ Barto.nec obstat l.si reus paratus. per quam se fundat Bald.quia ibi fiebat statim oblatio iuncta cũ confessione:& hoc etiã ibi sentit Bal.& sic est vera gl. in l.vnica.C.de litis contesta. quæ dicit quòd per confessionem inducitur litis contestatio in di.l.si reus soluebat statim.Ideo non compellebatur iudicium pati,quòd est diuersum:ita dicit Bar.& Ang.in d. l.si reus.& sic non rectè loquitur Bal.in d.l.si debitori.vnde tene distinctionem Bart. quæ
3 cõmuniter approbatur. † Intellige etiam hanc l.quod nõ solum fit executio in eo quod quis est confessus:sed in extimatione re perẽpta. Hoc probat text.in l.Iulianus.ff.de cõ fe.per quam Barto. ibi dicit, quòd si peteretur executio cõfessionis, quòd re perempta fieret executio in extimatione.probatur in l.fi.ff.quæ sen. sine appell.rec.quod dicit esse vtile propter instrumẽta guarentigiata,vt re promissa perempta fiat executio in extima-
4 tione. † Aduertas etiam ad huius l.extensionem,quòd nõ solum confessio in iudicio habet executionem paratam si fiat per modum contentiosæ iurisdictionis:sed idẽ si emanet per modum volũtariæ iurisdictionis:& pro tali executione potest implorari officiũ iudicis,sicut pro sententia.ita dicit Angel.in l.certum.ff. de

confe.in §.confessi in fin.verbis post Ioan.Andre.in additio. ad Specu.de confess. in §. postremo.bene ꝓbat hoc tex. in l.cum fideicommissum.quę est l.fin ff.de confe.intelligẽdo quod ibi non erat lata sententia secundum Ang. Hanc conclusionem tenet Cynus de Pistorio in l.vnica. C. de confessio. in secunda quæstione: & in nona quæstione: dicit, quòd siue cõfessio fiat per modum voluntarię iurisdictionis ex ea competit officium iudicis pro executione facienda. Ratio quia officium iudicis locum habet in omnibus, quæ sunt nota iudici, scilicet vt iudici.ff.fin. regũ.l.si irruptione:sed hic notorium est iudici. Item in secunda quæstione concludit idem, dicens quòd etiam dicta confessio sufficit ad executionem, nec est opus alia sententia condemnatoria, nisi illud præceptum de soluendo, quod est executiuũ, vt dicit glossa in dicta l.si debitori. ponit Cinus exemplũ tu venis ad me: & dicis mutua mihi decẽ ego dico quòd placet. Sed volo quòd confitearis coram iudice: & sic vadimus sponte coram iudice, & confiteris, hæc est cõfessio per modũ voluntariæ iurisdictionis postquam non est necesse ferre diffinitiuam:sed præceptum de soluendo mandatur executioni, & sic dicit obseruari de consuetudine. & dicit quod huic assimilatur praceptum guarentigiæ, id est, confessio quæ fit in Tuscia maximè Florentię à iudicibus & notariis habẽtibus super hoc potestatem à statutis terrarũ, quod quidem præceptum habet paratam executionẽ. Hæc fuerũt verba notanda Cyni vbi supra, quæ tene menti: & ibi tenet idẽ quod supra quãdo confessio est facta per modũ contentiosę iurisdictionis.

5 † Extende etiam hanc legem habere locum in causa criminali, quo ad confiscationẽ bonorum quia tantum operabitur confessio solẽnis in iudicio, sicut si lata esset sentẽtia. tu scis quòd in delictis publicorum iudiciorum non aliter pœna ademptionis bonorum transit ad hæredes, quàm si lis sit contestata & sentẽtia cõdemnatoria lata sit cõtra defunctum. Casus est in l.ex iudiciorum.ff. de accusa.dico ꝙ idem est si interueniat confessio solẽnis in iudicio:cum æquipolleat sententiæ, quia tũc bona possunt applicari fisco non obstante morte rei, singulare verbum est Bald.in l.vnica.in iij.col C. ne ex deli.defunct.versi.sed hic dubitatur. Nec obstat secundum eum d. l.ex iudiciorum, quæ requirit sentẽtiã, quia intelligitur vel

æqui

æquipolēs vel aliud quod necessario inferat in cōfiscatione: idem quod in confiscatione dicit in pecuniariis consistentibus in certa quantitate: & idem dicit etiam si non sit confessus, si esset cōclusum in causa, & liquidò probatum de maleficio: quia cùm esset de necessario sententiam firmari, quodammodo trahitur retro argu. ff. de mi. l. deniq;. in §. j. quod refert multum notandum. Allegat Bart. hoc dicentem in l. j. ff. de priua. deli. certè Bart. hoc non dicit quia in dict. l. j. de priu. deli. & in l. vnica. C. ne ex deli. defunc. disponitur quod actio pœnalis non datur contra heredē, nec transit contra eum, nisi quatenus ad eum peruenit vel nisi lis esset contestata cum defuncto. dicit Barto. q̄ idem erit si confessus est defunctus, quia hoc nō est tantæ dubitationis: cùm confessio habeat vim litis contest. vt dicit glo. in l. j. C. de litis cōtesta. sed aliud est in casu, quo loquitur dict. l. ex iudiciorū. vbi non solū lex requirit litis cōtest. sed etiā sententiā: & adhuc esse transactā in rem iudicatā secundā opinio. glo. quę tenet quòd si post sentētiā decederet reus infra tēpus appellandi, non trāsiret confiscatio ad hæredem. Certè singularis limitatio est ad d. l. ex iudiciorū. & reperio q̄ Alexan. in l. j. ff. de priua. deli. simpliciter recitando trāsit cū hoc dicto. & idē in l. j. ff. de cō fe. & licèt nō careat scrupulo tam per verba d. l. quā per gl. & ibi per ea quæ notat Salic. & Docto. in l. fin. C. si reus vel accusa. mor. fue. & quia loquitur in pœnalibus, non tamen hucusq; reperi cōtrarium tenentem, & ego eius opinionē corroboro per istum text. & similes qui dicunt, quòd sententia & cōfessio facta in iudicio æquiparentur. Item per ea quæ Barto. dicit in d. l. ex iudiciorum. ff. de accusa. vbi dicit, q̄ si est talis casus, vbi à lege non requiritur litis contesta. nec sentētia puta: quia à lege ipso iure imponitur pœna cōfiscationis, tunc transit cōtra hæredem confiscatio per l. cōmissa. ff. de publica. quia ideo secundum eū illa lex facit mētionē de cōtestatiōe quia sine ea nō poterat ferri diffinitiua, ergo si sine illa poterat ferri, illud sufficit & eodē modo in sentētia sic ad propositū, cū cōfessio solennis facta in iudicio habeat vim rei iudicatę, & nullæ sunt partes iudicis, nisi in condemnando, hoc videtur sufficere. Nam licèt sit verū, quòd in criminalibus confessus non habeatur pro iudicato: vt dicit text. in l. si confessus. ff. de custo. reo. l. j. §. diuus. ff. de quæstioni. nihilominus

ex tali confessione etiã vnica spõte facta potest dãnari.text. est in l.j.in §. si qs vltro.ff. de quæstio.quem ad hoc allegat Barto.in.l.j.in §.diuus. & ibi glo.ff.eo.& in l.j.in fine.ff.de custo.reo.Salice.in l.secunda. C.de custo.reo.Bart.in l.vnica.C.de cõfe.hinc habuit ortum illud singulare dictũ Innocen. in capitu. qualiter & quãdo.de accusatio. quòd vbi aliquis confitetur directè & principaliter in iudicio valet & poterit ei ĩponi pœna quãtũcũque maxima delicto proportionabilis: quia confessio ad sui validitatem non exigit talem indicij.idem Abb.in dicto capitu. at si clerici. sexta columna.per dictã l.si confessus.& per capit.primũ.de accusa. libro vj. Item quia talis confessio habetur pro veritate. Item iudex statim poterit executare sententiam latam virtute talis confessionis,nec tenetur deferre appellationẽ præsertim in criminalibus,in quibus non licet appellare.l. constitutiones. ff. de appellatio. ita inquit Ioan.Andr.in capit. Romana.in §.si autem post sentẽtiam. de appellatio. libro sexto. Bald.in l.vnica.in vj colum. in versicu. sequitur videre.de confe. de quo dicto facit mentionem idem Bal.in l.ij.C.quorum appella. & tenet contrarium dicens, quòd nisi cõcurrant illa duo,de quibus in dicta l.scilicet quòd sit cõuictus & confessus,quòd bene tenet appellatio,si iudex à quo vult ei deferre,sed si putat ei non deferendum potest exequi sentẽtiã suã.& sic dicit ꝙ seruat̃ de cõsuetudine.Semper cogita ꝙ lex videtur facere differẽtiã in causa ciuili,vt cõfessus habeatur pro iudicato,vt hic non in criminali vt d.l.si confessus & ibi Bar.imo sequi debet condẽnatio.bene tamen potest hæres reuocare dictam cõfessionẽ,& probare innocentiã defuncti secundũ Bal.in d.l.vnica.& quia nõ est præsens materia,vide Spec.& ibi Ioan.And.in addi.in titu. de accusa.in §.j. versic.quid si latro.& per modernos in d.l. ex iudiciorũ. & in l.j.§. diuus de quæstio.& in l.j.de priua. deli.vbique per domi. Alexã.

6 † Vnum tamen tenebis mẽti,quòd vbi per sentẽtiam vel per litis contesta.vel per confessionem aliquod istorũ factum cum accusato actio vel confiscatio est facta transitoria ad hæredem tamen iam est facta transitoria ad hæredem: licèt contra defunctum illius hæredis nunquam actum fuerit. Iste est casus singularis & vnicus in l.videam⁹.quod metus causa Ange. reputat vnicum ad hoc in l.j ad finem de priua.deli.& in l.vnica ne ex deli.

7 deli.defun. C. †Vlterius adde ad huius l. extensionem Ciu. in l.vnica.C.de cõfe. in vj.col. vij. quæst. vbi dicit quòd confessio solennis facta in iudicio habebit omnes effectus, quos habet res iudicata, puta quãdo sentẽtia lata est in querela inofficiosi testamenti cõtra vnũ cæteris præiudicat, vt in l. Papinianus. §. si ex causa. de inof. test. & sic in similibus. l. ingenuum. de sta. ho. sic erit si causa decidatur per confessionẽ: puta quia aduersarius confitetur in iudicio testamentũ inofficiosum & cõfessio emanauit per modum contentiosæ iurisdictionis, allegat ad hoc
8 l istam quam nota. †Tenebis etiam menti quod in tantum confessus in iudicio habetur pro condemnato quòd etiam si cõfessio fiat sine causa & informiter hoc probat text. & ibi Bal. in l. sicut. C. de repu. hęre. ex quo infert quòd in instrumento guarentigiato nõ requiritur causa cùm sit ibi prçceptum iudicis chartularij factum in confessum quod videtur factum in iudicio secundũ Cin in l. vnica. C. de cõfes.
9 ita Bal. in d. l. sicut. †Limitabis hanc legem non habere lo. cum in causis criminalibus, in quibus etiam confessio solennis in iudicio sponte facta nõ habet executionẽ paratã, nec confessus habetur pro iudicato: imò requiritur sententia condẽnatoria, intellige quando non præcedẽte libello, nec litis consestatione & ordine iudiciario facta est: quia his præcedentibus nullum dubiũ esset, cùm nec in causis ciuilibus tunc haberet paratam executionẽ, vt suprà dictum est. Verum est quod gl. in l. absentem. ff. de pœnis. tenet cõtrarium: imò quòd etiam in causa criminali cõfessus habeatur pro iudicato, vt in causa ciuili: & est glo. super parte iudiciorum, vbi glo. per verbum fortè dicit, nec fortè in confessum pronuntiatur in crimine: & hoc idem sentit Cin. in l. vnica. in prin. C. de confess. vbi opponit de l j. §. diuus. de quæstio. soluit, quòd ibi loquitur in confessione non spontanea. Sic tranſit glo. ibi hac sola contenta solutione, & sic clarè sentit quòd si confessio esset spõtanea etiam in criminalibus [c] haberetur pro iudicata: & sic haberet executionem paratam. cõtrarium est verũ, & de hoc est glo. in l. si quis in hoc genus. super parte nouerit. C. de episcopis & cleri. vbi glo. dicit, quòd contra sponte confessum post confessionem debet proferri sententia & satis probat tex. ibi (in conuictos siue confessos reos sententiam nouerit vendicandã.) Salice. ibi ad hoc illum reputat

c

tat notandum quòd in confessum spõte in criminalibus est necesse, quòd feratur sentẽtia. Idem reperio, tenere Io. Fab. in l. vnica. in fin. col. de confe. quòd semper in criminalibus post confessionem fiat condemnatio. Item hoc sentit gl. in l. vnica. C. de confe. super parte soluere in princi. vbi compilauit summariè veritatẽ illius l. & concludit glo. in causa pecuniaria pro iudicato habetur clarius, hoc sentit glo. quasi ad medium declarando dicta verba & incipit glo. Item in causa pecuniaria, quia subdit secus in causa criminali in qua non statur statim confessioni: imò volẽs pœnitere potest, vnde etiam si perseueret in confessione requiritur sententia condemnatoria contra eum. hæc Accursius ibi, & sentit illa gl. clarè de confessione spontanea ex quo allegat l. nõ tantum. ff. de appellatio. & l. j. §. diuus. & §. si quis vltro. ff. de quæst. & clarè ibi dicit gl. hoc esse verum etiam sine litis contestatione: & sic indistinctè tenet glo. hanc conclusionem, quòd in criminali post confessionem damnatur per sententiam. Hanc conclusionem notanter sequitur Salic. in l. vnica. C. de confe. in vj. col. in versicu. reuertor, & melius in ix. opposit. vbi tenet quòd quando sine litis contest. & ordine iudiciario confessio facta est, non est differentia in causis ciuilibus & criminalibus, vt ibi glo. sed quando his non præcedentibus, licet in ciuilibus non requiratur sententia, nisi præceptũ executiuum de soluendo, in criminalibus nõ sic, imò post confessionem necessaria est sententia. Rationem differentiæ assignat in causis criminalibus propter magnũ præiudicium, quod versatur: quod non est in causis pecuniariis, cùm non sint tanti præiudicij. Item, quia pręceptum de soluendo nõ potest sic adaptari in criminalibus, sicut in ciuilibus. Item, quia licet nõ sit contestata habetur pro quasi contestata: quia lex non vult audire perire festinantẽ, ideo quasi contradicit pro eo: vt sic vltra confessionem cognoscat saltem quando in ea perseuerat, quo cognito & nõ antè iudex diffinitiuè pronunciat cũ condemnando, hoc idem Bar. in d. l. vnica. in iij. col. vbi dicit, quòd in criminalibus sine dubio debet ferri sentẽtia diffinitiua post confessionem, & quòd alias nõ habetur pro iudicato. Abb. idem in c. at si clerici. de iudi. vj. col. probatur in l. inter pœnas. in fi. ff. de inter. & re. Sed est tex. in expresso in l. si confessus. de cust. reo. ibi, (si cõfessus fuerit reus, donec de eo pronũtietur in vincula

cula,&c.) Et ibi gl.expresſè dicit,quòd in criminali non habetur pro iudicato:& idē Bar. ibi facit l. cùm reis.C. de pœnis. Allego etiā Inno.in c.quęrenti.de offic.deleg. vbi poſtquam poſuit formā executandi contra confeſſum in ciuilibus, dicit in criminali autem, licet quis confiteatur nō mandatur executioni, niſi ſententia feratur. Allegat d.l. ſi confeſſus.& c. nos in quenquam. ij.q.j.bene facit quod ſingulariter dicit Salic. in l ſi quis in ea.C.de cuſto.reo.ij.& iij.col. in verſi.quæramus igitur in illa vulgari quæſtione apud gl. & doct.trita vtrū ex ſola vnica confeſsione quis damnandus ſit: ponderat bene epiſtolam de qua in l.j. in §. ſi quis vtro.ff.de quæſt.ſcilicet,vt nō ſtatim iudex confeſſum condemnet, ſed de eius innocētia & cauſa confeſsionis inueſtiget vt melius poteſt: ideo Cōſultus ibi laudat modū quem iudex tenuit & ſic confeſſum incarcerari faciat: & poſt modum apud acta eum adducat & audiat, puta ſi velit confeſſionem ſuam reuocare ex iuſta cauſa,de cauſa docere,& ſic concludit non ſtatim poſt confeſsionem damnandum, ſed dilationem ei dandam ad eius defenſiones faciēdas & in carcerē interim poni, & hoc fuit intentio d.l. ſi cōfeſſus. & d.l. ſi quis.quæ diſponunt confeſſum in carcerem ponēdum & per hunc modū adhibetur fręnum iudicibus carnificibus, quos temporibus noſtris vidimus, placuit mihi calamū dilatare non tantū propter hanc limitationem quam propter dictam Bal.opin. in d.l.vnica. de qua titubans receſsi, ſcilicet, quòd d.l.ex iudiciorū.habeat locū ſi reus deceſsit poſt confeſsionem ſolennē factā in iudicio,quam nō credo veram per ſupradicta.& quia ibi tex. expreſsè requirit, quòd condemnatio ſit ſecuta. Nec obſtat quòd Bal.dicit quòd ſufficit aliud æquipolens,vt eſt cōfeſsio:quia hoc nō eſt verum, quia in criminalibus cōfeſsio nō æquipolet ſententiæ, quia nō habetur pro iudicato, vt ſuprà latiùs,cùm requiratur ſententia cōdemnatoria, vt dictū eſt, nec Bal.ex ſuo capite habuit licentiam extendendi dictam legē, quæ loquitur condemnatione ſecuta ad caſum, in quo nō eſt ſecuta,& poſſent multa accidere, propter quæ non ſequeretur,maximè ſi reuocauerat confeſsionē & cùm dicta lex tribuat accuſato illud beneficium nō eſt ei auferendum,& minus dubium eſſet ſi decederet poſt concluſionem in cauſa. Item quia Bart. ſolum dicit,quòd non haberet locū dicta lex, ſi eſſet talis caſus

sus in quo de iure nõ esset necessaria sentẽtia: ergo cùm sit necessaria etiam cõtra confessum, sequitur quòd in cõfesso solum non habebit locum & cùm in pœnis mitior interpretatio sequenda est: vnde teneo contra Bal. & indistinctè seruari d. l. ex iudiciorum, prout in ea disponitur: maximè quia Bar. in d. l. j. de priua. deli. quẽ Bal. allegat in authorẽ & testem dictæ opinionis, non dicit illud quod allegatur à Bal. imò loquitur in casu diuerso. mouet me adhuc magis cõtra eum quædam theorica Bar. in l. infamem. de publi. iudi. iij. col. vbi mouet quæstionem, vtrum ex confessione sit infamis si aliquis confessus est crimen, quod infamat, licet gl. in l. ictus fustium. de infami. teneat quòd sic, quam sequitur Azo in summa. contrariũ tenet Bar. motus hoc fundamẽto quod satis vrget in proposito quia edictũ prætoris requirit ad hoc, quòd quis sit infamis quòd sit de crimine dãnatus. l. j. ff. de his qui not. infa. Sed in accusatione criminali confessus de crimine non est d damnatus, nec habetur pro damnato, vt d. l. si confessus. ergo non est infamis, secus dicit in ciuili vbi confessus habetur pro condemnato, vt l. j. C. de confe. quia esset infamis, ecce ergo quòd Bar. per fundamenta à me suprà adducta cõtra Bal. tenet quòd in criminalibus vbi à lege requiritur cõdemnatio, nõ sufficit confessio. ergo cùm hoc requirat d. l. ex iudiciorum. nõ rectè loquitur Bal. & hoc idem sequitur Abb. in c. at si clerici. de iudi. in col. x. referens Bar. & eum sequens prout moris sui est.

Habes igitur ex supradictis hanc conclusionem, quòd hæc lex non habet locum in causa criminali, in qua confessio facta in iudicio non habet executionem paratam quia requirit sententiã post se, & in tantum habet hoc verum quòd etiam si nõ esset in totum criminalis: sed esset causa ciuilis, & pœnalis descendens ex crimine requiritur sententia in confessum. Ista est gl. not. in c. cùm olim. de rerum permut. quam ad hoc ibi commendat And. Sic. in c. quærenti. de offi. delega. in col. xj. & more suo miratur, quòd ad hoc nullus docentium illam allegauerit: sed certè ibi confessio fuit facta incidẽter.
10 †Limita secundo, nisi confessio facta sit corã iudice incompetenti [d] quia talis nõ meretur executionem. C. si à non compe. iudi. per totum c. at si clerici. de iudi. secundũ Bar. in d. l. vnica. ad fi. est casus in d. c. at si clerici. vbi cõfessio clerici facta corã iudice seculari nõ tenet. Idẽ Inno. in

in c. per inquisitionẽ. de elect. Hanc sententiã sequitur Ang. in l. j. ff. de confes. quòd si clericus confiteatur coram iudice laico, confessio est nulla & nõ habetur pro cõdẽnato, nec vigore talis confessionis potest ei fieri præceptũ. Idẽ Io. And. in ti. de cõfes. §. sequitur. versi. hoc nõ valet. in addi. ad Spec. & Fed. disputãdo & dicit Ange. in d. l. j. quòd fuit de facto Bononiæ & vidit quàm plurimos doctores contrariũ consulentes. Sed ipse Ange. sequitur quòd nõ valet in tantum, quòd hoc sit verum, siue emanet per modum voluntariæ siue contentiosæ iurisdictionis: quòd reputat nota. dignum: & hoc vbicunq; iurisdictio iudicis incompetentis non potest prorogari per confitẽtem, indistinctè dicit confessionem nullam secundum Ang. in d. l. j. & hoc sentit Sali. in d. l. vnica. vij. quæst. plus dicebat Cin. ꝙ etiam si cõfessio fieret corã iudice, cuius iurisdictio erat prorogabilis per confitentẽ, dato quòd iudex esset incõpetens non præiudicat cõfessio. ita dicit Cin. in d. l. vnica. col. v. in ver. quarta quæstione. C. de confe. reprobata distinctione quorũdam moderniorum, qui in hoc contrarium tenebant, quæ opinio mihi nõ placet: quia si iurisdictio potest prorogari, non video cur non prorogetur per confessionem quæ habet vim litis conte. & habeat locum l. ij. ff. de iud. & si hoc est in sentẽtia, quare nõ erit idem in cõfessione? & ista est intẽtio Bar. ibi dũ dicit sicut in sentẽtia, vt in ti. si à non cõpe. iud. & ita etiã tenet Ioã. And. in dicta additione: & hoc tenet Ang. in d l. j. de cõfessione nulla Cini facta mentione, nec Bar. idem tenet: Sali. in l. vnica. vij. quæs. quãdo cõfessio facta est, vt per ipsam iudiciũ inchoetur & fundetur vt est quando reus cõfitetur animo litẽ contestandi, & ad vlteriora in causa procedẽdi, & quia tunc isto casu fit litis contestatio, si sciens non esse iudicem confiteatur valet & inducitur prorogatio: secus tamen est vbi confessio est facta ad præparationem iudicij inchoandi, & nõ valet: quia iudex pro tunc est incompetens. Idem si facta est ad iudicium futurum euitandum: & etiam tunc non valet, nec præceptum de soluendo ex ea factum, quia nec eius est competens iudex, & sic his duobus casibus confessio non valet, vbi autem cõfessio est de his quæ pertinent ad iurisdictionem volũtariã, si iurisdictio erat prorogabilis, tũc concludit Sali. quòd valet quia per additionẽ solã, est illius rei competens iudex. l. ij. de offi. procon. & leg. obscura

& in

& intrincata verba ꝓfert Salice. Habes igitur ex prædictis, quòd vbi confessio facta est corã iudice incõpetẽti, cuius iurisdictio nõ erat prorogabilis indistinctè siue p modum voluntariæ, siue contentiosæ iurisdictionis, non valet confessio, nec habet executionem paratã, secus si eius iurisdictio erat progabilis, & sciẽter facta est confessio: sed hoc secundum limitauit Sali. in d. l. vnica duobus modis. Primus vbi confessio facta est ad præparationem iudicij inchoãdi. Secundus vbi ad iudicium futurum euitandum: & loquitur ita obscurè quòd vix & cũ magna difficultate poteris eum intelligere. & vt eum intelligas scias quòd ipse Salice. in l. vnica. C. de litis cõtest. in viij. quæstio. tenet quod vbicũque reus confitetur coram iudice incompetenti si confitetur & simul exceptionem proponit peremptoriam, & tũc videtur litem cõstari, cùm patet quod vult ad vlteriora procedi & de sua exceptione cognosci. Idem si confitetur adiiciens ꝙ hoc facit animo contestandi. Nam tunc videtur fateri narrata, sed contradicere petitis propter aliquã exceptionem, quam opponere intẽdit. Idẽ si confiteatur & petat ad vlteriora procedi: quia videtur velle peruenire ad diffinitiuã propter aliquod interesse suũ ad quod peruenire nõ potest, nisi litem cõtestando: vel quia aliquam exceptionẽ intendit opponere. Ista sunt exempla Sal. cum quibus iunge primũ mẽbrum ab eo positum in l. vnica. C. de confe. in quantũ dicit, quòd vbi confessio facta est, vt per ipsam iudiciũ fundetur & inchoetur, quod tunc valet, etiam si coram incompetenti: & sic in hoc solo casu dicit valere, vbi autem fit ad iudicium futurum euitãdum, puta, quia confitetur ius, scilicet, se debere vel factũ: & tunc dicit, quòd non valet; quia in d. l. vnica de litis contest. dicit quòd hoc casu non videtur litem contestari: sed statim debet ei fieri præceptum de soluendo iuxta l. si debitoribus. & hoc non potest fieri nisi à iudice competenti. certè verba eius videntur absque fundamento, & contra doctrinam Bar, & aliorum: & in effectu quasi tenet opin. Cyn. quòd coram incõpetenti confessio non valet, quod est falsum. ideò non cures de verbis eius: quia nihil in effectu dicit. & fateor me laborasse circa eorum intellectum: quia si præcedente libello confitetur veritatẽ absque dubio, inducitur litis contestatio: quia per narrationẽ & respõsionẽ inducitur litis contestatio, vt dicit text. in l. j. §. ij. de iura. calum. nec

nec dicit tex. negationē, & ad hoc illū allegat Bar. in d. l. vnica. & sic Sali. malè loquitur in illis duobus casibus, sed in primo bene loquitur, quia ita dicit gl. & melius & clarius Bar. in d. l. vna. in fi. C. de li. cō. quia bene potest quis cōfiteri cum animo ꝙ procedatur ad diffinitiuā: quia interest sua, propter stipulationēde euictione. ergo tā in illo quā in aliis duobus casib⁹ tene opi. Bar. Ang. & Innoc. quòd si iurisdictio est prorogabilis, valet confessio coram incompetenti, quēadmodum in sententia: quæ etiam fuit opi. Ioan. And. & Federic.

11 † Vnum tene mēti, quòd licet confessio clerici non valet, vt ex ea possit damnari, nec habetur pro iudicato, tamen erit

e tantæ efficaciæ[c] quod clericus tractus coram iudice suo, poterit compelli ad confitendum, quæ confessus fuit coram non suo iudice. Ang. in l. j. ff. de cōfes. refert Innoc. sic tenere in c. per inquisionē. de elect. verba Innoc. sunt hæc: respondeo d. c. at si clerici. dicimus quòd confessio coram seculari iudice non sufficit: vt episcopus condēnet eum; sed vocatus ab episcopo requiritur de crimine, quod confessus est coram seculari iudice: & si vellet variare non admitteretur, nisi probet quòd in alio casu intelligatur confessio sua fundamentum Innoc. est l. generaliter. C. de non nu. pec. quod est singulare verbum multum extendens & limitans. d. cap. at si clerici, bene faciunt verba d. l. generaliter ibi, cū suis confessionibus acquiescere debeat. & ibi nimis enim indignum esse iudicamus, vt quod sua quisq; voce dilucidè protestatus est, id in eundem casum infirmare, testimonioq; proprio resistere. verba magni pōderis sunt, aliud dicebat Ang. in d. l. j. quod Innoc. in c. cùm dilectus. de succe. ab intest. dixit, quòd si clericus post confessionem factam coram incōpetenti decessit, ita quòd cōpelli non posset ad persistendum in ea, vt supra dictū est, quòd virtute dictæ confessionis poterit sententia ferri contra hęredem suum, quod Ang. reprobat: quia ex quo confessio non fuit sufficiens ad condemnandum defunctum, nec hæredem, per glo. in l. iubemus. C. de libe. cau. certè Ang. inaduertenter fuit loquutus, quia Innoc. non dicit illud ad quod allegatur per Ang. imò

12 contrarium. † Limita tertiò istū tex. nisi confessio sit erronea, siue cōfessio fiat ad toti⁹ litis decisionē siue partis. hoc clarè probatur in l. nō fatetur. ff. de conf. iuncta l. j. est casus in l. cùm fideicom. quæ est penultima. eodem titu. ita dicit

Bartol. in dicta l. non fatetur. ij. col. & dicit expressè Bart. ibi, sic debere limitari hanc legem, quæ dicit confessum haberi pro iudicato in confessione non erronea: quia si est erronea potest reuocari: vnde concludit ꝙ si speratur sententia potest reuocare errorem ante sententiam, si non speratur, potest reuocare ante executionem, & an post præceptum nisi antequàm fieret præceptum esset datus terminus ad ostendendum, quare cõ fessio non debeat exequi, qui tunc esset idem quod in sententia. Hæc fuit intentio Bar. in d.l. non fatetur: & sic dicit debere intelligi & limitari hanc l. quæ multum his videbatur obstare, cùm confessio habeat vim rei iudicatæ, & post rem iudicatam nõ potest errorem reuocare. l. error. de iur. & fa. igno. Quod intellige modo supra dicto. & certè Bar. loquitur singulariter & copiosè hanc conclusionem, & quasi per eadem verba tenet Bart. in l. error. versic. tertio modo potest intelligi. C. de iuris & fa. igno. & addit quod eodem modo erit iudicandum in con fessionibus appositis in instru mentis guarentigiatis, quæ fiunt per Thusciam, vbi notarius ex autoritate sibi cõcessa facit præceptum in cõfessum: quia talis confessio habetur tanquam facta in iudicio, & eodem modo venit reuocanda sicut aliæ confessiones in iudicio factæ, & quia est longa materia quando error potest reuocari in cõfessione, & quomodo & quando præsumatur: vide Bald. in d.l. error. & in l. cùm precum. C. de libe. cau. & Bar. & Ang. in d.l. non fatetur. & Alex. ibi faciens copiosas re missiones. & in l. vnica. C. de

13 confe. Limita† tertiò, vbi cõfes sio continet incertum: quia tunc non mandatur executioni. Casus est in l. certum. in prin. ff. de confe. per gl. in d.l. vnica. ponit glo. ibi exẽplum. Confitetur hæres Stichum vel Pamphilum relictum, cogitur certificare. facit gl. in l. si confessus. ff. de cust. reo. ibi. (cum dubia est vindicta) ex qua dicit Ang. ibi esse diligenter not. ꝙ vbicunque ex forma confessio nis, non apparet quid quantúnq; debeatur exemplũ, cùm pœna est arbitraria. Item in ci uili cùm quis confitetur se seruum percussisse, nec cõstat de quantitate dãni: vel cùm quis cõfitetur se debitorem ex administratione tutelæ, & non dicit de quanto, non habetur pro condemnato: & hæc sunt verba Ang. prolata inconsideratè ductus fragili fundamento: nam vbi est omnimoda incertitudo, puta in alternatiuis vt gloss. ponit exemplum,

plum, bene dicit: sed in aliis exemplis ab eo positis, non dicit verum. l. de confitête se debitorem ex administratione tutelæ & de confitente se dãnum dedisse. Itẽ in actione nego. gesto. & similibus: nam dico, quòd in istis & omnibus aliis in quibus valet sententia incerta, valet confessio incerta, & habetur pro condemnato, & quantitas liquidabitur in executione. ita reperio tenere Bart. in d. l. vnica. C. de confe. in iij. col. in iij. opposit. vbi Bart. dicit quòd in omnibus casibus in quibus valet sententia incerta, in illis valet confessio incerta: quia æquiparantur, & eodem modo meretur executionem cõfessio incerta, sicut sententia incerta, & in executione declarabitur, & f licet Bar. non alleget hoc expressè dicit glo. in d. l. certum. in glos. j. quare enim si confiteris negotia mea gessisse decẽ annis, vel te hæredem esse Titij, & me possidere hæreditatem & similia, quare nõ valebit? idem Bart. in l. ij. C. de sent. quę sine cer. quã. ponit eadem et exempla quæ Ange. posuit, de quibus supra, puta in actione tutelæ, in actione negotiorum gesto. & in peti. hæred. & similibus. in quibus dicit quòd valet petitio incerta & sententia incerta, & in executione certificabitur, vt dicit glo. in d. l. ij. & in l. j. in glo magna. ff. de eden. Innoc. in c. conquerente. in glo. penul. de offic. ordi. & expressè loquitur Bart. in confessione adhuc non facta in iudicio: sed in instrumentis guarentigiatis, dicit enim Bart. eleganter in d. l. ij. quòd effectus sententiæ incertæ erit, quòd habebit paratam executionem facta liquidatione. hoc modo actor petit executioni mandari sententiã, in qua talis est condemnatus ad indẽnitatem pręstandam: & ad probandum quòd sit damnificatus, faciet incontinenti articulos, nec est necessaria libelli oblatio, nec litis contestatio: sed procederetur summariè secũdum formam. l. à diuo pio. §. si super rebus. ff. de re iud. Idem dicit in similibus. & hanc dicit esse practicam in illis partibus vbi instrumenta quę sunt confessionata seu guarentigiata merẽtur executionem sicut sententia: quia si est aliquod instrumentum non liquidum, peto executionem summariè, & facio articulos ad id probãdum, & sic concludit confessionem habere executionem paratam, etiam si non sit certa: sed in eius executione posset declarari. & sic inaduertẽter locutus est Ang. de hoc vltima dicam infra latius in commento l. regni. Vltimò co-

ram quo posset peti executio confessionis, & si coram vno iudice fuit facta confessio, coram alio potest executio eius peti. Bart. in d. l. vnica dicit ꝙ seruetur distinctio prout in sententia. & in idē videtur inclinare Salic. & Cyn. in d. l. fi. verbis, de quo vide latè Bart. Imo. & Ang. & latissimè Alex. in l. à diuo pio. in §. sententiam. ff. de re iud. & dixi latius in commento l. regni. in illa quæstione, per quem iudicem instrumenta guarentigia mādabuntur executioni. Habes igitur ex hac lege tria, quæ habēt executionem paratam. s. sententia, confessio solennis facta in iudicio, iusiurandum voluntarium vel iudiciale.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum per hæredem ostensum iudici, quando habeat executionem paratam.*

1 ADde quartum, scilicet, testamentum non rasum, nec vitiosum ostensum iudici per hæredem habet executionem paratam, quia nec requiritur libellus: imò summariè hæres ostendendo testamentum, potest petere executionem testamenti, petendo se mitti in possessionem ex edicto diui Adriani, quæ executio causatur respectu cuiusdā notorij seu liquidi, quod fit iudici ex testamēti ostēsione: & sic quo ad hoc, vt nō detur libellus & procedatur summariè testamentū habet executionem paratā. hoc probatur in l. quāuis. C. de edi. diui Adr. & in l. fi eiusdem tit. ibi. (competenti iudici testamentum ostenderit) & ad hoc ponderat ibi illū Bar. in vj. q. in versi. extra glo. in illa quęstione, si in dicto remedio requiritur libellus. de quo meminit ibi Alexan. in j. col idem tenet ibi Bald. in iiij. col. in ij. not. dicens, nota ꝙ instrumentum testamenti habet hoc priuilegiū, quod meretur executionem ex sola inspectione quo ad missionē ex hoc edicto, vbi nemo comparet ad contradicendum: quia postquàm comparet legitimus cōtradictor, seruatur via ordinaria secundum formam d. l. Ad hoc etiam commendat illum tex. Alexan in l. ait prætor. in §. si iudex. ff. de re iud. in ij. addit. referens Bar. & Bald. idem Alex. in l. si cùm dotem. §. eo autem tempore. in iiij. col. ff. solut. matri. idem Ang. in l. cùm antea. C. de arbit.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum depositi, an habeat executionem paratam.*

ADDITIO.

a *Adde tamen singulariter Bal. in consi. ccclxxxiiij. in j. vol. consi. in fi. inter alia dicentem: vbi non apparet de numeratione depositi, sed tantū de cōfessione depositarij: non habēt locū leges dicētes depositum esse*

esse priuilegiatum: & adde Ias. in l. j. C. de eden. in iiij. not.

b *Adde quòd eandem sententiam Bar. contra alios sequitur doct. de Seg. in l. si ex legati causa. ff. de verb. oblig. chart. cj. col. iiij. versi. alius & secundus casus.*

1 ADde † quintum,[a] quòd in-
a strumentum depositi habet executionem paratam sicut res iudicata secũdum Bar. in l. penult. C. deposi. qui ponderat ad hoc illum tex. & probatur ibi (illico reddere & omnibus modis compellatur) & ibi, (quàm celerrimè) & probatur in aliis verbis eiusdem legis: quia non compelleretur illico si condemnatio debe ret præcedere antequàm perueniretur ad compulsionem, secundum Bar. quod est verum quo ad ordinem iudiciorum. b
probatio tamen debet esse plenaria, secundum eum superuenerunt Bald. & Salic. dicentes contrarium: imò, quòd etiam 2
in deposito libellus debet dari & via ordinaria debet procedi, sicut in cæteris causis. ambo mouentur ex eodem fundamento. Primò quia nulla lege contrarium cauetur. Secundò quia Innocen. in cap. penult. de accusatio. dicit, quòd per talia verba posita in d. l. si quis. in literis apostolicis nil debet prætermitti de solennitatibus iudiciariis. Itẽ quia si procederetur executiuè non infamaret, vt in l. qui depositũ. quia executio non est famosa. Ad d. l. si quis. respondent, primò ex dictis Inno. vel quia loquitur in confitente depositũ: sed exceptiones aliquas opponit, quas d. l. non admittit. addit Sali. quod glo. in l. iudicis. C. de iudic. non numerat istũ casum Alex. Imo. in d. l. si. simpliciter refert & sequitur Bar. idẽ in apostillis, in d. l. si quis certè. Bar. nõ immeritò tenuit prædictam cõclusionẽ, cùm in multis verbis d. l. probetur. primò ibi (reddere illico modis omnibus compellatur) & ibi (quàm celerrimè sine aliquo obstaculo restituantur) & ibi (prima fronte restituãtur) & ibi (quàm citius recuperare) per quæ verba satis eius opinio videtur fundata. b Et illã sequor, primò ex eius fundamentis, quæ sunt satis efficacia, quibus Bald. nec Salic. respondent. † Mouetur Bar. per verba d. l. maximam celeritatem importãtia. s. illicò, quàm celerrimè, quã citius. quæ verba significãt summariã cognitionẽ abstractã à iudiciorũ ordine facit quod glo. dicit in l. momẽtaneę. C. vnde vi. vbi gl. dicit mox. i. sine solennitate, sine dilatione sine libello, & ibi Bar. dicit ꝙ per illa verba intelligitur, ꝙ debeat procedi summatim reiecta qualibet exceptione, quæ altiorem inda-

ginẽ requireret. à fortiori ergo in nostro casu vbi ponũtur plurima verba celeritatẽ designãtia Mouetur secundò per verba illius l. quę sonãt in cõpulsionẽ dum dicit modis omnibus compellatur. nõ ergo cõpelleretur illico si deberet pręcedere condemnatio antequã perueniretur ad cõpulsionẽ, vt in auth. de incestis nup. colla. ij §. j tertio & hoc magis vrget illa lex. remouet omnes exceptiones, q̃ altiorem indaginẽ requirunt. Reseruat eas in ordinario iudicio non vult illas admitti in concursu actionis depositi, nec impedire ei⁹ restitutionẽ. ergo. Preterea Andr. Sicu. in c. bona fides. de depo. sequitur Bart. in iij. col. mouetur primò ex gl. l. fi. C. de iudi. quæ exponit illico. i. infra triduũ & l. ab eo. C. quo. & q. iu. exponit x. dierũ, & verbũ omnibus modis importat ipso iure, vt dicit gl. no. in §. sancimus in authẽ. vt defun. seu fun. eo. in parte, omnibus modis. & verbũ cõpellatur & l. meminerint. q̃ dicit quod nõ admittatur exceptio: sed subtiliter considerata illa lex probat oppositum, si in d. l. si quis, non esset aliud verbũ nisi illico, quia ibi ordinariè ꝓceditur, & sic residet esse casum vnicũ in d. l. si quis. quod instrumentũ depositi habeat executionem paratã: sufficit enim quod declaretur depositum. Restat respõdere Bal. fundamẽtis & Salice. quæ obmisit Andr. Sicu. Ad primũ dicunt quòd nõ est lex, quę hoc dicat: quia hoc negatur cũ dict. l. si quis. hoc disponat, vt ex eius verbis cõstat. de quibus supra, ad dictum Innoc. in capit. pen. de accusa. respondeo, quòd in rescripto non fuerunt apposita verba dicta l. si quis. solũmodo ibi Innocen. loquitur quando papa committit negotium simpliciter: & de plano sine strepitu & figura iudicij, de quibus Bar. in extrauagãti ad reprimẽdã, quæ verba sunt multum diuersa à verbis d. l. si quis. alia fundamenta sunt leuia. Quapropter tenet Barto. quem etiã sequitur An. in l. si deposita. C. depositi, vt refert Alexand. in di. l. si quis. tenuit etiã Mate. in suis notabi. maximè quia vt fatetur Bart. quo ad probationẽ non est priuilegiatũ. Si ergo plenè est probandum, non est magnum priuilegium quod conceditur deposito. maximè quia ipse Salice. confitetur quòd di. l. haberet locum si pars aduersa confiteretur depositũ. Hanc opinio. Barto. refert & sequitur Alex. in l. ait pretor in §. si iudex in prima addi. ad finẽ. ff. de re iudi. & in l. si cum dotẽ in §. eo autẽ tempore iiij. col. ff. sol. mat.

SVMMARIVM.

1 *Legatum vel fideicōmissum quod quis petit vigore testamenti an habeat executionem paratam cū nume. sequenti.*

6 *Distinctio & opinio authoris.*

ADDITIO.

a *Adde docto. Didacū de Seg. rep. l. si ex legati causa. ff. de ver. obli. charta excvij. in vol. repe. vbi dicit quòd legatarius quintæ partis bonorum demonstrato testamento iudici sine aliquo q. vitio, iudex mandabit voluntatem testatoris executioni per illum §. illud quod dicit esse notandum.*

1 Sextus casus est,† quando petitur legatum vel fidei commissum vigore testamēti: nā nō est necesse petere hæredē condēnari per sententiam diffinitiuā: sed tantūmodo, quod fiat sibi præceptū de soluēdo.
a ita dicit not. Ange.[a] in auth. de hære. & fal. §. illud quoque per illū tex. quod dicit esse notandū & esse speciale in legatis & fideicōmissis, quæ ex testamento petuntur: nā in aliis debitis, quæ debentur vigore aliorū instrumentorū, necesse est quod fiat cōclusio, vt debitor per sententiā diffinitiuam cōdēnetur, quia non potest incipi à præcepto licèt instrumētum sit cōfessionatū per l. minorē xxv. annis cui fideicommissum. ff. de mino. si instrumentū esset cōfessionatū corā iudice vel notario habēte authoritatem à lege vel statuto aliud esset de quo infra plures ex his casus collegit Alexā. in l. fi. j. col. C. de edi. di. Ad. & in l. ait p̄tor in §. si iudex. ff. de re iudi. & in l. si cum dotē. in §. eo. autē tempore iij. colum. ff. sol. matri.
2 †Aduertas, quòd cōtra dictū Ang. videtur facere text. in l. ait prætor in §. si iudex de re iudi. vbi agebatur super testamento & tamē ibi requirit tex. sententiam: nam ibi est casus, quòd fortè alicui erat relictū aliquod fideicommissum, qui agebat cōtra hæredem, vt sibi restitueret, dicit tex. quod valet talis sentētia, si iudex cōdēnet hæredem, vt quod habet ex testamēto Mæuij restitueret Titio, cui fideicōmissum erat relictū. & Ang. ibi ponderat illū text. qui expressè loquitur in instrumento testamenti in scriptis ibi (quod habet ex testamēto vel codicillis) & ibi (qui testamēto vel codicillis relicta est) iuncto fine ibi (sed & si fideicommissum sine scriptura) vnde dicit ibi esse casum, quòd statuta disponētia, quod instrumēta publica mandentur executioni, sunt cōtra illum tex. sed cū ibi loquit̄ in scriptura testamēti: ergo & sic videtur quod iste tex. contrarium disponat eius quod Ang. dixit in d. authē. in §. illud. Ioan. de Imol. transit ibi cū Ang. simpliciter.
3 †Post-

ea reperi Alex. Imo. tetigisse hanc difficultatẽ in d. §. si iudex in ij. addi. & soluit duob⁹ modis. Primo quod duplex via potest competere legatario ad consequẽda relicta in testamento: vna ordinaria. & de hac loquitur d. §. si iudex. alia executiua & de hac loquitur d §. illud. Soluit secũdo quod d. §. illud. loquitur quo ad prçceptũ iudicis habẽs vim monitionis factç hæredi ad effectũ, ꝙ hæres incurrat pœnã priuationis de qua in d. authen. hoc amplius. C. de fideic. sed idem Alex. in d. l. si cum dotem. §. eo autem tempore in iiij. col. cõmemorat hoc dictum Ang. & dicit esse mirabile: sed ꝙ non putat verum adducit in fundamentum d. §. si iudex. & quç ibi Ang. dicit, cum hoc residet Alex.
4 † Ego dico ꝙ vltra eos glo. videtur sentire contrariũ eius quod Ange. dicit in d. §. illud in glo. super parte quæstionis vbi glo. dicit, ꝙ vbi agitur pro legato, vel fideicõmisso generali vel speciali debet finiri infra annum, vt ibi tex. dicit quòd annus currit à tempore li. cõtest. ergo si ann⁹ currit à tẽpore li. cõtest. nõ videt̃, quòd procedatur via executiua. Itẽ quia ex quo datur annus ad litẽ finiendã, & requiritur litis cõtest. videtur quòd non procedatur via executiua.

Ego considero, quòd quantũ ad cõstituendũ hæredẽ in mora ad hoc, vt ex tũc currat annus qui ei datur ad implendã voluntatem defuncti & soluẽda relicta in testamento, sufficit præceptum ei factũ per iudicem, vt soluat. & sic intellitur tex. in d. §. illud. ibi (initiũ autẽ anno damus sicut prius iam diximus ad admonitionẽ & ex iudiciali decreto facto) sic intelligitur glo. ibi super parte decreto. per quam se fundat Ang. qui dicit per quandã interlocutoriam, quam ei facit iudex præcipiẽdo ei, vt soluat & reuera iste est intellectus di. §. illud. & glo. & quòd hoc sit verũ probatur ex alio text. consimili ad quem se refert dictus §. illud. scilicet in § si quis autem non implens. ibi (ex decreto iudicis admonitus annum totum protraxerit, nec agens hoc quod præceptum est) & ibi glo super parte decreto. dicit idem quod dixerat in di. §. illud. & dictus §. si quis autem. est in corpore eiusdem authen. & sic modicũ faciunt illa iura, nec glo. ad id ad quod allegatur ab Ang. scilicet ꝙ legatarius posset virtute testamenti petere executionem cõtra hæredem ad legata. Item quia Bald. in auth. hoc amplius in iiij. colũ. C. de fideic. tenet quòd etiam in dic. edicto monitorio requiritur libell⁹ si quis specialiter ageret:

ret:sed si episcop' ex officio facit generalem monitionē hæredi vt obseruet testamētum, non est necessarius libellus: & ita debet intelligi quod notat Specu.de instru.edi.§. nūc verò aliqua.versu. quæritur autem qualiter cum sequen. Item quia re vera Ang.in di. §.illud.nō dicit illud ad quod allegatur per Alexā.nam ipse Alex.in dic.§.si iudex.& in d. l.fin.dicit quod in executione instrumenti vltimæ volūtatis fallit regula dict.§.imo habebit executionē paratam quia Ange.hoc nō dicit:solū enim dicit ꝙ in forma concludendi non requiritur, quòd legatarius seu fideicōmissarius petat hæredē condēnari vigore testamenti per sententiam diffinitiuam:sed sufficit,quòd petant tantūmodo quòd fiat sibi præceptum de soluendo: sed certè magna est differētia inter illud quod Ange. dicit & illud ad quod ab Alex.allegatur.

5 †Et hoc etiam reperio tenere Ange.in loco satis peregrino in l.cum antea.C.de arbi. dicentem quòd nulla alia scriptura habet viam executiuam etiam si sit testamētaria. allegat dict.l.minor.sed melius allegasset dic.l.ait prætor in §.si iudex.Prȩterea in libro nouellarū expressè habetur,ꝙ ille annus nō currit nisi à tēpore quo pronūciatū est legatum esse præstandū.ita d.glo. in d.auth.hoc amplius.ergo videtur ꝙ necesse est ferri sententiā,ergo nō habet executionē paratā:intantū quod si lata est sententia in cōtradictorio iudicio pendente tēpore appellandi vel appellationis interpositæ non currit annus,quia dictus annus concernit executionem quæ prohibetur interim l. ij. de vsu. rei iudic. ita inquit Bald.in dicta auth. hoc amplius ij.colum. ex quo apparet,quòd ille annus appositus ad executionem non currit nisi postquā determinatū est per sententiam transactam in rem iudicatam legatū esse prȩstandū.

6 † Ex prædictis infero,quod si hæres confitetur de plano testamentū,& tūc fit ei iussus siue præceptū,vt soluat legatum vel fideicommissum: & tunc habebit executionem paratā & fiet præceptum secūdum dispositionē l. si debitori de iudi.alias si erat disceptatio iudicialis & tūc requiritur sententia.& sic verificabitur id quod in libro nouellarū continetur non dico hoc ex capite, imo adduco Bal.in autorem & testem qui hoc expressè tenet in d.authē. hoc amplius.in ij.col.ij.oppo. versi.vel dic ꝙ aut erat disceptatio: & ista addere poteris immortali viro do.Alexā.quē latuit hæc doctrina.

SVMMARIVM.

1 *An instrumentũ quodcunque habeat executionem paratam contra debitores fiscales & quando.*

1 Addas aliũ † casum cõtra fiscales debitores quodcunq; instrumentũ habet executionẽ paratam, & cõtra eos proceditur executiuẽ. Iste est casus singu. in l. missi opinatores. C. de exactio. tribu. libr. x. ad hoc commẽdatur per Bal. in l. j. C. de condict. ex l. & per Sali. ibi facit tex. in §. coges in authen. de mãda. princi. & per d. l. missi. dicit Bald. in l. j. in iiij. col. C. de heredi. vel actio. vendi. quòd in actionibus fiscalibus proceditur de facto. Itẽ incarcerando personas debitoris. l. sacrilegij. C. ad l. Iuli. pecu.
2 † Quod limita duobus modis. Primo si debitum sit liquidum per confessionem vel in eo in quo nõ cadit probabilis negatio, vt in tributis, vt in d. §. coges. Bal. in dict. l. j. C. de cond. ex lege. idem ibi Sali. ad literam authoritate Bal. suppressa.
3 † Limita secundo nisi ageretur contra debitorẽ sui debitoris, vnde quo ad debitorem sui debitoris requiritur ordinarius processus proposita cõditione ex d. l. j. Bal. ibi & Sali. & ibi probat tex. intellige quãdo negat debitũ: secus si confitetur text. & ibi gloss. in l. à diuo pio. in §. sic quoq;. ff. de re iud. & ibi notãter Ange. & Imo. & singulariter Alexan. quando & quomodo habeat locum executio in nominibus debitoris sic residet genitor meus.
4 † Tu adde gloss. circa prædicta in l. fin. §. super publicis. [illegible] vbi quis decurio vel cohar. & est gloss. fin. quã Ange. ibi dicit singularem ad hoc, quòd si pro debito publico aut publicis functionibus quis vexatur, quòd non potest ferri sententia in hac lite: nisi lite contestata. Requirit ergo causa cõtestationem, quæ agitatur cum fisco sicut si agitaretur inter duos priuatos, pro quo facit secundũ Ange. C. de iure fisc. lib. x. l. prohibitũ. & hoc intelligit verũ dicit Ang. quando dubitatur an aliquis sit debitor. vbi vero de debito est certũ, executio tunc fit celeriter. l. publicas. C. de feriis. & di. l. missi. hæc Ang. & sic cõcordat cum Bald. in d. l. j. C. de condi. ex lege.

SVMMARIVM.

1 *Sententia arbitratoris an habeat executionem paratam.*

ADDITIO.

a *Adde hodie fin. legẽ in compilatione legum de Madrid: & est lex fina. de qua meminit autor in §. sequen. circa cuius declarationem vi. hodie pragmaticam Toleti anno domini 1539. in petitio. viij.*

1 EST † alius[a] casus in sententia arbitratoris, quæ habet executionẽ paratam sicut sentenª

ſententia lata à iudice ordinario, ſi emologatur per trãſcurſum x. dierũ vel expreſsè partes cõſentiant. Iſta eſt lex valde not. in iij. parti. tit. iiij. (de los juezes y de las coſas q̃ deuen hazer) l. fina. incipit (deſpagan ſe) vbi mandat iudicibus ordinariis, quod illam exequãtur de iure communi. Bart. tenet quòd non meretur executionem in l. ſocietatem. in §. arbitrorum. in iiij. col. ff. pro ſo. etiam ſi cõpromiſſum fuiſſet iuratum: imò agẽdũ eſt ex ſtipulatione propoſita vel contractu præambulo, cùm arbitramentum implet contractum: & ſic ex cõtractu oritur actio, vt in d. §. arbitrorum. & in l. fi. C. de contra. empt. & in l. ſi quis arbitratu. ff. de verbo. oblig. Item licet ſit iuratũ nõ poteſt oriri actio in factũ: nã ex iuramento nõ oritur actio, quando non eſt deciſorium litis. l. iuſiurandũ quod ex conuentione. ff. de iureiuran. ſed iuramentum quod apponitur in compromiſſo eſt ad cõtractus confirmationem, meritò actionem non producit, & ſic non debet incõtinenti exequi l. nimis properè. de exe. rei iudi. l. ſi cùm nulla. ff. eod. Item quia arbitramentum nõ emologatur curſu x. dierum: quia lex cùm antea loquitur in arbitro non in arbitratore ſecundum Innocen. in c. quintauallis.

2 † Dicit tamen Barto. quòd per ſtatuta terrarũ prouidetur, quòd arbitramenta mandentur executioni. hæc Bart. in d. §. arbitrorum. idem tenet in l. fin. in fina. verbis. ff. de bon. poſſ. ſecundum tabu. hoc ſentit in l. j. ff. de arbit. in fina. verbis. ſemper ſe remittens ad dicta per eum in d. §. arbitrorum. idem ſentit Bal. in l. ij. ff. de arbit. quia ſecundum eum ſententia arbitratoris non emologatur tacitè l. fin. C. de contrahen. empt. l. ij. C. de reſcin. vend. Spec. de arb. in §. ſequitur ſententia arbitri emologatur vt in l. cùm antea. C. de arbit. & ibi eſt caſus not. quòd ſicut ſententiæ latæ per iudicem poteſt peti executio, ita etiam ex ſententia lata per arbitrum: vnde non via ordinaria: ſed executiua agendũ eſt, quod eſt notandum ſecundum Ange. Barto. & alios ibi & coram quo iudice fiat executio. vide quæ dicam infrà in illa quæſtione per quos iudices mandetur executioni inſtrumentum guarentigiũ ſiue habens paratam executionem & de his multa dici poſſent. Sed hodie eſt expeditum, quòd ſententia arbitratoris mandetur executioni: & habet paratam executionem ſicut ſententia lata à iudice ordinario, ſi emologatur per tranſcurſum x. dierum vel expreſsè partes con

consentiant. Hæc est lex valde notabilis in iij. parti. titu. iiij. (de los iuezes y de las cosas que deuen fazer.) l. fi. incipit, (despagan se) vbi mandat iudicibus ordinariis, quòd exequantur dictas sententias.

3 †Adde tamen quòd laudũ Iudæorum absque emologatione tacita vel expressa inconti nẽti mãdatur executioni. tex. est & ibi not. Guliel. de Suza. in l. Iudæi. C. de Iudæis. Alex. in l. cùm antea. C. de arbi. in Apostillis: sed certè text. ille hoc non probat.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio de iudicato soluẽdo pro alio quando habeat executionem paratam.*

2 *Fideiussor iudicatum solui exactus an habeat executionem paratam pro eo quod soluit contra dominum.*

3 *Transactio coram iudice facta an habeat executionem paratam.*

4 *Locator pro rebus illatis an habeat executionem paratam.*

5 *Præceptum Regis an habeat executionem paratam.*

ADDITIO.

a *Adde tex. not. in l. si vindicari. C. de pœnis. & tex. in c. cùm apud. xj. q. iij. & Bar. Capo. in caute. v.*

1 ITem† est alius casus in stipulatione de iudicato soluẽdo pro alio quæ habet executionem paratam cõtra eum licet lata sit contra principalẽ, not. tex. in l. fin. §. fin. C. de vsu rei iudi. & ibi Bar. Bal. & doct. de quo plenè per Bar. in rub. & in l. j ff. iud. sol. Bal. in d. l. fin. intelligit quando esset apposita in iudicio. Idem est si sit pactum de preterito iudicato soluendo, quia habet executionẽ paratã. iste est casus vnicus in l. tale pactum. in §. qui prouocauit. ff. de pact. & Bal. ibi in v. col. versi. quarto sic oppo. dicit nõ esse alibi ad hoc: & quia nudum pactum quo iudicium formatur, mãdatur executioni officio iudicis. l. eũ pro quo. ff. de in ius voc. l. si verò nõ remunerãdi. in §. maurus. ff. mãda. de quo per Bal. in d. § qui prouocauit. vij. col. ix. quęstio.

2 †Ex prædictis infertur alius casus notabilis quòd fideiussor iudicatũ solui, qui exactus est & in eũ facta executio pro domino habet executionem paratam cõtra dominum, nec habet necesse contra eum dare libellum, nec procedere ordinariè in actione mãdati. Ita tenet Bar. in d §. fin. C. de vsu rei iudi. & in l. j. ff. iud. sol. vbi latius examinat de quo ego alibi latius scripsi.

3 ITem† trãsactio facta coram iudice etiã delegato, habet executionẽ paratã. Hoc probat tex. & ibi tenet Vincent. Petrus de Ancha. And. Sicu. in c. si quando. de offic. delega. & licet Innoc. Abb & alij hoc nõ admittant, maximè in delegato:

to: cùm ei hoc nõ fit commissum: & per consequens eius iurisdictio ad hoc se non extendat: tamen Sicu. cõtra eos adducit tex. in c. causámque. de testi. ibi, (concordia vel iustitia mediante decidant:) idem probat tex. in c.j. de mu. peti. ibi, (cõcordia vel iudicio vtraque determinetis.) & in cap. querelam. de simonia. vbi latè per eos (additio) est hodie lex singularis facta in Madrid anno Domini millesimo quingentesimo: quæ lex situata est in pragmaticis, vbi disponitur singulariter quòd omnia quæ in d. l. disponuntur circa executionem sententiæ arbitratoris habeant locum in transactione.

4 ITem † est alius casus in locatore pro rebus illatis & inductis. l. vtiq;. ff. de dam. infe. l. licet. qui. ex cau. pig. taci. cõtra. quod ius exequendi est limitatum, donec bona sunt in domo secundum Barto. in d. l. creditores. x. col. quia si extrahũtur de domo, cessat ius executiuum. l. j. de solut. l. j. C. de saluia. inter. secundum eum.

[a] ESt alius casus [a] si Rex pręcepit alicui facere aliquid præcisè & specificè, puta occidere hominem vel capere aliquem vel deuastare seu demoliri turrim, vel fortalitium adimplere aliquod aliud factum certum dicendo in prouisione quam ei res mittit, faciatis hoc statim quod videritis hãc prouisionem: nam talis charta, seu Regis prouisio habet executionẽ paratam, nec contra eam potest opponi, nisi exceptio falsitatis: vel si esset prouisio mandans executare sententiam, quia potest opponere quod fuit lata per falsos testes. Hæc est lex not. in iij. parti. titu. xviij. l. lij. incipit, (quales chartas deuenser cumplidas sin pleyto.) In ij. lectura edita per genitorem meum super hanc l. in hoc artic. dixit multa & singularia, scilicet quando principi est obediendum, & qua pœna puniatur transgressor mandati principis vel non obediens, & quia sibi accidit de facto in causa propria calamum extendit, nam fuit criminaliter accusatus super morte comitis de Camiña, à quodam eius famulo inaduertenter occisi in quadam magna rixa quæ in hac villa accidit.

SVMMARIVM.

1 *Contra quasi fideiussorem an habeat locum executio.*

2 *Confiscatis bonis filij an confiscatur peculium quasi castrense, & limitatur, nu. 3. & 4.*

5 *Confiscatis bonis filij an veniat in ea confiscatione peculium profectitium & aduentitium filij.*

6 *Quid erit de prædictis peculijs si confi*

confiscentur bona patris: & nu. 7. & 9. & limitatur tripliciter, nume. 10. cum seq.

8 *Donatio causa mortis an confirmetur ad exclusionem fisci si maritus qui donauit fuerit bannitus.*

ADDITIO.

a *Adde quòd illum tex. dicit valde not. Ias. in l. seruum filij, in ij. col. ff. de leg. j. & reputat singu. licet corruptè alle. Ang. de Arc. §. act. vbi. vi. plura remissiuè per Ias nu. 63. cum seq. vi. Iacobinũ in l. iij. §. si filius. ff. quod quisque iuris.*

b *Adde quòd ibidẽ Bar. tetigit an cõfiscatis bonis patris publicetur vsusfructus quẽ pater habet in aduẽtitijs bonis filij ipso vsusfructus patre viuente: & dicit esse dubitabile & super eo reliquit cogitãdũ: dicit tamen se vidisse de facto seruari, quòd talis vsusfructus publicetur: de quo vi. eũdem Bar. in l. si postulauerit §. iubet. ff. ad Trebel. & vide Bal. in c. j §. rursus. de controuersia inuesti. in vsibus feudorũ: vbi quærebat si aliquis mihi cõcessit vsumfructũ in re sua: deinde commisit maleficiũ propter quod est deportatus vel in metallũ damnatus an ego perdam vsumfructum, & respondet quòd non.*

c *Adde aliũ casum hodie per pragmati. de Madrid, anno Domini 1534 in pe. vl. quæ loquitur* en los conoſcimientos reconocidos.

1 POtest † etiam addi alius casus, scilicet, quòd etiam in quasi fideiussore habet locum executio, & pater dicitur quasi fideiussor, vnde filio ciuiliter condemnato fit executio contra patrẽ, quia ex ipso iudicio agitato cum filio, obligatur si filius fuit in iudicio patre consentiẽte: & hoc quo ad executionem fiendã contra patrẽ in peculio profectitio, & in vsufructu aduẽtitio: nã talis vsusfructus redigitur ad instar peculij profectitij: ista est gl. valde sing. & perpetuò menti tenenda in l. si condemnatus. ff. de noxa. quæ non est alibi secũdum Bal. in l. fi. in §. & cùm antiquitas. in ij. col. C. de vsu. rei iudi. Additio.

2 † Hic genitor meus pulchrè & copiosè in secũda lectura tractauit an confiscatis bonis filij cõfiscentur bona profectitia vel aduẽtitia, & quid de castrensibus? & inueni duo folia in quibus sic erat scriptũ. Nihilominus tene opin. Bar. in d. §. si de vectigalibus. quæ in veritate nõ est opinio, sed l. dispositio, scilicet quòd tam olim quàm hodie publicatis bonis filij non confiscabitur peculiũ castrẽse, est casus in d. l. si filius.[a] C. de bon. dam. & opinionẽ Bar. tenet gl. in l. j. ff. de bon. dam. in gl. magna quam ibi approbat Bar. & cum Bar. concordat Io. And. in ti. de accu. in iij. parte. in §. fi. in addit. incip. vt infra certũ tẽpus prope mediũ illius additionis per d. l. si filius. idẽ tenet Guliel. de Cu. in l. iij. in §. sed

§.sed an hoc auxiliũ.ff.de mino.idem Bal.in l.si filius.ff. de his qui sunt sui vel ali.iur. vbi dicit.q aliqui dixerũt quod d. l.filius.esset correcta,sed dicit ipse quod nõ rectè cõsideraue-runt hanc opi.Bar.contra An. tenet Ioã.de Imo. in d.§. si de vectigalibus.mouetur:quia d. l.si filius.non inuenitur correcta:ergo illi standũ est l.praeci pimus.C.de appel. Item ratio Ang.videtur friuola secũdum eum, quia nõ videtur absonũ quòd dãnato filiofamil.publicetur cùm hoc expressè tolere tur & permittatur per d.l.si filius. nec sequitur filiusfa. potest hodie habere hæredẽ, ergo publicabitur:nã in aduẽtitio habet hęredẽ tamen nõ publicatur vt infrà dicetur: & licet pinguius ius habet in castrensi quam in aduentitio:tamen nõ videtur subesse ratio: quare nuda proprietas remanente vsufructu patri nõ deberet publicari.sed publicaretur castrẽse. Alia subdit fundamẽta quæ breuitatis causa omitto.hãc opi. sequitur Cin. Bal. & Sal.plenius in d.l.si filius.& ibi respondent copiosè ad dictũ fundamentũ, scilicet quòd hodie habet hæredem: dicunt enim non obstare si dicatur confiscatis bonis alicuius omnia eius bona confiscantur,sed peculium castrense est filij:ergo,&c. Respondent verum esse,quòd debent publicari bona quæ ad delinquentem pertinent de iure communi, secus in eo quòd ad eum pertinet de iure speciali: vt est castrense peculium quòd habet miles.& hoc etiam in effectu tenet Ange.in dicta l. si filius. cum Barto. transit Imo. in l. cùm filius.in prin.ff.de verbo. obligatio.cum eo etiam trãsit Alexan.in d.§. si de vectigalibus.xxiiij.col.,vbi multipliciter respondet ad fundamenta tenentium contrarium: & sic tenebis menti dictam doctrinam,quòd bonis filij confiscatis non confiscatur peculium castrense.

3 †Hoc intellige nisi esset talis sententia, quæ non adimeret statum sed bona,vel quantitatem aliquam: tunc enim pater non posset impedire executionem fiscalem in bonis filij, cùm non habeatur pro mortuo:ita dicit Bal.in d. l.si filius.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.quem valde laudat Alexan.in d. §. si de vectigalibus.in xxiiij.col. dicit se ab alio hoc non reperire scriptum & esse diligentissimè & singulariter notandum pro limitatione d.l.iij.C. de bonis dam.

4 †Adde etiam aliam limitationem ad istam legẽ iij. quia illa intelligitur, quando bona filij propter delictũ sunt confiscata: sed si sententia criminalis lata esset cõtra filiũ,propter

pter quam cōdembatus esset in certa quātitate, an tunc contra patrē in peculio posset ad præiudicium patris fieri executio dictæ sententiæ Bart. in d. §. si de vectigalibus. tenet ꝙ sic per l. iij. §. idē scribit. ff de pe. vbi lata sentētia cōtra filiū mādatur executioni cōtra patrem in peculio, quāuis actio vel obligatio ipsa principalis super qua lata erat sententia esset talis, quæ non potuisset intētari cōtra patrē de peculio. putà ex causa delicti, seu ex causa pœnali iuxta l. ex pœnalibus ff. de re. iuris. idē Roma. ibi, & in d. l. si filio. ff. sol. mat. Bal. in l. reos. vij. colū. C. de accusa. tenet contra, imò ꝙ ad prӕiudicium patris nō posset per l. iij. §. sed vtrum. ff. de minor. ad finem in versic. nec eo mouetur etiam. Bald. per l. si filio la ij. ff. solu. matrimo. & per l. iij. in §. si filius. ff. quod quisq; iuris. Alex. in d. §. sequitur opin. Bar. & dicit illam procedere, tam in peculio profectitio, quàm in aduentitio si eius erat concessa administratio per patrem filio, vt ibi not. Bart. nam si non esset concessa administratio aduentitiorum: tūc quo ad proprietatē filij fiet executio dictę sententiæ criminalis, non quo ad vsumfructum patris: quia factum filij nō debet nocere patri: vt dictū est in ciuilibus secūdum Alex. in d. l. si de vectigalibus. xxx. col. versi. bene puto verum. † Extende etiā d. l. si filius. ad peculiū profectitium & aduētitium in quibus minus dubium est. nam publicatis bonis filij non publicabuntur dicta peculia, nec aduentitium quo ad proprietatem, quæ est filij, ita tenet Bar. in d. §. si de vectigalibus. videtur casus quem ipse allegat in l. iij. in §. sed vtrum. in versic. nec eo mouemur. ff. de minor. quæ loquitur in casu contrario. mouetur etiam per d. l. si filius. quæ loquitur in peculio castrēsi. ergo à fortiori in aliis peculiis, in quibus minus iuris habet. Imol. sequitur Bart. & idem in peculio aduentitio expressè format Bald. in l. iij. in §. si filius. argum. illius tex. ff. quod quisq; iuris. Bald. in l. executorem in vltima charta. in princ. ff. de execu. rei iud. & in d. §. sed vtrūm. Ang. & Imo. in l. si filius. de dam. infe. Idem Alex. in d. §. si de vectigalibus. quia cùm tale peculium non posset per filium alienari. l. fi. §. filius autem, C. de bonis quę libe, ergo nec eius facto in fiscum transire. l. Imperator. in prin. & quod ibi Bart. de fideicom, liber. Idem tenent Bartol. & Bald. in l. si quis in tantam. C. vnde vi. in illa quæstione, vtrum pater teneatur pro delicto filij. Idem tenet

tenet glo. in l. j. ff. de bo. dam. quam ad hoc ponderauit Bar. inquantum loquitur per implicatiuam. etiam vbi gl. dicit, quòd etiam peculium castrense non publicatur: & sic sentit
6 de aliis peculiis. † In casu contrario est fortius. Quid enim si pater commisit delictum, propter quod bona eius sunt publicata: vtrum confiscabitur peculium profectitium: & in eo executabitur sententia? dic quòd non. Iste est casus valdè
b singularis in l. iij. in §. sed b vtrũ. ff. de mino. Idem Bart. in d. §. si de vectigalibus. & ibi Ioan. de Imo. dicit se credere non esse alibi illũ casum. Idem tenet Bart. in d. §. sed vtrum. vbi expressè dicit se nescire alibi illum tex. ad quod publicatis bonis patris non publicabitur peculium profectitium.
7 † In aduentitio nõ est dubium circa proprietatem, cùm sit filij: sed an publicetur vsusfructus patre viuente? dicit Bart. in d. §. sed vtrum. quòd dubitari posset, tamen quòd vidit de facto seruari contrarium argum. l. si postulauerit. ff. de adult. & l. Iul. eod. tit. & l. statius florus. ff de iure fisci. & hoc bene nota, quia quotidianum. Salicet. in l. si quis post hanc. §. sed quid etiam fluctuat: & videtur residere, quòd non publicetur, sed remaneat filio, quanquam bene non se affirmat. vide etiam in dicto §. si quid etiam. in fi. hæc videntur esse de mente Bald. in l. executorem. in x. colum. C. de execut. rei iudic. versic. modo quæro, quid si non est donatio. vbi dicit, quòd si pater donauit filio in peculium, confiscantur bona patris, quod in tanto luctu infelicitatis paternæ, hoc peculium loco alimentorum reseruetur filio, nec illud inuadit fiscus. allegat dictum §. sed vtrum. glo. in l. j. C. qui bon. ced. pos. Gulielm. de Cugn. in l. j. quando actio de peculio est anna. Idem dicit si est donatio simplex facta filio in potestate, siue ob merita condigna, siue filio emancipato in præmium emancipationis: quia nulla istarum confiscatur propter
8 delictum patris. † Ex his infert in eadem colum. in versic. quidam timens. quòd si aliquis timet ne fiscus bona sua inuadat, facit donationem causa mortis vxori suæ: demum imaginato, fecit casum & positus est in bano æris, & personæ. vtrum fiscus posset occupare? concludit ꝙ non. nam cùm iste est bannitus: & per consequens patitur tale exilium, quo maius non reperitur, tanquam morte donatio confirmatur: & ideò vxor potest bona defendere à fisco: dummodo processum esset ad

veram traditionem. tamen si maritus esset forbannitus posset dictam donationem reuocare. Iste est casus vnicus in iure in l. sed si mors. ff. de donatio, inter virum & vxorem. & erit hoc tanti effectus, quòd licet valeat talis reuocatio bona remanebunt ipsius, nec redibunt ad fiscum: quia nõ fuerunt inclusa in cõfiscatione. l. si deportato seruo. ff. de legat. iij. quod est notandum secundum Bal. in d. l. executorem. x. colum. in versic. quidam timens.

9 † Redeundo ad propositum est conclusio vera, quòd confiscatis bonis patris, non confiscatur peculium profectitium: & hanc conclusionem sequitur Bald. in l. j. incipit, cùm & filij. C. qui bon. ced. pos. dicens esse mirabile, quòd si pater est ciuiliter mortuus, fiscus in peculio profectitio non succedit: sed apud filium remanet, vt in d. §. sed vtrum. quod alibi non repetitur secundum eum: quia naturaliter bona patris filio debentur, ídque pater videtur peculium concedendo præuenisse, tradendo argu. l. patrem. ff. de his quæ in frau. credit. Idem tenet Sali. in l. si quis post hãc. §. sed quid etiam. de bo. dam. commmunis est opinio, & casus

10 † de ea. !& Bartol. in l. si filiusfamiliàs. ff. de damno infe. Alex. idem post Bart. & alios in d. §. si de vectigalibus. Quam conclusionem tripliciter limitabis. Primò nisi pater esset damnatus de crimine læsæ maiestatis: quia tunc etiam profectitiũ publicatur. Imol, & Alex. in d. §. si de vectigalibus. versi. Item in quantum vj. in quæst. xx. & xxj. colum. probatur in l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. iunctis his quæ ibi notantur.

11 † Secundò limita nisi esset tale delictum, ex quo patre condemnato efficietur sui iuris filius. nã tunc desinit esse peculium, vt l. fi. C. de inoffic. test. & confiscatur. Casus singularis est secundum eum in l. j. in §. sed si alio. versic. sed & si morte. ff. quando actio de pec. est annalis. aut ex tali sententia filius nõ efficitur sui iuris: & tunc durat peculium, nec debet adimi eius administratio per fiscum. l. deniq;. §. sed vtrum. ff. de mino. l. j. C. de pe. eodem qui liber. me. Hæc est singularis doctrina Bal. in l. diximus. in §. si pater. ff. de excu. tut. cuius sunt verba superius à me relata. hãc limitationẽ reperio sequi Alex. in d. §. si de vectigalibus. xxj. col. sequutus opi. Bal. quæ prius fuit Cy. in l. tria onera. la. ij. ff. de excu. tu. quicquid dixerit Guli. de Cu. in l. j. in §. alienatio. quomodo actio de pec. est anna. & Alex. pũgit ibi contra Ro. infeliciter recitantẽ Bal. & licet Alex. fuit vir

vir famosus & honestè scribens, nec detrahens in quantum potuit doctrinę aliorum. tamē si bene cōsideras, semper alloquitur contra Ro. & quòd deterius est fatetur ei paucum credere. in l. si cùm dotem. §.
12 eo autē tēpore. ff. sol. mat. † Limita tertiò, ꝙ licet nō publice turpeculiū profectitiū: non tamē intelligas, ꝙ remaneat in lucro filij: sed separabitur à bonis patris; & talis separatio fit secundum eum, non vt talis filius lucretur illud, sed vt de eo satisfaciat creditoribus peculiaribus qui prçferuntur fisco. Hæc fuit elegans conclusio Bald. in l. si filius. in fi. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & hūc dicit esse verum intellectū d. §. sed vtrum. Bal. in d. l. executorem. sentit contrarium in quantum dicit dictū peculium reseruari filio loco alimentorū, ergo non ad commodū creditorū: & sic dato ꝙ nō essent creditores peculiares remanebit filio. Sed nunquid sit hoc indistinctè verū? Itē nunquid in hoc peculio creditores paterni præferantur filio? omittā, quia videor longam facere moram extrapropositum. Bal. & Salic. disputant in l. j. C. qui bo. ced. pos. & Alex. in d. §. si de vectigalibus. xxij. col. vers. tertiam addo limitationem. Et supra dicta tene menti quæ in tempore dabunt honorem.

13 Alius casus † est in instrumentis cōfessionatis, vnde dicit hic Pau. de Cast. quòd instrumentum factum extra iudicium cum præcepto notarij de soluendo habet executionem pararam.

Alius casus potest hodie assignari de iure regni nostri, quo disponitur, quòd instrumenta habeant executionem paratam Qua occasione sumpta cùm hoc multum accedat proposito huius legis, eò quòd dicta lex regni disponit, ita habere paratam executionem, sicut sententia: & quia examen d. l. quotidianū, est in omnibus audientiis frequenter occurrens inter manus iudicum & aduocatorum, deliberaui eius commentum pro posse breuiter explicare, cuius l. tenor talis est.



Vchas vezes en el nuestro consejo, y audiēcia; y otros auditorios se ha visto por experiencia, que los deudores deuen mrs, o otras cosas, y que a sus creedores traen en dilaciones por no pagar allegādo excepciones maliciosas, y no verdaderas por dila-

tar la paga: ſobre la qual el ſeñor Rey don Enrrique nueſtro aguelo queriendo proueer a los mercaderes, y a otras perſonas de la ciudad de Seuilla les ouo dado ſu pregmatica ſancion: ſu tenor eſte que ſe ſigue.

Don Enrrique, &c. A los Alcades, &c. Salud y gracia: ſepades que los Cõſules de los Genoueſes, y otros mercaderes ſe me quexaron: y dixeron que ellos venden ſus mercaderias, y fazen ſus cõtractos a chriſtianos y moros, & judios por ciertas quãtias de mrs: que ſe obligauãde les dar, y pagar por ellas a plazos ciertos, y ſo ciertas penas; de lo qual les otorgã cartas, y recaudos ante vos los Alcaldes de la dicha ciudad para que fagades execucion por ellos. Y que los dichos deudores maliciosamẽte por les no pagar las dichas deudas los traen a pleytos y contiendas: allegando que les han hecho pago dellas, o que hã hecho auenẽcia cõ ellos, o pacto, o poſtura de no les demandar, o que gelo han quitado, o allegan otros qualeſquier exceptiones: de que dizen que tienen los teſtigos en otros Reynos, o en Hierusalem non ſeyendo las pagas, o excepciones pueſtas verdaderas: por la qual razõ les fazẽ fazer grãdes coſtas, y ſe aluengã los pleytos. Pidierõ me por merced, que quando algunas perſonas allegaſſen pagas, o excepciones como dicho es contra los tales recaudos no ſe recibieſſen: ſaluo ſi moſtraſſen luego por otra tal eſcriptura o tal aluala: que ſegun derecho deua ſer recibida, o por teſtigos que fueſſen en el Arçobiſpado de Seuilla, o por confeſsion de la parte. Yo viẽdo que me pediã razon y derecho toue lo por bien. Porq̃ vos mãdo, que

que cada que los dichos mercaderes o qualquier otra perſona, o perſonas vos monſtraren carta o otros recaudos ciertos de obligaciones que tengan contra qualeſquier perſonas de las deudas que les deuieren: que las cumplades, y lleguedes a execucion, ſeyendo paſſados los plazos de las pagas: y no ſeyẽdo legitimas las excepciones, y fagades entrega y execuciõ en los dichos deudores, y en ſus bienes por las deudas contenidas en las dichas cartas, y recaudos de obligaciones: y entregueys, y fagays pago a los dichos mercaderes o a quien los ouiere de recaudar por ellos de las dichas ſus deudas; y que non lo dexedes de aſsi fazer y cumplir por paga, o excepcion que los dichos deudores alleguẽ: ſaluo ſi monſtraren luego ſin alongamiento de malicia la paga, o excepcion legitima por otra tal eſcriptura como fuere la dicha deuda, o por aluala, tal como dicho es, o por teſtigos que ſean en el Arçobiſpado de Seuilla, o por confeſsion de la parte, como dicho es. Pero para prouar eſta paga, o excepciõ mi merced es: que nõbren luego los teſtigos quien ſon, y donde ſon, & juren que no trae malicia. Y ſi nombrare los teſtigos aquende los puertos que aya plazo de vn mes para los traer: y ſi allende los puertos por todo el Reyno que aya plazo de dos meſes: y ſi fueren faſta en Roma, o en Paris, o en Hieruſalem que aya plazo de ſeys meſes, pero es nueſtra merced que el que allegare eſta paga, o qualquier otra excepcion: y dixere que los teſtigos tiene fuera del dicho Arçopiſpado ſegun dicho es: que pague luego el dicho mercader, dando fiado-

res el mercader: que si el otro prouare lo que allega: que le torne lo que assi le pagare con el doblo, por pena y nõbre de interesse: y en caso que no lo prouare al dicho termino, que pague en pena otro tanto, como lo que pago: la qual pena sea la mitad para la obra de la yglesia mayor de Seuilla: y la otra mitad para la puente de la dicha ciudad. Dada en Seuilla a xx. de Março de mil y ccc.xcvj.

Y como quiera que la disposiciõ de la dicha pregmatica parece ser prouechosa para abreuiar los pleytos, y euitar las malicias de los deudores, para en la dicha ciudad a quien se estiẽde. Pero por que perece que no prouee cũplidamente a los casos que sobre esto acaescẽ sobre que es necessaria justa disposicion. Porende ordenamos y mandamos, que la dicha pregmatica sea auida, y guardada por la ley general. Y esso mismo aya lugar la disposicion desta ley en la deuda que se deuiere por sentẽcia passada en cosa juzgada: y que el termino en q̃ ha de mostrar la paga el que la allega: en que dize la pregmatica q̃ sea luego: q̃ este luego se entienda de diez dias: y que en todas las clausulas que de por ley general la dicha pregmatica con las cõdiciones suso dichas: y que la pena, la mitad sea para la parte contra quien se diffiriere la causa maliciosa, injustamente: y la otra mitad para el reparo de los muros: y para otras cosas pias, o publicas, donde el juez viere que mas es necessario.

Hæc



HAEC lex situata est in titu. de exceptionib⁹ cōtractuū, quæ facta est in curiis in ciuitate Toleti celebratis per excelsos memoriȩ immortalis principes nostros regem Ferdinandi, & Isabellam eius vxorē Reginā naturalē dignissimam, Anno millesimo quadringentesimo octuagesimo, quorū imperiū omni erit futuro tempore animis linguísque mortaliū duraturū cū de his quasi prophetice apud Maronem legantur hi versus.

Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat.
Aureáque vt perhibent illo sub rege fuere
Secula: sic placido populos in pace regebat.

SVMMARIVM.

1 *Guarentigiæ vocabulum quid significet & importet.*

2 *Si notarius ex priuilegio sit iudex ordinarius an possit facere preceptum in volentem & confitentē.*

4 *Lex ordinamenti commentanda diuiditur & summatur.*

5 *An omne instrumentum, de quo loquitur lex ordina. habeat executionem paratam: etiam si non adiiciatur clausula illa consuetat videlicet dedit potestatem omnibus iudicibus. &c. & numero. 8. cum pluribus sequentibus vsque in finem: & concludit negatiuè.*

6 *Instrumenta de iure communi regulariter non habēt executionem paratam.*

ADDITIO.

a *Adde Alber. de Rosa. & additionem eiusdem in dictionario verbo guarētare, & Brixien. in verbo guarentigia. & doct. Didacū de Se. in re. l. si ex legati causa. ff. de verbo. oblig. char. cij. colum. iij. in volu. repet.*

b *Diuisio & summarium legis v.* de las excepciones *libr. iij. or. superius inserta.*

c *Quæstio notanda quā late examinat author & conclusiue infra nume. 10. tenet esse necessariam adiectionem huius clausulæ vt instrumēta habeāt paratā executionē.*

d *Adde doct. Didacū de Se. in re. l. si ex legati causa. ff. de verb. obl. char. cj. col. iv. versi. iij. differētia allegantem plura.*


e *Adde quòd forte secūdū hanc opinionem sunt intelligēda quæ scribit doctor Didacus de Segu in repe. l. fi. ex lega. causa. ff. de verb. oblig. char. ciij. in versi. iij. infero ad practicā nostri regni vbi multipliciter pōderat verba l. Regiæ & concludit hodie non esse necessariam causam in huiusmodi instrumētis & per cōsequēs cessare dispositionem: l. ij. §. circa. ff. de doli exceptio.*

f *Adde Anto. acanar. in tracta. de executio. instrumentorum in quæstio. xxij. dicentem quòd hæc quæstio habet altiorē indaginem.*

g *Adde quòd hunc intellectum cla-*

re sentit ad hanc l. doct. de Pala. Rub. in repe. rubri. de donat. inter virum & vxor. char. ij. & versi. ex quo infertur.

h *Nota resolutionem authoris.*



Equutus vestigia p̄ceptoris nostri domini Bar. de Saxo Ferrato in eleganter cōmēto per eum edito in extrauaganti ad reprimendum, aliquas hui⁹ legis particulas pro posse explicans commētabor. Et quia hic tractatur de executione instrumentorum: & per scribentes Italicos in diuersis locis p diuersa noīa reperies factā mētionē de instrumētis habētibus paratā executionē, modò illa vocādo Guarētigia, siue guarētigiæ, seu confessio nata more patriæ, ne p terminos ignotos procedamus præ-
1 mittenda sunt aliqua. † Pri-
a mò, quod guarētigiæ [a] est vocabulum Thuscū, & habēs paratā executionem, & in Thuscia vocatur instrumētū guarantigiæ illud instrumentum liquidū, in quo notarius qui scripsit instrumentū facit præceptum de soluendo authoritate legis municipalis, quæ habet apud eos, q̄ notarius habeat potestatē & iurisdictionem faciendi tale præceptum confitendi coram eo tāquam si coram iudice fieret. ita dicit Bald. in l. etiam in j. colum. C. de exe. rei iudi. Perusini vocāt illud instrumentum cōfessionatum: & sic est apud eos tale statutū, quod illud instrumentum mādetur executioni. Barto. in l. possessio. in §. si possessio de acqui. posses. & in l. non fatetur in fi. ff. de confes. Idem Cinus in l. vnica. C. de confes. iiij. colū. dicit: quod in Tuscia maximè in Florentia fit illud præceptum guarentigiæ j. cōfes. sic exponit illud vocabulum, & dicit: quòd si in cōfessum fit illud præceptum à iudicibus vel à notariis habentibus ad hoc authoritatem à statuto, illud præceptum habet executionem paratam sic positum in instrumento, & in dicta l. vnica in multis partibus facit mētionem huius instrumenti guarentigiæ. Idem Bart. ibi in prima dicēs, quòd in ciuitate vbi ipse tunc legebat instrumenta confessionata mādabantur executioni sicut sententia diffinitiua. Ang. in §. illud in authen. de hære. & falci. dicit: quòd sic sunt statuta per totam Italiam Barto. in l. ij. C. de sen. quæ sine cer. quan. dicit: quòd in illis partibus instrumenta guarentigionata vel confessionara ita merentur executionem sicut sententia diffinitiua. Idē Ang. in l. ait prætor in §. si iudex. ff. de re iud. dicit quòd præceptū guarentigiæ nil aliud est, nisi præceptū quod iudex vel notarius

tarius authoritate statuti municipalis facit in confessum:& sic instrumēta guarentigiæ & confessionata idem sunt, nisi quod vocabula sunt diuersa secūdum diuersitatē locorum illius:& ista per totā Italiā habent executionē paratam. Ista statuta habent fundamentū à lege post rē iudicatā ff. de re iudi,& ab alijs quæ disponūt, ꝙ confessio habēt paratā executionē:& si confessio fit corā iudice planum est. Sed per statuta Italiæ prouidetur, ꝙ idē fit in confessione facta coram notario, vt habeat executionē paratā tanquam si facta fuisset coram iudice: & sic notarius habet authoritatem faciendi præceptum in confessum sicut iudex iuxta l si debitori. ff. de iud. vt no. Bart. in d.l. vnica. C. de cōfes. in j. col. Idem Ang. in d. §. si iudex, dicit quod statuta quæ disponunt, quod instrumenta mandentur executioni sunt cōtra ius l. minor de mino. secus in statutis disponentibus quòd instrumenta guarantigia habeāt executionem paratam: quia secundum eum guarētigiæ est præceptū quod fit per notarium de instrumēto rogatum parti roganti, vt obseruet incontinenti cōtenta in instrumēto:& fit id præceptum in volentem & acceptantem: & fit authoritate statutorum potentiam concedentium ipsi notario:& ita sicut præceptum iudicis factum in confessum habet executionem paratā d.l. si debitori. ita tale præceptum notariorum: vnde notarius non poterat facere præceptum nisi à statuto daretur potestas. casus & ibi Bal. in l. adopti. C. de adoptio. Alexand. in l. si cum dotem. in §. eo autē tempore. iij. colum. solu. matrimo. allegat Bald. vbi supra dicens: quod Imo. An. nec Pau. illum allegauerunt:& isti notarij habētes hanc potestatem, seu iurisdictionem per statutum vel priuilegium vocātur per Accursi. iudices chartularij in l. j. ff. de iudi. & in l. fin. C. vbi & apud quem. & in l. rem non nouam. C. de iudi. prædicta sequitur Bal. in l. non aliter. ff. de adop. hanc sentētiam per omnia sequitur Alexā. in d. §. si iudex. in ij addi.
2 † Vnum tamē nota, quod si notarius ex priuilegio sit iudex ordinarius, dato quod statutū ei specialiter nō concederet facultatē faciendi dictum præceptū, tamen bene potest facere in volentē & cōfitentē sicut si facta fuisset confessio corā iudice, quod nota secundū Alex. cū cōmuniter in illis partibus notarij sunt ex priuilegio iudices ordinarij: & dicit Ioā. de Imo. quòd licet nō habeat iurisdictionē cōtentiosam, bene virtute priuile-

gij habebunt voluntariam ex partiũ consensu & conuentione. allegat dicta per Cin. in d. l. vnica. & l. ij. §. fin. ff. de offi. consu. & sic in isto casu dicit, quòd dictũ statutum mandãs exequi dicta instrumenta habet consonantiã iuris communis: & hoc fuit dictũ Bald. in l. adoptio. C. de adopti. vbi Bal. dicit per illũ tex. quòd tabellio nõ potest facere præceptũ guarãtigiæ, nisi in priuilegio tabellionatus fiat mẽtio: quod sit iudex ordinarius: & sic sentit quòd ex hoc solo, quod sit iudex ordinarius ex priuilegio potest facere præceptum guarantigiæ in volentem & confitentẽ. Idem Bal. in l. iubemus in §. sanè. C. de sacrosan. eccle. & idem Alexã. in d. §. si iudex. allegans dictũ Bald. vbi supra. ego vltra omnes istos allego text. expresse faciẽtem mẽtionẽ de hoc vocabulo guarãtigiæ in c. j. in §. si autẽ inter pares. de lege corradi in vsibus feudorũ ibi (si posidenti dominus guarentare voluit.) vbi est casus. quod si duo contendunt super beneficio feudi prætendentes causam ab vno inuestitore, & ambo producũt in testem eundem inuestitorẽ, ille obtinebit: pro quo dominus feudi guarentauerit sine fraude. i. deposuerit. Bald. ibi dicit, quod guarentare est vulgare Tuscorum, qui appellant instrumẽta guarãtigiæ. i. firmitatis & præcisum cui omnimodo est standum Andre. de Iser. ibi exponit si dominus velit posidẽti sine fraude guarentare, id est testimoniũ dicere purè & verè testificari quis habeat ius. Omnia tendũt ad eundem finem. Bald. in l. pen. C. de fideiuss. dicit guarẽtigia est obseruantia alicui iniũcta per mãdatum tabellionis, qui est iudex ordinarius & chartularius. Salice. in l. si per ea. C. manda. iij. colum. loquitur de huiusmodi instrumentis, in quibus dicit, quod secundũ cõsuetudinem quorundam locorum requiritur preceptum tabellionum chartulariorum in aliis sufficit se guarentasse. i. se debitorem confessum esse.

3 † Ex prædictis habes aliũ casum habentem paratam executionem scilicet instrumentum guarentigiæ si confesio fiat coram iudice, qui faciat preceptum. Idem si coram notario qui à lege vel statuto municipali habet authoritatem faciendi tale præceptũ. quod extẽde etiam si ex priuilegio esset iudex ordinari⁹, nec specialis potestas ei esset cõcessa faciendi dictum præceptum.

Hac forma instrumentorũ non vtimur in Hispania, cum notarij non habeant hoc priuilegium, nec aliquam iurisdictionem ad faciendum di-

ctum

ctum præceptũ:ſed nec coram iudice fiunt inſtrumenta, nec iudex facit eis præceptum. In ciuitate Hiſpalenſi & in aliis partibus Beticæ prouinciæ vidi obſeruari, quòd cùm partes volebant celebrare cõtractum ibant cum notario coram iudice, & facto contractu coram eo ipſe mandabat obſeruari, & faciebat eis præceptum: vt obſeruarent cõtenta in inſtrumẽto ſicut ex ſentẽtia, & vulgariter dicunt ipſi inſtrumentum ex iudicio iudicato: & illud eſt inſtrumentum confeſſionatum, & guarentigiæ: vt ſuprà dictũ eſt. Certè eſt optima & ſingularis practica ad multa: & de forma qua vtimur communiter in Hiſpania, ſcilicet quòd cõtrahentes dant poteſtatem exequendi omnibus iudicibus dicam ſtatim.
4 †His
b ſic præmiſsis [b] hæc lex in ſumma tria ponit. Primũ, quod inſtrumentũ cuiuſcunq; debiti mãdetur executioni cõtra debitorem. Secundò hoc limitat niſi debitor, infra decem dies oſtendat contra inſtrumenti ſolutionẽ vel quietationẽ, vel aliam legitimam exceptionẽ, quæ illum excuſet à ſolutione debiti. Tertiò diſponit, quòd ſi infra decẽ dies hoc nõ probet, quod poſt decem dies nulla exceptione obſtante debeat exequi cõtractus: & ipſe compellendus eſt omnino ad ſoluendum: & ſic facta ſolutione & executione aſsignetur ſibi terminus competens ad probandum datis fideiuſſoribus à creditoribus, quod in duplũ reſtituet, quod ſibi ſolutũ eſt, ſi debitor probet ſolutionem vel aliam legitimam exceptionẽ à debitore allegatã, quam ſi non probauerit infra tempus ſibi aſsignatum, incidit in pœnam: de qua hic hoc intendit iſta l. in ſumma. cuius diſpoſitio habet locũ in debitis per ſententiam tranſactam in rem iudicatã, vt hic diſponit hæc lex. More commentantium venio ad primã partem ibi, (charta, o recaudos ciertos de obligaciones q̃ los cumplades y lleguedes a execucion, &c.) Nota primò quòd inſtrumenta publica debent mãdari executioni & habẽt paratam executionẽ: & ſic habes hic alium caſum in quo inſtrumentum habet executionem paratam, quem adde ſupradictis. 5
c †Sed [c] pulchrum & mihi nouum dubium eſt, vtrũ omne inſtrumentum, de quo loquitur hæc lex, habeat executionem paratam ex hac legis diſpoſitione, etiam ſi in eo non apponatur illa clauſula quæ communiter in Hiſpania apponitur in contractibus per tabelliones, ſcilicet qui T. dedit poteſtatem omnibus iudicibus, corã quibus hoc inſtrumen

mentum fuerit ostensum vt faciant pro contentis in eo executionē in eius persona & bonis: tanquam si contra eum esset lata sententia transacta in rem iudicatam: & sic si virtus executiua stet in dicta clausula vel in dispositione huius legis: ita quod etiam si nō apponatur ista clausula contractus habeat paratā executionē, neminem vidi super hoc scribentem in terminis.
6 † Et vt vides à radice quomodo procedunt de iure istę executiones instrumentorum, & quid de iure cōmuni sit statutum. Aduertas, quod de iure communi instrumenta nō habent executionē
d paratā. Iste est casus sing.[d] in l. minor xxv. annis cui fideicōmissum. ff. de mino. ibi, (quia paratam ex iudicati causa persecutionem nouo cōtractu ad initium alterius petitionis redigit) ibi Bar. & Bal. Ang. in l. si cùm dotem. in §. eodem autem tempore. ff. solu. matr. dicit illū ad hoc esse meliorem tex. quàm sit in toto corpore iuris. Idem ibi Alex. in iij. col. & licet hoc dicat probari in parte ad instar, corruptus extat quòd non est tale verbum in d. l. voluit allegare. ad initium: & stat magis propriè. ad hoc allegatur per eundē Ang. in l. ait prætor. §. si iudex. ff. de re iud. illū ad hoc allegat. Idē Ang. in l. cùm antea. C. de arb. & licet ille tex. sit ad hoc notabilis, tamē est similis in l. ij. C. de exe. rei iud. vbi idem tex. ad literam, quòd si aliquis habens pro se sententiā illā nouauit per aliū contractū, quod perdit ius executiuum competens sibi ex sententia: & debet agere via ordinaria ex dicto contractu. ibi, (iudice accepto secūdum iuris formā experire.) & ibi Accursius, tanquam summus Iurista allegauit in concordantiam d. l. minor. similis casus in l. iiij. §. si ex conuētione. ff. de re iudi. facit tex. in l. si cùm dotem. §. eo autem tempore. & in l. si marito. §. si voluntate. ff. solu. matr. vbi est casus, quòd in contractu facto etiam super dote lis contestatur, & aliæ solennitates: & sic non habet executionē paratā: & per illa iura dicunt ibi moderni & Bal. in l. vbi adhuc. C. de iure do. & Ang. in l. ait prætor. in §. si iudex. & ibi plenè Alex. de re iudi. quod statuta quod instrumēta habeāt executionem paratam sunt cōtra dicta iura: & contra casum expressum. & ibi Bald. in l. adoptio. C. de adoptio. Et propter hoc dicebat Bald. in l. j. C. de exe. rei iudi. in prin. quod nullum genus probationis habet executionē paratam. Itaq; nec probationes, nec instrumenta habēt executionē paratā: quia licet sit probatū sub iudice lis est.

est.ff.de pecu.l. eo tempore.& l.quod debetur. nisi esset confessio facta in iudicio, vel iusiurandum iudiciale, dicit de hoc esse gl.sing.in l.sed si possessori.§.pen.ff.de iureiu. & est casus not.qui loquitur in instrumento testamẽti.in l. ait prætor.in §.si iudex.ff. de re iu. & ibi Ang. & Alex. quia ibi tex. dicit, quòd debet sequi condemnatio:ergo non executio: & sic omnia hæc iura clarè probant, quòd instrumẽta de iure cõmuni nõ habent executionẽ paratam. Super hoc exclamat Ange.contra Bar.in l. tale pactũ.§.qui prouocauit. in prin. ff.de pac.& in ij.col.vbi dicit, quòd omnia iura mũdi fatentur quòd nulla conuentio extraiudicialis meret̃ executionem quantũcunque redacta in publica documenta.allegat d. l.minor xxv.annis. etiam si in conuentione punctualiter sit deductum, quod erat deductũ in sententia,vt in d.§. ex con-
7 uentione. †Ego addo etiam si in instrumento quis confitea tur sententiam contra se latã: quia tale instrumentum nõ habet paratam executionem, ex quo infertur,quòd si in cõtractu tempore quod fuit celebratus non interuenit preceptum guarentigiæ:sed postea ex interuallo partes vadunt ad notarium, & dicunt tu nõ fecisti præceptum guarentigiæ: sed facias nunc quod istud instrumentum non meretur executionem, hoc est singulare verbum Bal.in l pe.C.de fideiuss. per illum text. mirabile verbum est,si est verum. Sed ego crederem verba eius esse corrupta,quis enim dubitat quod quandocunq; partes irent coram tabellione,qui ad hoc habeat iurisdictionem, quod ex consensu partium hoc petentium potuit eis facere præceptum guarantigiæ:quia illam iurisdictionem in eos consentientes quotiescunque ipsi velint potest exercere, credo ꝙ Bal.velit dicere,quòd si in contractu non est factum à principio præceptum guarantigiæ, & partes confessæ sunt præceptum esse factũ in alio instrumento,quod illud instrumentum nõ habebit paratam executionem, dato quòd in illo sit dicta confessio. Cogita, & tene menti: quia sic loquitur tex. in d.l. penul. vidisti ergo iura not.probantia hoc habere locum etiam in causis à iure priuilegiatis: vt in instrumento dotali in instrumento testamẽti,& hoc de instrumẽto testamenti intellige, vt suprà dictum est,quando legatarius vel fideicõmissarius agit contra hæredem:quia si heres petit se mitti ex edicto diui Adria.bene habet paratã executionẽ, vt suprà vidisti. His sic

sic pręhabitis redeamus ad nostram principalē quęstionem.

8 †Vtrum dicta clausula quæ solet apponi in instrumentis, quia partes conueniunt inter se, & dant seu cōcedunt omnibus iudicibus corā quibus dictum instrumētū fuerit ostensum: vt eū executioni tradant, si hæc clausula & conuentio operetur de iure, vt instrumētum habeat executionem paratam. Ista est famosa quęstio. Et cùm in Italia non vtuntur hac clausula in instrumentis, non loquuntur de ea, & instrumenta guarantigiæ quæ fiunt apud eos non fiunt illa forma apud nos: quia notarij huius regni, nec ex priuilegio vel cōsuetudine habent potestatem faciendi præceptum in cōfessum secundum formam legis si debitori. ff. de iudi. tãquam si confessio fieret coram iudice. Cùm ergo apponendo hãc clausulã via esset breuior, aut ipsi non ad hoc aduerterunt, aut non habuerunt eam pro via executiua. Præterea multi conati sunt cōprehendere casus in quibus de iure instrumēta habent executionem paratam, præsertim Alex. in l. fi. C. de edi. diui Adria. & in l. ait prætor. in §. si iudex. ff. de iud. & in l. si cùm dotem in §. eo autem tempore. solu. matri. & inter eos non reperitur noster casus. Præterea quęsiui omnes leges tertiæ partitæ tit. xviij. (de las escripturas) vbi leges tradunt formã instrumenti mutui & vēditionis, & aliorum contractuum; tamen in nulla illarum potui inuenire, quòd ista clausula apponeretur ad robur contractus, nec ad faciendum illū habere executionem paratam: & licet ista nō sint argumenta, quæ de necessario concludant: tamen aliqualiter pungūt, maximè cùm in omnib⁹ ferè partibus prouisum est, quod instrumēta habeant executionem paratam: vt patet in statutis Italiæ quæ ad hoc inuenerunt præcepta guarentigiæ. Patet etiam ex hac lege nostra. Præterea facit quod suprà dictū est, quod regulariter instrumenta non habēt paratam executionem, vt in d. l. minor. cū simil. Cùm ergo leges super hoc loquuntur indistincte sunt intelligendę. l. de pretio. ff. de publ. Pręterea vrget me quoddã verbū Bar. ab eo positum in l. iiij. in §. si ex cōuētione. ff. de re iudi. vbi est casus, quod sentētia habet executionē paratã nisi sit nouata per alium cōtractum. quærit ibi Bart. quæ sit ratio, quod si est nouata non habet executionē ipsa sententia, nec cōtractus respōdit ꝙ ad hoc, vt posset fieri executio: requiruntur duo. Primò, ꝙ debitū sit liquidū. Secūdò, quòd iudicis

cis

cis officiũ ad hoc se extendat, vt in sententia & confessione facta in iudicio: sed quãdo sententia est nouata, tunc licet debitum sit liquidũ: tamen iudicis officium ad hoc se non extendit, quia extra iudicium ab ipsis partibus sit liquidatũ. Ecce ergo intentũ Bar. volentis, quòd ad hoc vt ius executiuũ habeat locũ, requiritur quòd corã iudice sit liquidatũ: quia de eo quod est liquidatũ extra iudiciũ nõ est liquidum iudici, nec ius officium executiuũ se extendere potest ad illud. Sic in proposito licet in cõtractu apposita est illa clausula, tamẽ quia nil actũ est in iudicio, nec corã iudice, videtur ꝙ iudicis officium executiuũ ad talẽ cõtractũ nõ posset se extendere: quia cessat vnũ de requisitis à Bar. Pręterea esse actum extra iudicialem, posuit Bal. in maximo conflictu: vtrũ iuramentũ extraiudiciale habeat executionẽ paratam in l. ij. in vj. col. in iij. not. ff. de iureiu. vnde dicit ipse, ꝙ in iuramẽto iudiciali bene oritur officiũ iudicis habens paratam executionem in extraiudiciali: dubitat, quia dicit non habere legem, nec rationem necessariã ad concludendum, quòd habeat paratam executionẽ per iudicis officiũ: quia iste actus cùm sit extraiudicialis, nõ incidit nec emergit processui vt posset dici, quòd per hoc reducatur ad iudicis potestatem: & sic quasi vadit Bald. per semitam Barto. licet illum taceat. Facit etiam glo. singularis in l. sed & si possessori. §. sed cùm de hæreditate. ff. de iureiurando. vbi glo. dicit, quòd ex nulla probatione nascitur executio, nisi ex confessione vel iureiurando.

9 † Et vltra prædicta reperio Bald. in terminis decidere hanc quæstionem in l. tale pactum. in §. qui prouocauit. ff. de pactis. in repetitione quam fecit in studio Paduano in fina. col. vbi eleganter quærit, an valeat pactũ, quòd instrumentum mandetur executioni sicut sententia: arguit pro & contra, finaliter determinat quòd nõ mouetur: quia ordo iudiciarius peruerti non potest: quia est ordo ad substantiam iudicij. c. de causis. de officio. delega. per glos. & quod not. per Specula. de pig. in §. fina. versic. quid si iudex creditori. adducit in simili notata per Bartolum in l. si cùm nulla. & in l. à diuo. in §. sententiam Romæ dictam. ff. de re iudicata. & sic residet respondens notanter ad l. creditores. C. de pign. & ad dictum §. qui prouocauit: singularis est profectò & famosa determinatio in totum destruens practicam nostri regni: & hoc dictum Baldi poteris corrobora

borare, ex eo quod dicit Bart. in l. si societatem. §. arbitrorũ in tertia col. ff. pro socio. in illa quæstione, si in cõpromisso est dictũ quòd posset cognoscere de iure & de facto: & etiam ex his quę notant moderni in dicto capit. de causis, & capi. j. de libe. oblatio. & gl. in clemen. sæpe de verborum signifi. Et hanc opinionẽ Baldi, videtur tenere Angelus in elegãti lectura dicti § . qui prouocauit. quã ipse testatur grauiter, & elegãter fabricasse.
10 † Et hęc opinio potest etiã corroborari ex omnibus fundamẽtis Iacobi de Venetiis, quæ recitat Barto. in l. creditores. C. de pigno. Hæc sunt quæ aliquibus diebus me titubãtem tenuerunt, nihilominus practicam & consuetudinem cõmunem nostri regni circa dictam clausulam defendam, ne fortè Italici scriptores dicant, vbi nunc sunt leges Hispanorum? iuxta illud quod Helisęus Propheta dicebat, cùm aquæ non fuerunt diuisæ cum palio Helię. 4. Reg. cap. 2.
e dico igitur, quòd ista clausula est tãtæ importantiæ, quòd facit instrumentum habere paratam executionẽ, vt ex sequentibus apparebit. Primò, quia hæc est consuetudo obseruata & approbata in hoc regno: vt instrumenta quę habent dictam clausulam mandentur executioni statim viso instrumẽto, & est communis practica. vnde habeo quòd cõsuetudo dat ordinem causę: vt in ea procedatur summariè, & executiuè. Casus est sing. secundum Bal. in l. missi opinatores. C. de exa. tribu. lib. x. & etiam ex pacto: vt sentit ibi Bal. Secundò, quia contractus ex conuentione legem accipiũt: vt leges testantur, si ergo partes concedunt iudicibus potestatẽ exequendi instrumentũ tanquam si esset sententia illud seruandum est. Tertiò allego tex. expressum qui approbare videtur dictam practicam in l. creditores. C. de pign. vbi ex pacto licitum est ingredi possessionem propria authoritate: & sic est ibi casus expressus, quod ex pacto pars potest exercere propria authoritate: & per se ius executiuum in re sibi obligata: ergo à fortiori potest concedi iudici potestas exequendi instrumentum: cùm parti posset concedi ex pacto. l. cùm creditor. secũdum vnam lecturam gl. ff. de fur. l. penul. C. de pign. actio. ibi. nec creditor citra conuentionem. Præterea dico, quod ius exequendi ex conuentione, & ius exequendi iudicis authoritate æquiparãtur. Iste est casus fin. in l. pe. C.
11 de pign. actio. & in l. dotis. solut. matrim. quos ad hoc commendat Bart. in d. l. creditores.

res. xj. col. versic. quinto principaliter est videndum, & in viij. col. in versic. Item ex isto pacto. si ergo ista æquiparantur quod alicui competat ius exequendi ex permissione & authoritate iudicis, & ex conuentione cùm conuenit per pactum, quòd iudex corã quo fuerit ostensum instrumẽtum, illud exequatur: quare iudex illud non posset exequi ostenso ei instrumento, vt inter partes fuit conuentum. Præterea hoc videtur magis clarè determinasse Bar. in d. repet. in viij. col in versi. Item ex isto pacto, vbi eleganter inquit, quòd ex pacto ingrediendi propria authoritate, de quo in d. l. oritur quoddam ius quod est executiuum præcedentis obligationis, & facit ipsam obligationẽ habere paratam executionem secundum voluntatem partium, sicut ex sententia oritur actio iudicati, vel in factum, vel officium iudicis, quòd habet paratam executionem. & ista potestas quæ competit creditori ex conuentione æquiparatur licẽtię sibi datæ per iudicem, vt d. l. penult. Ecce ergo singularia verba do. Bar. apertè determinantis quæstionem. scilicet, quòd ex conuẽtione instrumentum habet executionẽ paratam sicut sentẽtia. quod tenebis menti. Præterea ipse Bart. in d. repet. in xj. col. versic. quintò principaliter est videndum. firmat eandem conclusionem. Dicit enim in d. l. dicitur, quòd licet creditor habeat potestatem ingrediendi propria authoritate, vrbanius faciet si cum authoritate iudicis ingrediatur possessionem, si creditor cum authoritate iudicis vult ingredi, & sic exequi contractum. dicit ipse quòd rationabilius faciet iudex si citet partem ad videndum si habeat aliquã causam impediẽdi executionem, sicut nec iudex debet mandare sententiam executioni, nisi parte citata ad opponendum. Quare non debet fieri executio: fatetur tamẽ ꝙ non debet dari libellus, sed debet procedi summariè sicut cùm fit executio rei iudicatę. l. à diuo pio. in §. si super rebus. ff. de re iu. l. minor xxv. annis. ff. de mino. cùm illud ius exequendi ex conuentione & iudicis authoritate æquiparentur, vt in d. l. penul. & cũ in omni iure quod oritur ex sententia arbitri procedit summariè: & sic ex sententia iudicis, vt in d. l. à diuo. in prin. ergo idem erit vbi ius exequendi oritur ex conuentione. l. j. & l. iusiurandũ quod ex conuentione. ff. de iureiu. Item cum ex iureiurando oritur ius exequendi, cùm illud procedit ex conuentione, vt d. l. ij. ff. de iureiur. & l. sed & si

possessori. §. si cum de hæreditate. & tunc proceditur summariè, vt ex sententia. Idem exit in iure exequendi quod oritur ex conuentione. facit l. tale pactum §. qui prouocauit. ff. de pactis. Hæc fuerunt verba Bar. satis clara & elegãtia ad decisionem nostrę quæstionis, & punctualiter determinans: ꝙ ex partium conuentione iudex potest exequi instrumentum: & in tali executione seruabitur ordo & forma quæ seruatur in executione sententiæ, ergo cùm hodie in omnibus instrumentis partes concedunt iudicibus hanc facultatem exequendi instrumenta: clarum est quòd virtute dictæ conuentionis habẽt executionem paratam: & adhuc in casu fortiori loquebatur Bart. scilicet quando ius exequendi concessum est parti, & pars ex vrbanitate adiuit iudicem, quòd iudex debet seruare illam formam executiuam, quam seruaret in executione
12 sententiæ. † Facit etiam pro hoc gl. singularis in l. meminerint. in gl. ij. ad fin. C. vnde vi, quæ videtur æquiparare iudicis præceptũ cũ conuentione partiũ. Itẽ facit d. §. qui prouocauit: vbi est casus sing ꝙ si aliquis post appellationẽ transegit & pactus est, quòd si infra certum tempus pecuniã quam transegit non solueret iudicans se satisfacturum, dicit ibi tex. ꝙ iudex appellationis nullo alio discusso iuxta conuentionem veluti confessi sequitur. & est ille mirabilis casus secundum Bar. ibi qui intelligit illum text. quòd non sentẽtia prima à qua fuit appellatum mandabitur executioni, quod clarè probat ibi ille tex. in quantum dicit ꝙ ipsa conuentio de soluendo mandabitur executioni: non autem aliquam mentionẽ facit de sententia. vnde est ibi casus sing. secundum Bart. ꝙ pactum de parendo sententiæ, si transactioni non pareatur, meretur executionem sicut sententia & confessio: & sic concludit Bar. ꝙ conuentio, de qua in d. §. meretur executionem: nam secundum eum prima sententia fuit in totum sopita per transactionem, quæ fuit simpliciter facta: ergo cùm d. §. dicit iustam conuentionem exequitur, non intelligitur de sententia: sed de conuentione. & dicit Ang. ibi illud esse mirabile, cùm nulla conuentio habeat paratam executionem: vt d. l. minor. ecce ergo secũdum intellectũ Bart. ibi expressum casum, vbi conuentio habens aliquod fundamentum à sententia habet executionem pa-
13 ratam. † Est verum, ꝙ Bald. & clarius Ange. impugnant hoc in d. §. dicunt enim, ꝙ sententia

tia meretur executionem non ipsa conuentio, & dicunt ipsi esse casum singularem & vnicum ꝙ pactum de prȩterito iudicato soluendo, habet executionem paratam, & quòd illud est propterea, quia per dictam transactionem non fuit recessum à sententia, quasi velint dicere, ꝙ in transactione fuit cõuentum de parendo sententiæ si trãsactioni nõ pareatur: sed certè ille text. indistinctè loquitur: ꝙ fuit facta simpliciter transactio. tenendo ergo ꝙ transactio fuit simpliciter facta, certum est ꝙ per ipsam transactionem fuit in totum sublata & extincta prima sententia. l. si contra maiorem. C. de appe. ergo ea extincta, cùm tex. dicat istam conuentionem veluti confessio exequitur, impossibile est, ꝙ posset intelligi, nisi de ipso pacto: quia sententia iam erat extincta; & hoc fuit Bart. intentio, licet in summario aliter dicat: & per hoc tollitur responsio quam Bal. dat in d. §. ad fin. s. ꝙ ideò illa cõuentio mandabitur executioni: quia contractus constabat & accipiebat robur ab authoritate rei iudicatæ: de cuius intellectu latè videbis Bal. Ang. & gl. in d. §. qui prouocauit. qui ambo tenent contra Bar. Nec obstat responsio data à Bal. in d. §. qui prouocauit. ad d. l. creditores. s. ꝙ ibi loquitur in priuata executione, in qua non requiritur ordo iudiciorũ, secus in publica & iudiciali per glo. in d. c. de causis, quȩ solutio nõ obstat propter duo. Primò, quia non est sufficiẽs ratio differentiæ: nam sic ego propria authoritate ex pacto possum exequi melius authoritate iudicis. Item, quia supra dictum est, expresè tenet Bart. in d. l. creditores. ꝙ virtute dicti pacti si vado ad iudicem, ille potest exequi & debet seruare eundem ordinem in exequendo virtute dicti pacti, sicut si exequeretur sententiam ex eo: quia æquiparatur ius exequẽdi alicui cõpetẽs ex pacto vel ex authoritate iudicis. & per alia fundamenta pulchra quæ ipse adducit, vbi à iure reperitur competere ius exequutiuum ex cõuentione, & conclusionem Bar. sequitur ibi Salyc. & ad hoc dictũ Bar. & eius fundamenta non aduertit Bal. nec eis respõdet fundamẽtũ Bal. in gl. d. c. de causis. s. ꝙ substantialia iudicij nõ possunt peruerti de partium consensu, est regula multum generalis, quæ habet multas fallentias. Item hic non peruertitur ordo iudicij, nisi ꝙ lex permittit, ꝙ partes inter se possent conuenire, ꝙ vnus eorum exequatur debitum: quare nõ poterunt hoc permittere alteri, & dare ei exequendi potesta-

tem, maximè, quia in totum possunt ordinem iudiciorum remittere. Ista fuit singu. opinio Hostiensis in d. c. de causis. quam ibi approbat & sequitur do. Anto. quòd nō possunt partes facere pactum, ꝙ partim remittatur solennitas iuris, partim non: tamen in totum bene possunt, vt iudex nullo modo ordine, nec solennitate seruata procedat, vt in casu præsenti est glo. sing. quæ hoc tenet in c. fi. super parte illustrium. de re iudi. lib. vj. Item facit l. fi. §. fi. C. de vsur. rei iudic. & propter hæc dubia & opiniones fortè Itali nō vtuntur hac practica nostra.

14 † Ad alia argumenta in cōtrarium adducta, potest vnico verbo respondere, s. ꝙ habeant locum in instrumento de per se simpliciter sumpto, in quo non continetur dicta clausula, nec conuentio. Si tamen inter partes est conuentū, ꝙ iudex exequatur dictum instrumentum contra quemlibet eorum non parētem, tanquam si esset sententia lata, tunc ex dicta conuentione, & eius virtute instrumentum habebit paratam executionem. & iste est alius casus addendus supra dictis. s. vbi instrumentum habet executionem paratam. s. ex cōuentione facta inter partes secundū opi. doct. Bar. in d. l. creditores, vbi respondet latissimè contrariis fundamentis: & hęc opinio est hodie approbata, tā per cōsuetudinē huius regni, quàm per hāc legē. quod sing. nota: quia quotidianum. Prædictis pro posse sic declaratis, descēdo ad solutionem dubij principalis, in quo videtur posse attentari.

15 † Quòd hodie instrumēta de per se habeāt executionem paratam, dato ꝙ in eis nō sit clausula supra dicta: & partes non dicant in instrumento ꝙ dant iudicibus exequendi potestatem: & de hoc est casus clarus in hac lege in multis eius partibus: nam ratio huius legis est multum generalis, quæ extenditur ad omnes contractus, Item tex. indistinctè loquitur in contractibus certis de debitis liquidis, ibi. de lo qual les otorgan cartas y recaudos. Item hoc apertè videtur determinari. ibi. porque vos mādamos que cada que los dichos mercaderes, o otra persona vos mostraren carta, o otros recaudos ciertos de obligaciones que tengā cō tra qualesquier pſonas de las deudas que les deuierē que las cūpladesy lleguedes a execucion; y fagades entrega execucion por las deudas cō tenidas en las dichas cartas. & sic l. ista solū videtur duo requirere ad hoc vt instrumenta mandentur execut

cutioni. Primò, quòd debitum sit certum: secundò, quòd tempus solutionis sit elapsum: & sic his duobus interuenientibus indistinctè lex mãdat exequi contractum. Item in multis partibus Italiæ, vt referunt doct. est statutum ꝙ instrumẽta publica mandentur executioni, dato quòd non sint guarentigiata: vt referunt doct. in multis locis. Præterea si loqueretur hæc lex solùm in contractibus habentibus paratã executionẽ ex dicta clausula, cùm illud idem erat statutum de iure cõmuni, scilicet, quòd mandaretur executioni, quasi de nihilo deseruiret prouisio istius
16 legis. † Pro [g] contraria parte
g facit dicta lex facta à Rege Enrrico, quam supra allegaui, quæ disponit quòd sententiæ & compromissa & instrumenta, & omnia alia quæ habent executionem paratam, mandentur executioni non obstante quacunq; exceptione, nisi certis ibi numeratis: & sic videtur præsupponere illud solùm habere locum in illis instrumentis, quæ habent paratam executionem: ergo nõ omnia habent illã paratã. Præterea facit hæc lex in prin. vbi text. dicit. Y porq̃ no les pagan las dichas deudas, presentã las dichas cartas, y recaudos ante vos los dichos alcades para q̃ fagades execucion por ellos. Et sic videtur ꝙ loquatur d. l. in illis contractibus, pro quibus petebãt creditores executionẽ ante dictã legẽ: sed certũ est, ꝙ non poterãt petere executionẽ, nisi pro illis instrumẽtis, quæ habebãt paratã executionẽ ex d. clausula & cõuentione: ergo super illis venit ad disponẽdũ hęc lex. Itẽ hęc lex prouidet etiã in debito, quod debetur per sententiã quæ habet paratã executionẽ: & sic est præsumendũ quòd venit ad disponendũ super cõtractu habente ex se paratam executionẽ: & per hoc tollitur illud motiuũ, de quo superius. s. quòd de nihilo prouideret ista lex si solùm loqueretur in instrumentis habentibus de per se paratã executionem vigore dictæ clausulæ: quia imò multum per eam prouidetur, scilicet, quo ad exceptiones quæ debẽt admitti cõtra executionẽ: & de tẽpore illas probandi, vt in sententia quę etiã ante hanc legẽ habebat paratã executionẽ. Itẽ per verba obscura suppleta vel subintellecta, nõ est inducenda legũ correctio. glo. sing. in cap. cupientes. in §. quòd si per viginti. de electio. lib. vj. ergo cùm hęc lex non loquatur clarè non debemus inducere ex ea legũ correctionem quæ induceretur, si diceremus ꝙ mandat indistinctè, ꝙ omnia instrumẽta exe-

tem, maximè, quia in totum possunt ordinem iudiciorum remittere. Ista fuit singu. opinio Hostiensis in d. c. de causis. quam ibi approbat & sequitur do. Anto. quòd nō possunt partes facere pactum, ꝙ partim remittatur solennitas iuris, partim non: tamen in totum bene possunt, vt iudex nullo modo ordine, nec solennitate seruata procedat, vt in casu præsenti est glo. sing. quæ hoc tenet in c. fi. super parte illustrium. de re iudi. lib. vj. Item facit l. fi. §. fi. C. de vsur. rei iudic. & propter hæc dubia & opiniones fortè Itali nō vtuntur hac practica nostra.

14 † Ad alia argumenta in cōtrarium adducta, potest vnico verbo responderi. s. ꝙ habeant locum in instrumento de per se simpliciter sumpto, in quo non continetur dicta clausula, nec conuentio. Si tamen inter partes est conuentū, ꝙ iudex exequatur dictum instrumentum contra quemlibet eorum non parētem, tanquam si esset sententia lata, tunc ex dicta conuentione, & eius virtute instrumentum habebit paratam executionem. & iste est alius casus addendus supra dictis. s. vbi instrumentum habet executionem paratam. s. ex cōuentione facta inter partes secundū opi. doct. Bar. in d. l. creditores, vbi respondet latissimè contrariis fundamentis: & hęc opinio est hodie approbata, tā per cōsuetudinē huius regni, quàm per hāc legē. quod sing. nota: quia quotidianum. Prædictis pro posse sic declaratis, descēdo ad solutionem dubij principalis, in quo videtur pos

15 se attentari, † Quòd hodie instrumēta de per se habeāt executionem paratam, dato ꝙ in eis nō sit clausula supra dicta: & partes non dicant in instrumento ꝙ dant iudicibus exequendi potestatem: & de hoc est casus clarus in hac lege in multis eius partibus: nam ratio huius legis est multum generalis, quæ extenditur ad omnes contractus, Item tex. indistinctè loquitur in contractibus certis de debitis liquidis, ibi. de lo qual les otorgan cartas y recaudos. Item hoc apertè videtur determinari. ibi. porque vos mādamos que cada que los dichos mercaderes, o otra persona vos mostraren carta, o otros recaudos ciertos de obligaciones que tengá cō tra qualesquier psonas de las deudas que les deuierē que las cūpladesy llueguedes a execucion; y fagades entrega execucion por las deudas cō tenidas en las dichas cartas. & sic l. ista solū videtur duo requirere ad hoc vt instrumenta mandentur exe-

cut

cutioni. Primò, quòd debitum sit certum: secundò, quòd tempus solutionis sit elapsum: & sic his duobus interuenientibus indistinctè lex mãdat exequi contractum. Item in multis partibus Italiæ, vt referunt doct. est statutum ꝙ instrumẽta publica mandentur executioni, dato quòd non sint guarentigiata: vt referunt doct. in multis locis. Præterea si loqueretur hæc lex solùm in contractibus habentibus paratã executionẽ ex dicta clausula, cùm illud idem erat statutum de iure cõmuni, scilicet, quòd mandaretur executioni, quasi de nihilo deseruiret prouisio istius

16 legis. † Pro g contraria parte

g facit dicta lex facta à Rege Enrrico, quam supra allegaui, quæ disponit quòd sententiæ & compromissa & instrumenta, & omnia alia quæ habent executionem paratam, mandentur executioni non obstante quacunq; exceptione, nisi certis ibi numeratis: & sic videtur præsupponere illud solùm habere locum in illis instrumentis, quæ habent paratam executionem: ergo nõ omnia habent illã paratã. Præterea facit hæc lex in prin. vbi text. dicit. Y porq̃ no les pagan las dichas deudas, presentã las dichas cartas, y recaudos ante vos los dichos alcades para q̃ fagades execucion por ellos. Et sic videtur ꝙ loquitur d. l. in illis contractibus, pro quibus petebãt creditores executionẽ ante dictã legẽ: sed certũ est, ꝙ non poterãt petere executionẽ, nisi pro illis instrumẽtis, quæ habebãt paratã executionẽ ex d. clausula & cõuentione: ergo super illis venit ad disponẽdũ hęc lex. Itẽ hęc lex prouidet etiã in debito, quod debetur per sententiã quæ habet paratã executionẽ: & sic est præsumendũ quòd venit ad disponendũ super cõtractu habente ex se paratam executionẽ: & per hoc tollitur illud motiuũ, de quo superius. s. quòd de nihilo prouideret ista lex si solùm loqueretur in instrumentis habentibus de per se paratã executionem vigore dictæ clausulæ: quia imò multum per eam prouidetur, scilicet, quo ad exceptiones quæ debẽt admitti cõtra executionẽ: & de tẽpore illas probandi, vt in sententia quę etiã ante hanc legẽ habebat paratã executionẽ. Itẽ per verba obscura suppleta vel subintellecta, nõ est inducenda legũ correctio. glo. sing. in cap. cupientes. in §. quòd si per viginti. de electio. lib. vj. ergo cùm hęc lex non loquatur clarè non debemus inducere ex ea legũ correctionem quæ induceretur, si diceremus ꝙ mandat indistinctè, ꝙ omnia instrumẽta exe-

cutioni mādentur quod est cōtra d.l. minor xxv. annis cui fideicommissum. ff. de minor.
17 † Itē vbi aliqua lex noua loquitur simpliciter & indistinctè super eodem casu affirmatiue vel negatiuè, super quo loquebatur lex antiqua nisi aliud expresse constat, regulatur & distinguitur secundum distinctionem legis antiquæ. Ista est gloss. singula. quæ ad hoc multum commēdatur ab Ange. Barto. & Bald. in l. sciendum. ff. qui satisda cogan. de quo multa pulchra dixi in ꝓœmio legum fori. facit l. sed posteriores. ff. de legi. ergo cū hæc lex noua indistinctè loquatur, scilicet quòd instrumēta mandentur executioni, debet intelligi de illo instrumēto quod habet executionē paratam à seipso virtute dictæ clausulæ vel aliàs: & satis est, quòd hæc lex prouidet in termino probādi exceptiōes quæ contra instrumentū opponuntur & de satisdatione præstanda à creditore & circa alia super quibus nō erat per aliam legem sic dispositum.
18 † Item iuuat hanc opinionem cōmunis consuetudo huius regni, quæ habet vt in omnibus instrumētis apponatur hæc clausula, scilicet dans potestatem omnibus iudicibus exequēdi hoc instrumētū: & sic consuetudo interpretatur dictā clausulam esse necessariam In tantum ꝙ ea non apposita instrumentū non habebit, executionē paratā. cōsuetudo enim est optima legū interpres. l. si de interpretatione. ff. de legi. in tātū: & hoc est multū singulare ad hāc legem: & istius dubij decisionē quòd lege existente dubia debemus recurrere ad cōsuetudinem loci: & si de ea apparet nō est recedendum ab illo intellectu, quem cōsuetudo tribuit, etiam si ex post facto appareat, ꝙ ille intellectus in se nō sit bonus. nam debet ille valere saltē ratione cōsuetudinis. ita singu. dicit Abb. in c. cum dilectus de cōsuetu. per illū tex. quod dicit esse menti tenēdū.[h] h Et ista pars videtur magis sustentabilis maximè si teneremus opinionē: quā tenuit Bal. vbi supra, quod ex cōuētione nō cōpeteret ius executionum: quia satis est, ꝙ ista lex daret validitatē cōuentioni ad faciendū contractū habere paratam executionē: & sic pactum executiuum iuncta huius legis dispositione, & distinctione facit contractū habere executionem paratā modo & forma, de quibus in hac lege.

SVMMARIVM.

1 *Executio habet etiam locū contra hæredem scripti in testamēto.*
2 *Vt contra hæredem poßit instrumentum mandari executioni requiritur*

quiritur quod constet & liquidetur prius illum esse heredem.

3 *Practica quã obseruabat autor contra heredem debitoris.*

4 *An ex mutatione successoris impediatur executio puta si laico successit ecclesia.*

5 *Infra tempora conficiendi inuentarium non potest executio peti. limitatur tripliciter. numero. 6. & nume. 7. & 8.*

9 *Si minor petit se restitui ad conficiendum inuentarium interim nõ debet executio peti.*

10 *Hæres creditoris etiam potest petere executionem instrumenti sicut ipse defunctus quod intellige. vt nume. 11.*

11 *Legatarius cui est legatum nomẽ debitoris potest petere executionẽ.*

ADDITIO.

a *Adde sing. Maria. Soc. consil. cc xciij. ancip. præsens cõsultatio. vol. ij. vbi dicit hãc cõclusionẽ nõ procedere in pacto exorbitanti strictè intelligendo: & de dict. Barto. hic allega. vid. Ias. in l. si cui legetur. §. fin. ff. de leg. j. & eundẽ Iaso. in §. fuerat. insti. de actio. nu. 60. & quando testator fuit nominatus etiã cũ dictione taxatiua an nihilominus cõprehẽdatur eius heres. vide tex. singu. in l. necessarias. §. de vendendo. ff. de pig. actione: & Aret. & doct. in l. stipulatio ista habere licere. ff. de ver. oblig.*

b *Adde Anto. acanar. in tracta. de executio. instrumentorum in xxx. q. & adde quòd hoc potest confirmari ex pluribus alleg. per Curtiũ iuniorem in consi. lxxiij. super memorata facti narratione colũ. ij. vbi consuluit quod sit potestas legi timũdi est concessa alicui pro hæredibus & successoribus ante omnia debet constare de illa qualitate quod sunt hæredes: & adde allegata per Hippoli sing. clxxxvij.*

c *Nota practicam quam seruabat author.*

d *Adde de his omnibus videndum Phili. Cor. in §. donec. l. si hic allega. inter alia post alios doct. dicentem quod licèt hæres non possit cõueniri potest tamẽ interim alios cõuenire. Nec obstat titulus ff. quòd quisq; iuris. quia loquitur in iure impetrato & in iure iniquo: & adde Frãcis. cum porce. in tracta. de inuentario capit. uu. in vij. q. principali de effectu inuentarij.*

1 Extensio † prima ad hanc l. sit. quod licèt hæc lex tantũ loquatur contra debitores, tamen instrumẽtum habebit executionẽ paratã cõtra eius hæredes. bonus tex in l. postulãte. ff. ad trebel. vbi est casus[a] quod ad id ad quod poterat cõpelli defunctus potest cõpelli & eius hæres: licèt verbis legis nõ exprimatur. & per illũ tex. infert Bar. ibi ad propositũ: quod si ex forma statuti debitor debeat carcerari pro debito, quòd hæres debitoris potest etiã carcerari: licèt in statuto nulla fiat mẽtio hæredis. Idẽ Ang. ibi motus: quia licèt loquatur statutũ de debitore

hæres debitoris etiã debitor dicitur, cum ille propriè debitor à quo dicitur inuito debitum potest exigi. l. debitor. de ver. sig. l. si is cui. §. Flauius. ff. de solutio. hæres est huiusmodi, ergo. &c. Idẽ quod Bart. & Ang. tenet Bal. in l. per diuersas. C. mãda. Alex. Imo. in d. l. postulante. Pau. de Cast. in l. si decesserit. ff. qui satisd. cogan. Ludo. Ro. in l. alia. §. elegãter. ff. solu. matri. Prætereà in specie alleg. Ioã. de Imo. post Ange. in l. j. penul. col. ad fi. ff. de his quę in testa. delẽ. vbi in terminis dicit ꝙ si per statutũ instrumentũ publicum meretur executionem contra debitorẽ eodem modo habebit executionem paratã contra eius hęredes: & sic dicit Ange. fuisse iudicatum. Mouetur vltra allegata, quia ex quo debitor est obligatus in instrumẽto obligatio suorũ hæredum, etiã virtualiter continetur in instrumento licèt non exprimatur hoc in instrumento, arg. l. j. C. si certum peta. & l. si pactũ. ff. de probatio. Idem Alexã. in d. l. postulante in iiij. colũ. addatis qđ Paul. idẽ reperio tenere Ang in l. creditores. C. de pig. per l. hæredem. ff. de reg. iur. pro qua conclusione facit tex. sing. in. l. j. C. quorum lega. in versi. hæredi scripto. cũ gl. iuncto versi. patre tuo. quã ad hoc ibi ponderat Bal. dicẽs, notat quòd exceptio quæ quotidie oritur in palatio cõtra aliquẽ, s. non es nominatus in instrumento non nocet hæredi. imò nominato Titio videtur eius hæres in eodẽ instrumẽto nominatus secundũ eũ. hanc conclusionẽ sequitur Alex. in l. in ratione. la. j. ff. ad l. falci. in §. si filio. in v. col. versi. nota ꝙ stistulatio: & ibi Ang. licèt Alex. ponat casum econtra. s. quòd licèt maritus per instrumẽtũ promisisset reddere dotẽ vxori sicut ad petitionem vxoris instrumẽtũ habeat executionẽ, paratã sic ad petitionẽ hæredis dictę vxoris: & dicit Pau. de Cast. & bene in d. l. postulãte in princi. ꝙ hoc nõ deseruit de magno dubio cũ hæres & defunctus vna & eadẽ persona cẽsentur ibi plus decidit in casu fortiori, ꝙ etiã si statutum dicat instrumentum esse mandandũ executioni contra debitorẽ in ipso instrumento comprehensum vel descriptũ, etiam si loquamur in statutis quæ non extenduntur de persona ad personam. l. si verò. §. de viro. ff. solu. mat. tamen secus est in hoc casu. imò mandabitur executioni cõtra hęredem: nã talis dispositio statuti intelligitur repellere illã personam, quæ non sit nec reputatur eadẽ cũ defuncto: secus si reputatur eadẽ, vt in authẽ. de iureiuran. à morien. præs. quia

quia tunc non dicitur fieri extensio.l.non erit.in §.dato.ff. de iureiur.maximè hoc procedit sine dubio secundū eū attēto,ꝙ notarij ponunt in instrumētis quòd talis promisit per se & suos hæredes.ad prædicta allego casum exp̄ssum in l.ex cōtractu.ff.de re iudi.vbi ius executiuum transit cōtra hæredem:& dicit ibi Bar.non obstat,quòd contra nouā personam cū qua non est litigatū non habet locū executio:quia respondet ipse,quòd hęres nō est noua persona: sed vna & eadem cum defuncto.& in casu nostro est minus dubiū,quā in statuto, in quo loquuntur prædicti doctores, nos loquimur in lege quæ indistinctè extenditur contra hæredem: & adhuc in di.l.ex contractu. est fortior casus:quia ibi fuit litigatum ex contractu paterno cū pupilla & fuit condēnatio,post condēnationem abstinuit se à bonis paternis:dicit ibi text.ꝙ si bona.seu hæreditas deuenit ad cohæredes vel ad substitutū,quòd transit contra eos actio iudicati nisi culpa tutorum fuisset condēnata: & Barto.sic summat istū text. ius executādi sententiā trāsit contra eum qui in locum condēnati succedit.Ratio est,quia isti habentur loco vnius:& sic in hęrede & defuncto:& sic cū vna & eadē persona censeantur hæres & defunctus,nimirū si ius executiuū cōtra hæredem competat. 2 † Hanc tamen cōclusionē intelligo pręmissa prius citatiōe & liquidato,ꝙ sit hæres. b [b] Ita dicit Bal. in l.per diuersas.C.māda.viij. col.x.quæstione. dicens quòd vigore statuti disponentis,ꝙ debitor posset incarcerari pro debito:licèt hæres posset capi tamē prius debet citari & discuti vtrū sit hæres.idē Ange. in l.ratione.ff. de feriis, dicit ꝙ executio sententiæ non potest fieri contra hæredē etiam super re petita,nisi primò citetur ad sciendū vtrum sit hæres.pro quo bene facit tex. in d.l. oratione. vbi est casus ꝙ hæredi est dāda noua dilatio, licèt data fuerit defuncto. Idē Ang.in l.iiij.§.si ex conuētione.ff.de re iudi.& in l.j.C. de iudi.in repet.Idem Bal.in repetit.l.tale pactum.§.qui prouocauit.ff.de pact.in x.quest. dicens:quòd vbi est noua persona requiritur semper citatio in executione.Idem Ange. in l.ex contractu.ff.de re iudi. & sic debes limitare illū tex. qui dicit, quòd ius executiuū transit contra hæredem.Idem Imo.in l.intra.ff.de re iud.idē Alexand.in l.à diuo Pio.§ super venditione.ff. de re iudi. Idem Ang. in l.creditores.C. de pign.v.col.mouetur, quia hæredi non constat de debito.

nec iudici constat hunc vniuersalẽ successorẽ: & subdit Ang. tene menti tu Florentine, qui petis vniuersalem successorẽ capi virtute instrumenti guarentigiæ vel sententiæ: quia non potes, nisi prius ipse citetur. Idem consuluit expressè Alexand in casu similis statuti in consi. clxxxviij. in ij. volu. idem Pau. & Alexand. in dict. l. postulante. iiij. col. dicentes, 3 c ꝙ dato ꝙ statutũ diceret, ꝙ instrumenta mandentur executioni ad petitionẽ creditoris nulla citatione præcedente: ꝙ nihilominùs hæres debitoris debet citari, & liquidari oportet quis sit hæres: & sic est de mente Bal. in d. l. per diuersas. quod Pau. reputat menti tenẽdum: & dicit sic fuisse iudicatum: mihi nunquam fuit hoc dubiũ: quia cum creditor fundet intentum contra aliquem tanquam cõtra hæredem quis dubitat, nisi ꝙ hoc debet ante liquidari tãquã principale fundamentũ, super quo ipse fundat petitionẽ suam: & debeat liquidari personam esse talem contra quam habeat locũ executio, quod nõ potest fieri, nisi liquidato prius quod sit hæres, bene facit quod Bald. dicit in l. si quis curialis. C. de episc. & cle. omnes isti habuerũt fundamentũ à quodam dicto nobili, licèt vulgato Innocen. in capit. quia de iudiciis. vbi inquit, quòd quando ius executiuũ respectu rei potest exerceri contra singularẽ successorem alienantis priusquã exerceatur debet citari possessor: & cõstare, ꝙ iste habeat causam ab eo contra quem posset fieri executio. Habes igitur ꝙ contra hæredem executabitur instrumentũ liquidato prius, quòd sit hæres citatione præcedente. † Ego [c] autem obseruabam semper hanc practicam ne dilataretur negotium petebã executionẽ instrumẽti contra Titium hæredẽ Sẽpronij debitoris mei: offerebam me incontinenti liquidaturũ illũ esse hæredẽ si hoc negasset. Ista exceptio cũ alijs per eũ oppositis liquidabatur coniunctè: & sic nõ fiebat processus diuersus. Primò vtrum sit hæres. Secundò super exceptionibus per eũ oppositis: & ista practica est iuridica, vt videbis infrà in illa quæstione: vtrum instrumentum non liquidum mãdetur executioni.

4 † Prædicta limitat Ang. in dicta l. creditores. esse vera, nisi esset mutatus successor. puta quia laico successit pupillus, vel ecclesia: quia tunc contra talem successorem instrumẽtum non haberet executionem paratam per ea quæ notat Cyn. in authen. quas actiones. C. de sacro sanct. ecclesi. hoc non pono nunc pro constanti,

ſtanti, vt infrà dicitur in illa quæſtione ſi inſtrumẽtum habebit executionẽ paratã contra clericos: nam Bal. in auth. quas actiones. v. col. expreſsè tenet, quòd ſiue quo ad forũ, ſiue quo ad executionẽ inſpiciatur perſona priuilegiati: & ſic clerici ſuccedentes laico: & ſic de aliis priuilegiatis: quia executio eſt actus de futuro, id eſt poſt mortem authoris. Ideo nõ conſideramus cauſam de præterito: ſed locũ & tempus quando & vbi fiet argu. l. miſsi opinatores. C. de extra. tribu. & ſic debet inſpici perſona in quam fit, ſeu fieri debet executio. Bar. in l. cunctos populos. C. de ſumma trini. & fide ca. tenet cõtrarium. Imò, quòd etiã in foro epiſcopi habebit executionẽ inſtrumentum vigore ſtatuti mandantis exequi inſtrumenta: ſi eſt vera opinio Bar. multò fortius deberet exequi contra clericum hęredem laici: & de iure regni habemus quandam legem ſingularẽ diſponentẽ, quòd ſi clericus ſit hæres laici, quòd poſſet cõueniri coram iudice laico: & iſta eſt lex in prima partita. l. lxvij. inc. (temporales ſon llamados) tit. vj. (de los clerigos): & tunc ſine dubio haberet cõtra clericum hæredem executionem paratam.

5 † Aduerte tamẽ ſingulariter & vtiliter ad multa, quòd vbicunque hęres eſt intra tempus conficiendi inuentariũ nõ poteſt cõtra eum exequi inſtrumentum, eſt tex. ſingu. [d] in l. fi. in §. donec. C. de iu. deli. vbi eſt caſus intra tẽpus conficiendi inuentarium nõ poteſt hæres à creditoribus vel legatariis conueniri, plus probat ibi tex. in quantũ dicit eos inquietare, quòd intra dictũ tempus nõ poteſt fieri cõtra hæredem executio ſententiæ latæ cõtra defunctum: & ſicut hæc exceptio impedit executionẽ ſententiæ ad hoc ſolus Bar. ponderauit ibi illũ tex. & per illũ dicit, ꝙ practicatur quotidiè quòd executio inſtrumentorũ nõ fit cõtra hæredẽ infra tempus cõficiẽdi inuentariũ, quòd perpetuò tene menti: quia eſt ſingularis cõcluſio & extenſio ad hãc l. & miror quòd doctores quos ibi viderim nõ faciãt mentionẽ de eo: & obtinebit hoc locũ dato quòd hæreditas ſit locupletiſsima & notoriè ſit ſoluendo: quia etiã vbi talis eſt hæreditas poteſt prętendere hæres exceptiones, & beneficia inuentarij conficiendi & eis gaudere, etiã quo ad ſolutionẽ differendã: ita extendit Bal. d. §. donec. in §. cùm igitur. eiuſdem legis. in princ. & hoc proderit multũ hæredibus: & eſt iuſtũ propter occupationẽ quã habẽt in inuẽtario conficiendo.
6 † Hoc tamen fallit

fallit vbicunq; hæres cõuenitur ad restitutionẽ vsurarum vel aliarum rerum male ablatarũ à defuncto quæ per testamẽtũ vel per cõtractũ mandauit restituere: quia tunc hæres statim mortuo defuncto potest cõueniri, nec gaudebit dilatione inuentarij conficiẽdi: ita prius determinauit Ricar. Malum. vt recitat Cin. in d. §. donec. mouetur propter periculũ animæ quæ omnibus rebus præferenda est l. sancimus. C. de sacrosan. eccle. c. cùm infirmitas. de pœni. & remiss. Itẽ quia ideo datur dilatio, quia omnibus remanet ius suũ saluum: sed hoc nõ esset in isto casu, cùm animæ detrimẽtũ iam illatum non per hoc tollatur postea, arg. l. ij. ff. de appel. reci. bene facit not. tex. in l. tutor qui repertoriũ. in prin. ibi (nisi id quod dilationem modicã expectare nõ possit) ff. de admi. tut. vbi tex. dicit, quòd tutor ante cõfectũ inuentariũ nõ potest gerere nec administrare, nisi id quod dilationẽ modicã requirat, & sic in proposito idem tenet Bal. in d. §. donec. vbi dicit plus, quòd hoc etiam habebit locũ in relictis ad pias causas. Hanc doctrinã sequuntur ibi Salice. Ange. & Alex. Bal. in addi. ad Specu. in titu. de instru. edi. tu adde tex. singu. hoc probantem in l. nulli. C. de episc. & cler. ibi (pium defuncti propositum sine vlla cunctatione vt conuenit impleturus) & ibi gl. exponit sine vlla cunctatione, id est sine vlla mora, & ibi Bal. põderauit ibi illũ tex. ad hoc dictũ Cini in d. §. donec. est verũ, quòd tex. ibi si bene ponderetur loquitur in executore nõ in hærede, sed eadem stat ratio & dispositio. bene facit quod per eundem tex. dicit Bal. in d. l. nulli. quòd in relictis ad pias causas: licet differatur hæreditatis aditio, non differtur executio: idem Bal. in l. eam quã. in iiij. col. C. de fideicom. quòd si est res quę dilationem nõ recipit: & est relictũ ad pias causas, puta pro sepultura vel pro sustẽtatione infirmorum, quòd tũc nulla requiritur aditio hæreditatis. allegat Cin. in d. §. donec. idem Ioã. de Imo. in l j. §. hęc stipulatio. ff. si cui plusquã. per l. Falc. dicẽs, quòd dictus §. donec. non habebit locũ si hæres cõueniretur pro impẽsa funeris, vel pro alimentis relictis pauperibus, qui fame perirent cùm sit eadẽ ratio quæ in vsuris. idem Alex. in d. §. donec.

7 †Item fallit vbi hæres conueniretur rei vendicatione, quia tunc ex quo cõuenitur, vt quilibet possessor, nõ vt hæres nõ gaudet beneficio d. §. donec. ita tenẽt Bal. Sali. Paul. Alex. post alios in d. §. donec. reprobata cõmuniter opinione Cini,

ni,ibi & contra eum facit tex. in d.§. donec. qui loquitur de creditoribus hæreditariis:vnde creditores non hæreditarij non cõprehẽduntur, vt ibi dicebat Alex. & hanc opin. approbat ibi Ang.alleg.tex.fingu.in fimili.in l. Nefennius.in
8 §.fundũ.ff. de re iudi. †Item fallit fi ipfe hęres alios inquietat,vt hęres quia poterit recõueniri à cõuentis ab eo:ita dicit Ang.in l.j.§.hęc ftipulatio. ff.fi cui plufquã.per l. Falci. in vj.col.arg.l.fed fi §. & agunt. ff.de iud.C. de fen.& int. om. judi.auth. & cõfequẽter,quòd dicit verũ nifi ipfe alios cõueniret necefsitate cõpulfus, puta quia debitores hæreditarij cùm pecunia fugiebant : vnde fecit eos capi, vel domus vicinæ minabãtur ruinã fuper domum hæreditariã:vnde petiit cautionem damni infecti per d.§. fed fi agant. & dicit quòd ita vidit pluries de facto practicari & iudicari de omnibus
9 fupradictis. †Finaliter notabis vnũ, & eft quod fi minor qui non inuẽtariũ petit fe reftitui ad ipfum conficiendum, quod poteft vt in auth. de hæ re. & fal. in §. pupillus. quòd interim non debet contra minorem aliquid innouari, ita no.concludit Bal.in l,ait prætor.la primera.ff. de mino.in
10 fi.prin. † Idem dicas actiuè: vnde hæc lex quæ permittit, quòd inftrumenta mãdentur executioni ad petitionem creditoris habebit etiam locũ ad petitionẽ hæredis eius,ita dicunt Pau.de Caft. Alex.in d.l. poftulãte.in iiij.col.quòd ftante ftatuto:de quo hic quòd inftrumenta mandentur executioni ad creditoris petitionẽ, habebit etiam executionem paratam ad petitionem hæredis eius. allegant Io. Andr.in additio. ad Spec. in tit.de cef. actio. idem Bal. exprefsè in l. vnica.in §.videamus. ad fi. C. de rei vxo. actio. eft cafus & ibi Bal.in l.j.C.quorum lega. vbi Bal. per illum text. dicit, quòd femper hęres videtur nominatus in inftrumento dato, quòd de eo non fiat mentio in inftrumẽto. facit tex.in l. vnica.C.vt actio.ab hæred.& contra hæred.vbi actiones actiuæ & pafsiuæ incipiunt ab hærede: & contra hæredem facit totus titulus.C.de hæred.act. accedat tex.fingu.& vnicus in l.fi feruus. in §. qui Margaritam.ff. de lega. j. vbi eft text. quòd imperfonalitas in vltima voluntate non vitiat : imò videtur teftator fe referre ad vniuerfalem hæredẽ, tam grauando, quàm onerãdo de grauato,eft ibi cafus quòd fi tefta tor ita fcripfit rogo te Titie vt acceptis cẽtũ illũ feruũ manumittas:ꝙ licet teftator nõ dixerit, à quo acciperet videtur onus

onus iniũctũ hæredi & ipse videtur grauatus dare: & ad hoc tenetur, ad hoc illum tex. dixit vnicũ Bal. in auth. si quando. C. de consti. princ. & in d. l. vnica. C. vt acti. ab hær. si. col. vbi illum extendit etiam ad oneratum: vnde infert quòd si in testamento dixi lego post mortem Titij x. quòd legatũ videtur factum hæredi Titij quod est not. sequitur hoc Sal. in d. l. vnica. Pau. de Cast. in d. §. quæ Margaritam. dicit esse tex. in l. iij. §. si quis acceperit. ff. de stat. lib. maximum festũ ad hoc fecit de illo tex. Ludo.
11 Roma. in singu. xlvij. †Intellige tamen istam conclusionẽ, dum tamen petens executionẽ probet se hæredem, & sic personam suam legitimare: vt dicit Bal. in d. l. per diuersas. An-
12 gel. in d. l. creditores. †Plus dico, quòd non solùm ad petitionem hęredis: imò etiam ad petitionẽ legatarij instrumentum habebit executionem paratam, ita notanter dicit Bal. in l. ex legato. C. de lega & est finale verbum suum in d. l. vnde. si alicui est legatum nomẽ debitoris, ille legatarius habebit vigore instrumenti contra eum executionem paratam, sicut haberet defunctus: & licet ipse nõ dicat expresse probatur per d. l. ex legato, vbi est tex. quòd legato alicui nomine debitoris licet non competat ei directa non mandatis actionibus ab hærede, tamen competit ei vtilis suo nomine, & ille cui competit vtilis potest petere executionem l. iiij §. j. & ij. de re iudi. l. nam & postea. §. iusiurandi. ff. de iu reiuran. & Bar. expresse in l. j. ff. de actio. & obligat. iiij. col. & dicam infrà in quęstione de cessionario.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum habet paratã executionem etiã si in eo deficiat verbum promitto.*
2 *Illud quod virtualiter continetur in instrumento censetur esse scriptum in eodem, & nu. 5.*
3 *Præsumptio resultans ex instrumẽto an possit mãdari executioni.*
4 *Exclusa probatione cõtra instrumentum non intelligitur exclusa contra præsumptionem resultantem ex instrumento.*
6 *Subscribens se instrumento an omnia præcedentia confirmet.*
7 *Subscriptio generalis an sufficiat.*
8 *Si reperiatur filium separatum scriptum aliena manu & subscriptum manu notarij an probet.*
9 *Subscribens se cedulæ vacuæ sibi non præiudicat.*

ADDITIO.

a *Adde moder. in l. sciendum. ff. de verb. oblig. Ias. §. Marcellus. hic alleg. in princip.*
b *Adde in simili plura per Ias. in l. prætor. in prin. ff. de noui ope. nun. vbi latè disputat quãdo potest dici expressum illud quod tacitè continetur*

netur licet verbis nō exprimatur: & vide scriben. post Bar. in l. j ff. de vulg. & pupil.

c *Adde singu. & latè per Feli. in c. quoniā cōtra. de prob. char. pe. nu. 43. vbi ordinauit regulā cū vij. limita. seu declarationibus: & vide plura remissiuè citata per Hippol. Marsil. in rep. rub. C. de prob. nu. 296. versi. modo his visis.*

d *Hæc additio cadit in 7. nu. in verbo subscriptionis.*

e *Adde quod secundū magis cōmunes conclusiones non requiritur specialis subscriptio, sed sufficit generalis secundum Alex. de Imo. optimè loquentē in consi. cxlvij. ponderatis in ij. vol. consi. col. ij. vbi latè repetit opin. Bar. in §. item senatus. hic alleg.*

f *Adde doct. maximè Bar. & Bal. in c. si quis presbyterorum. de reb. eccle. non alienan.*

1 SEcundò† extende hāc legē, quòd habeat locū eius dispositio, & instrumētū habeat executionē paratā, dato quòd in eo deficiat verbū promitto.

a *Adde Alexand. de Imo. in consil. clxxxviij. lib. ij. incip. viso processu agitato in j. col. vbi allegāt plura ex hoc alle. & dicit esse necesse si petatur executio contra non nominatum in instrumēto quod primo liquidetur illum esse hæredem nominari, alleg. Bald. in l. per diuersas in x. quæst. C. mandati. post Inn. in cap. quia Gu. de iudi.*

b *Notanda practi. nu.*

c *Adde videndum Ludo. Roma. in consil.*

consil.cxij.fin.col.incip.allega do cto.vbi dicit dictum Barto.in §. notandum.hic alleg.debere intelligi de instrumento non liquido ex eo quia continet ius incertū particulare:dicta autem eiusdem Bar. in l.j.de leg.ij.ff.intelligātur procedunt in instrumento continente ius incertum:vult & dicit quod haec est veritas & ita semper legēdo tenuit:& adde aliam concordiam quā singulariter & nouissime ponit Bar.soc. consi.lxxxix. incipit dubium est apud doct.consi.ij.libr.iiij. vbi optime loquitur circa haec dicta Bar.

d *Adde late videndū Ias.ibidē in v.col.versi.iiij.cōclusi.nu.30. vbi ex quinque fundamētis tenet cōtra Bar.& contra communem.*

e *Adde late de hoc arti per Ias.post Ludo.Ro.ibidem in l.certi condictio.ff.si cert.pet.col.v.nu.20.*

1 QVartò † limita hāc l.habere locū vbi instrumētum est liquidū quia si non est liquidū nō meretur executionē.hæc probat lex ista in multis eius partibus ibi(vos mōstraren cartas o otros recuados ciertos de obligaciones)& vltra ibi(por ciertas quantias de marauedis q̄ se les obligauan de dar) & alia plura verba istius l.hoc probāt.allego ad hoc nota.dictū Bar in l.proinde.in §. notandū.ff.ad legē aqui.cui⁹ verba sunt hæc. Vltimo nota pro statutis Italiæ quæ dicunt, ꝙ instrumēta habent executionem paratā:quia illud est verum,si instrumētum est liquidum : sed si non est liquidum secus:vt si ꝓmisisti mihi emēdare damnum,tamen nō apparet quantum sit. Idem sentit Barto.in l.creditores in fi. v.colum.de pigno. in repetitione.allego ad hoc text.valde nota.qui hoc probat in l. hoc.ff.de verb.oblig.ibi (non ante quidquā peti posset quā exploratum sit ante eā diem in Italiam Titium venire non posse) quem ad hoc ponderauit Bald.in l.cum testamento in fin.C.de manu.testamento vbi eleganter inquit,quòd instrumenta guarentigiæ si habent conditionem re vera purificatam:sed in iudiciū nondum probatam:dicunt instrumenta pura & non conditionalia,licèt ad executionē facti non posset procedi, donec liqueat iudici,per d.l.hoc iure quæ verba sunt notanda secūdum eū.præterea allego text. notabi.in l.si quidē.C.de exceptio.per quem nota.ibi Bald. quòd cum aliquid cōditionale deducitur in iudicio, debet cōditio liquidari:vnde instrumentum conditionale nō meretur executionem, dicit esse casum sing.in l.licèt.ff.de verbo.oblig.certè voluit allegare dict.l.hoc iure.idē reperio consuluisse Alexand. Imol.in

consilio nonagesimo.iij. colū. in iij.volumi. addo Bald. qui eleganter loquitur in l.si causam C.de exe.rei iudi.vbi dicit,quòd si per formam statuti omnia instrumenta tabellionum debeant mandari executioni,quemadmodū sententię quòd tale statutū intelligitur de liquidis.non liquida enim nō merentur executionē.l.fi. C.compēsa.ponit exemplū in instrumēto dotali:nam si dos repetatur liquidari oportet,ꝙ matrimonium sit solutum,vel quòd sit casus dotis restituendæ cōstante matrimonio.authen.ꝙ locū.C de colla.Item si vir petit dotē oportet quòd doceat de matrimonio cōtracto.vnde si instrumentū dicit promisit pro matrimonio cōtrahendo istud instrumentum nō est liquidum.l.tali.de iure do.si dicit pro matrimonio cōtracto,siue sint verba assertiua matrimonij,tunc contracti siue enūciatiua.instrumētū est purū & liquidū quia per illud ꝓbatur matrimoniū, & illud videtur partes confiteri cū super facto partium talia verba proferuntur l.optimā.C.de cōtra.& com.sti.& sic in effectu cōcludit,ꝙ si nō est liquidum instrumentū nō debet exequi. vnde omnes exceptiōes obstatiuę liquidationis possunt opponi.de quo ibi larius per eū. Habes igit̄ ex supradictis cōclusionē hanc:quod omnia instrumēta conditionalia & incerta,dum liquidātur nō gaudēt beneficio statuti,& super liquidatione citanda est pars, quia causæ cognitionē requirit secundū eū.idē sentit in l.

2 etiā eiusdē titu.j.co. † Et ex hoc dicto Bald infero contra quendā Hispanū nostrū cuius cognomen de Mōtaluo,qui in quodā repertorio per eum facto ad ll.hui⁹ regni super parte obligatio postillans legem Henrici in qua disponit quod instrumenta mandātur executioni non obstantibus quibuscunque exceptionibus nisi certis in d.l.numeratis.mouet q. paterfamilias ꝓmisit per instrumentū guarētigium dare centū filiæ & Titio suo spōso pro eā maritanda. Titius iste maritus futurus petit executionem dicti instrumenti.opponit pater matrimoniū nullum fuisse subsecutū,determinat ꝙ nullo modo potest opponere:imò executabitur instrumentū.Mouetur quia d.l. excludit omnes exceptiones, nisi ibi numeratas:ergo istam cū non sit de numeratis.& adducit alia auditu atque recitatiōe indigna.& dicit quod sic sentiunt doct.non exprimens qui essent isti doct.qui hoc sentiūt:sed ad literā traduxit hāc questionē,& ei⁹ verba ex quodam paruulo tractatu instrumenti

menti guarentigię intitulato, quē aliqui asserunt esse domini Bar. & certè (vt opinor) falso asseuerant: quia nec est eius stilus, nec fundaméta quæstionū quæ ibi mouentur, nec eorū decisiones conueniunt tanto doctori sed fuit factus ab aliquo insipiēti, vt ex ineptiis, quæ ibi continétur, constat, & prout iste noster doctor inuenit, sic traduxit cogitans aliquid inuenisse, & quod peius est tacuit nomen & autoritatē dicti tractatus, vt laudem vel verius dedecus dictæ determinationis sibi quæreret. certè ipse & alij doctores, quos prędict' doctor affirmat hoc sentire, dicūt expressè contra supra dictā Bal. determinationē expressè tenentis, ꝙ si vir petit † executionem instrumēti pro dote sibi promissa, est necesse quòd probet de matrimonio contracto, cū aliàs non sit liquidum: & d. l. quæ mandat exequi instrumenta, intelligitur de liquidis, si ipse videraт dictam determinationē, nō diu vagaret quærendo inania fundaméta ad decisionem dictæ quæstionis. Ad hoc etiā allego notabilē decisionē eiusdem Bal. in l ab executore. in iiij. & v. colum. C. quorum appella. non reci. vbi dicit, quòd etiā si statuto caueatur, quòd ab executione instrumēti dotalis non posset appellari: tamen oportet probari de matrimonio in tātum quòd per instrumentū confectum super dote, & non super matrimonio non probatur matrimonium, cum plerunque dotes ante matrimoniū promittantur, de dona. inter vi. & vxo. l. pe. nisi instrumentum faceret mentionem de matrimonio contracto secundum Bal. subdens hæc verba posito cum istud instrumentū habeat vim sententiæ, sicut nulla præcedente ipso iure nō tenet executio. ff. de exe. rei iudi. l. si cū nulla. ita in instrumento non liquido, nec erit necesse appellare, tanquam ab excessu moderationis, quod nota: & vt clarius eius error cōuincatur, allego famosum text. in l. stipulationem. ff. de iure do. cuius verba sunt (stipulationem quæ propter causam dotis fit, constat habere in se conditionem hāc, si nuptiæ fuerint secutæ: & ita demum ex ea cogi posse quamuis non sit expressa cōditio si nuptiæ extent) ecce ergo casum singularem, quòd agenti ex instrumento dotali incumbit probatio, quòd nuptiæ sint secutæ tāquam si expressa esset conditio, si nuptiæ sequātur: Ergo cùm lex habet hunc contractū pro conditionali, vbi simpliciter dos promissa est, scilicet si nuptiæ sequantur, sequitur quod petēs

executionē de necessario debet verificare cōditionem, scilicet matrimonium esse secutum: cùm igitur agenti incumbat hoc onus probandi & non opponitur, nō potest dici quòd opponens sit exclusus ex verbis dictæ legis similis tex. in l. talis. ff. eod. vbi text. dicit, quòd si aliquis promisit dare centum nomine dotis in anno proximo à quo tēpore currat annus? dicit text. responsum est ex die nuptiarū annū esse numerandum. ad idem tex. ff. de pactis in l. Item quia. ff. de pactis. in §. j. ibi. (nam dos ante nuptias malè petitur.) quasi hoc expressum fuisset: & nuptiis non secutis ipso iure euanescit stipulatio: Vnde si iuretur quod dos dabitur intelligitur si nuptiæ sequantur 5 Bal. in l. fi. C. de non nu. pecu.

Et ista sunt valde notāda ad multa. faciūt superius dicta in hac limitatione. Præterea d. l. Henrici, quæ dicit quòd contra instrumenta non possent opponi nisi certæ exceptiones ibi numeratę, intelligitur cōtra illud instrumentum quòd habet paratam executionem vt in dicta l. expresse disponitur, sed instrumentum dotis non habet paratam executionem nisi purificata & probata conditione matrimonij. ergo ante omnia illud est ꝓbandum.

4 † Concludo ergo, quod instrumentum cōditionale, & non liquidum non habet executionem paratā: nisi probetur purificatam esse conditionem, & ista conclusio corroboratur ex his, quæ dicētur in illa quæstione. vtrum cōtra instrumenta executiua possit opponi exceptio non numeratę pecunię. & postquā hæc scri pseram reperi Angel. in loco satis peregrino tenere hanc eandem conclusionē in l ij. §. creditum. ff. si cert. pet. dicens quòd instrumentum guarātigiæ super dote purè promissā confectum non habebit executionem paratā: nisi contractis nuptiis: inest enim tacitè cōditio obligationi promissę. dicit esse casum sing. in d. l. tali & in l. stipulationem. facit l. scimus. C. de nup. † Considera tamen & tene perpetuo mētī, quòd instrumentum non liquidum potest peti, vt exequetur conditionaliter puta petat actor instrumentum liquidari: & eo liquidato liquidatum pronunciari deinde exequi, vnde dum liquidantur, non gaudēt beneficio statuti permittentis executionem. Sed postquam interlocutum fuerit ea fore liquidata tunc statutum de exequendo incipit habere vires, hæc est theorica & practica Bal. in l. si causam. C. de exe. rei iudi. hoc est maximę importantiæ

tiæ maximè applicatum ad factum practicũ hoc modo, maritus habet instrumenta dotis promissę contra socerum, vult illorum petere executionem contra socerum vel eius hęredes, eo mortuo videbatur ꝙ non posset quia nõ sunt liquida: & sic de similib⁹ quia prius debet cõstare de matrimonio si per viam ordinariã incipis
b tela iudiciorũ est larga. [b] consilium est quòd vadas ad iudicem & narres factum puta, domine iudex ego Titius dico, quòd Seius socer meus promisit mihi ccc. in dotẽ super quo celebratus est inter me & eũ, contractus iste quem corã vobis produco habentem paratã executionẽ. Quare peto, quòd ad eius executionem procedatis mandando illã fieri in eius bonis seruata forma legis Toleti, quæ loquitur super executionibus instrumentorum, & sum paratus incõtinenti probare liquidationẽ contractus, scilicet qualiter ego contraxi & cõsummaui matrimoniũ cũ filia sua, & si est notorium allega illud vt notorium petendo dictam executionẽ eo modo, quo loquitur Bald. & melior est hæc forma, quam ego nunc tradidi & nõ cures petere pronuntiationem super liquidatione, ne fortè ex hoc oriatur tela iudiciaria: & ita infinitis vicibus practicaui & obtinui.

Et vt breuius expedias negotium petas vt pars iuret de calumnia, & ponas ei positiones super dicta liquidatione, puta si scit quòd tu contraxisti matrimoniũ, & sic de similibus: nam si ipse cõfitetur per eius cõfessionẽ efficitur liquidũ instrumentũ, vt in propriis terminis determinat Bar. in rep. l. creditores. C. de pign. x. col. versi. aduerte tamen quòd contra ipsum debitorẽ.
6 † Ex hoc
c infero [c] errare illos qui dicunt quòd Bar. fuit sibi cõtrarius in d. §. notãdũ. & in l. j. ff. de leg. ij. nam certè intentio Bar. tendit ad idẽ quòd Bal. dixit in d. l. si causam. dicit enim Bar. ꝙ si aliquis promisit instrumẽto interesse, vel aliquid incertũ, quòd illius instrumenti potest peti executio ex forma statutorũ, sicut si cõtineret certam quantitatẽ & in iudicio declarabitur quãtitas. l. j. C. de sent. quæ sine cer. quan. l. j. in princ. ff. de eden. l. defensionis facultas. C. de iu. fis. l. x. quòd dicit esse bene notãdũ: & quòd vbique fuit ista intẽtio Bar. alle. eũ in l. j. in fi. col. ff. iudi. sol. in illa quęst. an in fideiussore iudicio sisti fiat executio: & concludit quòd sic, nõ solũ, quando certa pœna est promissa, si nõ steterit reus in iudicio: sed etiã si nõ haberet certã pœnã: sed cõmitteretur ad interesse: quia videtur cõfessus se debere

interesse si nõ steterit. Subdit Bar. & in hoc facit quomodo meretur executionẽ, cùm quãtitas nõ sit certa. Respondet ꝙ in ipsa executione certificabitur & declarabit istud interesse, vt declaratur sentẽtia incerta & in vniuersalibus iudiciis certificatur in executione, vt not. in l. j. in glo. magna. ff. de eden. & sic dicit debere intelligi. l. j. C. de sent. quæ sine cer. quã. & subdit vlterius hęc verba elegãtia, & sic practicamus quotidie in instrumentis guarantigiatis seu confessionatis quæ merentur executionẽ ex forma statutorũ Italiæ, nã & si nõ cõtineãt certã quãtitatẽ merentur nihilominus executionẽ declarata prius & limitata quãtitate: & sic vides pulchra verba Bart. à quo habuit Bal. authore suppresso in d. l. si causa. † Hanc practicam ap-
7 probat Bart. in l. j. [d] in ij. col.
d ff. de eden. per quandã glo. ibi quæ dicit vel postea in executione examinabũtur quæ sint res quam Bar. dicit esse menti notandã ad practicam currẽtẽ in partibus Italiæ vbi instrumenta publica habent executionẽ paratã: nã si est aliquod instrumentum nõ liquidũ vel obscurũ vt quia promisisti mihi damna vel interesse meum simpliciter petã executionem instrumẽti, & in ꝓcessu liquidabo de meo interesse vel damno, videtur casus de omnibus his in l. ij. C. de sen. quę sine cer. quan. vbi Bar. hoc idem tenet. Plus dicit ibi tex. ꝙ vbi petitur incertũ valet sentẽtia incerta. dicit ibi Bar. quis erit effectus huius sentẽtiæ incertæ? respondet ꝙ habebit executionẽ paratã: facta liquidatione, quę fiet hoc modo secũdum eum actor petet sentẽtiã executioni mãdari, in qua talis est cõdẽnatus ad indẽnitatẽ præstãdã: ad probãdũ quòd sit dãnificatus faciat incõtinenti articulos, nec est necessaria libelli oblatio nec litis cõtestatio & sic ꝓcedetur summariè secũdũ formã l. à diuo Pio. §. super rebus. ff. de re iu. & hãc dicit esse practicã in illis partibus vbi instrumẽta guarẽtigię merẽtur executionẽ: quia si est aliquod instrumẽtũ nõ liquidũ peto executionẽ summariè & facio articulos ad probandũ illud secũdũ ea quæ superius dicta sunt. Hoc placet etiã domino Alex. viro dignissimo in l. j. vij. & viij col. vers. in gl. in versi. nec. ff. de leg. j. & sibi displicet cõcordia Io. de Imo. in d. l. j. qui distinguebat vtrũ posset in breui liquidari, vel nõ: & vltra aliorũ fundamẽta mouetur Alex. quia in fauorẽ actoris fuit introductũ, vt instrumẽtũ mandetur executioni. Ideo nõ debet in eius odiũ retorqueri. vnde licet talis li-

qui

quidatio nõ posset incõtinenti expediri nihilominus debet audiri volẽs liquidare, probat hoc tex. sing. in l. minor xxv. annis. cui fideicõmissum. ff. de min. intelligẽdo ꝙ ibi fuit lata sentẽtia super fideicõmisso vniuersali, cùm ibi tex. simpliciter dicat de fideicõmisso: & sic sententia erat lata super re incerta & nõ liquida, & nihilo minus dicit tex. sententiã habere paratã executionẽ, nec re quiritur secundũ eũ pronuntiatio super liquidatione, vt dicebat Bal. in d. l. si causam. ꝗa super incidenti nõ est pronunciandum. l. j. de ordi. iud. licet ibi Raph. contrarium secutus Bal. in d. l. si causam. & non bene dicunt, nec obest l. eius qui delatorem. ff. de iure fis. per quam se fundat Raph. quia ibi loquitur quãdo lex dicit, ꝙ talis habeatur pro cõfesso: quia illud intelligitur per sententiam vt ibi Bar. dicit.
8 †Adde prædictis vnum casum vbi instrumentũ nõ liquidũ & incertum, meretur executionẽ hoc fauore dotis. vnde si mulier promisit dotẽ simpliciter executabitur arbitrio boni viri secundũ Bal. in l. j. C. de proc.
9 in fi. †Limita prædicta[e] sin-
c gulariter vbi illud interesse licet incertũ est tamen expresse promissum in instrumẽto, puta promisisti mihi dãnũ & interesse per instrumentũ exequibile, secus si intellectualiter, & sub cõditione cõprehendatur vt in obligationibus facti in quibus propter non implemẽtũ succedit obligatio ad interesse. l. stipulationes non diuidũtur. §. Celsus. ff. de verb. obliga. nam pro tali interesse nõ habet locũ executio: exemplum, promisisti mihi facere domũ in instrumẽto publico: non fecisti domũ, es obligatus ad interesse, certè pro tali interesse non habet locũ via executiua: ita singulariter voluit Ant. de But. in c. translato. de constit. Ratio quia hoc intellectuale & tacitum nõ meretur executionem sicut expressum de quo superius in iij. extẽsione. idem ibi sequitur Imo. pro quo facit not. dictum Bal. in l. etiam in ij. col. C. de execu. rei iud. vbi quærit, fœnerator mutuauit mihi re vera centum & fuit celebratum instrumentũ executorium sub hac forma, quod ego promisi restituere ista centum infra mẽsem, & à mense vltra esset licitum creditori accipere istam quantitatem ab alio sub vsuris, & ego promittebam tũc sortẽ & vsuras: dubitabatur, si iste cõtractus sit exequibilis, si dicat mutuatum esse ab alio sub vsuris: & dicit ꝙ non, imò habet probare quòd sua intererat accipere sub vsuris ꝑpter aliquod imminẽs periculũ. Ex quibus omni

omnibus habes optimam practicam & intellectum ad nostrã legẽ, vide sequentẽ limit.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentũ conditionale à principio postea purificata conditione, an mereatur executionem si statutum disponit de instrumentis puris & liquidis, & nume. 2. & 3.*

ADDITIO.

a *Adde Phil. Dec. in consi. cvij. est causa quæ nomine hæredũ. fin. col. & adde Alexan. de Imo. in consi. cix. vol. j.*

1 Quintò † limita ex dictis per Io. de Imo. in l. seruũ communem[a] in §. Titius hæres. ff. de vulg. vbi dicit, quòd si statutũ disponit, quòd instrumenta guarentigię pura & liquida habeant executionẽ paratam vt sententia: non habebit locum in instrumẽtis conditionatis à principio: licet postea sint purificata: mouetur quia statutum exorbitans à iure cõmuni debet strictè intelligi. l. quicquid astringendæ. de verb. oblig. & sic statutũ loquens de instrumẽto puro nõ verificatur in conditionali à principio. Item quia dispositio in casu vero nõ trahitur ad fictum ex propria significatione. l. iij. §. hæc verba. ff. de neg. gest. sed quando conditio purificatur tunc fingitur retro fuisse pura obligatio. l. qui potior. & l. qui Balneum. ff. qui potio. in pigno. ha. l. quod dicitur. de testa. mili. & ita residet contra Ang. Alex. de Imo. ibi volens eos concordare inquit quòd aut statutũ dat executionem instrumento puro: & tunc sit vera opinio Ioã. de Imo. quia instrumentum dicitur id quod legi potest. ff. de his quæ in testa. delen. l. j. sed conditio est illa quæ legitur, ergo nec obstat quòd cõditio sit purificata, quia respondet quòd purificatio conditionis non est de cõtractu, sed extra, vt colligitur ex not. per Bart. in l. fi. C. de fal. cau. adie. leg. l. j. §. hoc interdictum. ff. quod vi aut clam, aut dat executionem debito puro: & tunc sit
2 vera opinio Ang. † Ego quo ad propositum l. nostræ super qua est sermo teneo cõtrariũ: imò quod talia instrumenta etiam si à principio conditionalia, si tamen eius conditio sit purificata merentur executionem cum hoc additamẽto, quòd liquidari debet prius cõditionem esse purificatã, & super hoc debet pars citari & liquidari cum eo vt dixi supra proxima limitatione. Primò per glo. not in d. §. Titius hæres. in glo. super parte purè ad fi. vbi glo. appellat obligationem puram illam quæ licet à principio fuit conditionalis tamen eius conditio fuit postea purificata, ex qua infert Ange. quòd si statutum man-

dat

dat quòd instrumenta pura & liquida habeant executionem paratam: vẽdicabit sibi locum in instrumentis conditionalibus post factam purificationẽ quod reputat notandum. facit tex. singu. in l. hoc iure. ff. de verb. oblig. per illum dicebat Bal. in l. cum testamento. in fi. C. de testa. manu. quòd instrumenta guarentigiæ si habent conditionem re vera purificatam, sed in iudicio nondũ probatam dicuntur instrumenta pura & non conditionalia: licet ad executionem facti non posset procedi donec liqueat iudici de purificatione conditionis. Idem sentit in l. si quidem. C. de excep. idem eleganter tenet in l. si causam. C. de excep. rei iudi. vbi dicit, quòd instrumenta conditionalia interim dum liquidantur non gaudent beneficio statuti permittentis instrumenta executioni mandari: vnde citãda est pars super liquidatione conditionis, quę causę cognitionem requirit secundum eum. Idem sentit in l. etiam. eiusdem tit. Ista cõclusio corroboratur ex dictis per me in supra proxima limitatione.
3 †Nec obstãt fundamenta Io. de Imo. nam ad ea facilis stat responsio, quia licet loquatur statutum de instrumento puro iam censetur purum, ex eo quòd conditio est impleta & purificata. Præterea eius fundamẽta non vrgent in proposito, quia hæc est lex: & non statutum in quo ipse loquitur inter quæ multũ interest, minime placet cõcordia data per Alex. quia videtur imposita verbis: quia si lex dat executionẽ instrumento principaliter considerat debitum quod ex eo debetur, & propter illud mandat executionẽ fieri, quia instrumentum simpliciter sumptum per se nihil ponit in esse nisi facta relatione ad debitum & obligationẽ ex eo ortam, & quia lex etiam fundatur in debito & propter illud mandat instrumentum exequi: & sic etiam secundum eius opinionem habemus intẽtum cum verbis huius legis consideratis dat hæc lex executionem debito vt ex multis verbis eius constat.

SVMMARIVM.

1 *Lapso decennio non potest peti executio vigore instrumenti.*

2 *Intellectus duarum legum regni & ordinamenti, & numero 6. & 10.*

3 *Sublato iure exequendi per præscriptionem remanet ius agendi via ordinaria.*

4 *Reprobato instrumento vel apparente nullo an remaneat valida confessio contenta in eo: vbi ponuntur alia dicta in simili.*

5 *Si statutum annullat instrumentum propter gabellã non solutam an vi*

an videatur annullare ipsum debitum: & nu. 7. & 8. & 9.

ADDITIO.

a *Adde hodie videdam l. lxiij. l. regni.* el derecho de executar *in decisio. tauri. & quæ super illa l. scribunt doct. hispani.*

b *Adde quæ infra in eo. §. dicit autor ver. secundum hanc doctrinā nume. 10.*

c *Adde plura tradita & allegata per Phi. deci. in c. cum venerabilis de exceptio. hic allega. in xv. colū. ver. iij. conclu. nu. 25.*

d *Adde quæ dixit idē autor supra in princ. huius §.*

1 SExto † principaliter limita nisi trāsactū esset decēnium à tempore cōtractus celebrati: nam per transcursum decēnij tale ius executandi est extinctum. Ista est quædam l. singularis facta per regē Henricum ij. in ciuitate Burgensi, & per regē Ioannem secundū in illa villa Vallisoleti est hodie situata in quadam compilatione à quodam ordinata, titulo de las prescripciones. l. iiij. vbi tex dicit, quod transacto decēnio nō potest instrumētum exequi via executiua: sed via ordinaria agendū est citato & audito debitore; sit ergo cautus iudex coram quo petitur executio instrumēti, vt si viderit ex eius data decenniū esse decursum non mandet illum executioni sed faciat eum citare, vt veniat ad allegandū

2 de iure suo. † Attende dices tu qui fatigas intellectum in hac scientia, rectè intelligenda, hæc lex deseruit quasi de nihilo: quia hodie per lapsum decennij præscribuntur debita, quasi lex præsumat solutionem, vt disponit tex. in l. vni. tit. (quanto duran las actiones personales in ordinamento de Alcala:) ergo si est præscriptum debitū principale competens ex instrumento à fortiori ius executiuū ex eo competens: & sic superflua b dictarū legū dispositio. b Respondeo nihilominus, dictæ leges sunt singulares, & seruiunt ad multa. Primò ad omnes casus in quibus præscriptio decennij statuta per d. l. de Al-
3 cala. non habet locum † Præterea mens dictarum legū est, quod etiam si per lapsum decem annorum non sit præscriptum debitū, seu obligatio principalis, quod multis modis cōtingere potest impedientibus præscriptionē: tamen licet debitū remaneat efficax ex instrumēto, nō tamē potest nec debet tale debitū peti via executiua sed debet citari, & audiri debitor: & est quod volunt & disponūt d. leges singul. & sic seruatur in practica, quia licet sit sublata via executiua instrumenti à lege, quod non per hoc tollatur via ordinaria: imò creditor possit ex tali instrumēto

to se iuuare & producere il-
lud ad intētionem suam pro-
bandam. Allego ad hoc elegā-
tem conclusionem Bal. in loco
satis peregrino. s. in l. planè. ff.
ꝙ cum falso tuto. vbi dicit se
audiuisse à Bar. dicentem su-
per d. l. ꝙ illa lex erat in arg.
ad quæstionem statuti dispo-
nentis, quòd non posset peti
executio instrumenti post x.
annos, ꝙ si eis translatis nolo
agere vigore statuti permit-
tentis instrumenta guarenti-
giæ executari: sed via ordina-
ria iuris communis bene pos-
sim: & non obstat mihi præ-
scriptio decennij: vnde licet
post decenniũ non posset quis
producere instrumentum in
modum executionis, poterit
tamen illud producere & præ-
sentare in modum probatio-
nis, quod est mirabile secundũ
eum. & illud argum. sumitur
sic ex d. l. vt dicunt Raynu. &
Dyn. quos refert Bald. cui non
prodest legis auxiliũ, non ob-
est ei exceptio, quæ illi oppo-
nitur: & sic dato ꝙ lex vel sta
tutum excludat post decenniũ
ius executandi instrumentum
habēs executionem paratam,
nihilominus via ordinaria po
test producere instrumentũ in
vim probationis, & sic proba-
bit instrumentum sicut si non
essent elapsi x. anni, quo ad es-
sentiã & substantiã probatio-
nis, licet nõ cũ qualitate exe-
cutiua. Quod tene mēti, quia
nõ poteris inuenire in mundo
meliorē determinationem ad
propositũ d. legũ, & sic multo-
ties habui de facto, & practica
4 ui. † Facit ad prædicta singu.
c dictũ Innoc. in c.[c] cũ venerabi
lis. de excep. in ij. col. versi. sed
secus dicendum. vbi inquit ꝙ
si aliquis fecisset cõfessionem
simpliciter in aliquo instrumē
to vel priuilegio non respectu
instrumēti vel priulegij, dato
quòd tale instrumentũ repro-
betur & appareat nullum: ni-
hilominus remanet valida cõ-
fessio, & ei tenetur stare cassa-
to vel reprobato instrumēto.
de hoc dicto Inno. facit men-
tionē Bar. & illud sequitur in
l. post legatũ. ij. col. versi. Item
contra hoc oppono. ff. de his
qui. vt indig. secus si habendò
respectũ ad priuilegiũ puta cõ
fessus est omnia cõtenta in pri
uilegio esse vera. nam priuile-
gio reprobato corruit eius fi-
des, & sic confessio, vt ibi in-
quit Inno. facit tex. sing. in l. si
ita stipu. in §. Grisog. ff. de ver.
obl. ꝓ quē dicit Bar. in l. certi
cõdictio. in §. si nũmos. fi. col.
ff. si cer. pet. ꝙ si ego fui confes
sus me recepisse centũ mutuò,
quæ promisi reddere post sti-
pulationem inutilem, ꝙ dicta
confessio emissa in hoc inutili
cõtractu probat mutuũ, quod
dicit notandum, & menti te-
nendum. idem Bar. & Ang. in

l. j. in §. si quis ita. ff. de verb. oblig. Iuuat prædicta quod dixit Ang. in l. j. C. de pręsc. xxx. ann. quam retulit Alex. in l. si ita stipulatus. §. Grisogonus. x. col. ff. de verb. obli. ꝙ si mulier contrahat non seruata forma statuti, licet contractus sit nullus: tamen confessio facta in instrumento probat omnia gesta, faciat in simili id quod dicit Archi. xxxv. q. v. iudicantem, ꝙ quandoq; totus processus irritatur: tamen confessio firma remanet. & refert illum Bald. in l. vnica. C. de confe. fin. col. Et sic stant ista simul, quòd corruat solennitas instrumenti, non autem virtus contentorum in eo. bene facit quod dicit Bald. in l. Labeo. in §. sed etiam. ff. de pact. in col. ij. vbi dicit, quòd si quis renunciat instrumento, nõ per hoc videtur renunciare debito, sed tantùm probationi ipsius instrumenti per l. iij. C. de fide instrum. vbi casus secundum eum sequitur Alex. illum simpliciter referẽs in l. seruum filij. §. eum qui. ff. de leg. j. fin. col. Sed contra prædicta videtur sentire Bald. in d. §. eũ qui. ibi enim est tex. not. ꝙ qui legat chirographũ, videtur legare debitũ: & sic est ibi casus ꝙ appellatione chirographi cõtinetur substãtia de-

5 biti. † Ex quo sumit ibi Bald. argumentum, quòd si statutũ annullat instrumentũ propter gabellã non solutã, videtur annullare ipsum debitum & obligationem, & nõ solum superficiẽ & figurã. Quod dictũ reputat mirabile ibi Alex. idem tenet Bald. ad literã per illũ tex. in l. huiusmodi. in §. si ita cui. ff. de leg. j. in fi. ibi est casus, ꝙ cautio de reddendis instrumentis, continet etiam præstari liberationem debiti, nedum reductionẽ instrumentorũ, quia si instrumenta non reperiantur, sufficit facere instrumentum liberationis, vt

6 ibi dicit tex. † Ad hoc respondeo primò, ꝙ in casu in quo d. leges regni loquuntur, nõ annullatur instrumentũ: nec per eas annullatur instrumẽtum: sed disponunt, ꝙ nõ potest ex eis procedi via executiua, & sic non annullant instrumẽtum: sed eius executionẽ impediũt. Vnde in propriis terminis d. legum loquitur illa determinatio Bal. in d. l. planè. vnde in casu quo loquitur Bald. & disponunt dictæ leges regni, nimirum si duo remaneant firma, nõ obstante dicto statuto. Primò, quia nec obligatio nec debitũ videtur sublata: imò via ordinaria potest debitũ peti. secundò, quia per tale instrumẽtũ, cuius via executiua est præclusa, nihilominus probatur debitũ, quia alia in eo cõtenta quo ad essentiam probationis manẽt firma, & sic potest produci

duci & præsentari tale instru-
7 mentum ad probationẽ.† Remanet igitur conclusio Bart. pro valde singulari & vera, cũ his duobus:sed in casu quo loquitur Bal.in d.§.eũ qui. & in d.§.si ita cui.annullabatur instrumentum per statutũ. Præterea dico, ꝙ etiam in casu in quo loquitur Bald.in d.§.eum qui. reprobatur communiter per doct. vnde Ioan. de Imol. Raph.Pau.de Cast. quos ibi sequitur Alex.tenent quòd in casu dicti statuti disponentis ꝙ non soluta gabella instrumentum sit nullũ, quòd nõ per hoc videtur annullare obligationem,nec debitũ:sed solũ inualidare probationem,quæ inducebatur ex instrumento.Illam dicũt fuisse mentẽ statuti,cùm facilior probatio fit per instrumentũ quàm per testes. l.contrahitur.cũ simil. C.de pig. & sic manet firma obligatio si probatur per testes,sicut si deperditum esset instrumentũ.l. sicut.C. de fide instru. hoc idẽ sequitur Raph,in d.§.si ita.cui sic consuluit Pau.de Cast,cõsi. xcix. incipit in Dei nomine: mouentur isti, quia aliud est contractus, qui pertinet ad partes contrahentes: aliud est instrumentum quod est de pertinentibus ad notarium, vt inquit Bar. in l.si quis legatũ. col. iij. ff. de fal. & in l. si librarius. de re iud.l. nõ figura.
8 de actio. & oblig.† Item quia dictum statutum est pœnale, ergo restringendũ.l.cùm quidam de lib.& posthu.c.in pœnis.de reg.iu.lib.vj.facit gl.in l.postquàm.C. de pact. Adduco optimum text. in l.fi.C. de fal. cau. adie. lega.per quã ibi dicit Bald. quod sub nomine dotis significatur veritas: sub nomine instrumenti eius continentia. ex quo infert ad statutũ,quòd contra contractum dotis nõ posset opponi aliqua exceptio: quòd cùm tale statutum referatur ad verã dotem, contra talem non admittitur exceptio. Si autem dicat cõtra instrumenta dotalia, non posset opponi,nõ curamus de dote vera:& sic nihil posset opponi:nisi contra tenorem instrumenti,puta defectus solennitatis instrumẽtalis diei vel loci:& sic de simi.quod est not.facit quod dicit Bart.in l.j.in §. parui. quod vi aut clam.& sic Alex.cũ cæteris modernis stat contra Bald.in d.q. statuti annullantis instrumentum.Nec obstat d.§.eum qui. & §. si ita cui. quæ fuerunt fundamenta Bal.quia ibi nisi legatũ chirographi importaret nomen debitoris,legatũ esset nullius vtilitatis:sed in d,q.statuti, bene habet statutum in quo operetur. s. inualidando probationem faciliorem instrumenti.
9 †Ex prædictis ergo secundum

istorum opinionem habes singularē limitationē ad dictum Bald.in d.l.planè, quòd potest instrumentum produci in vim probationis, habeat verum in casu quo ipsi loquūtur.s.quando statutum dicit, quòd post x. annos nō posset peti executio instrumenti,si tamen statutum annullaret instrumētum propter aliquam causam,vt in exemplo supra posito, scilicet, propter gabellam non solutam, non potest etiā produci ad probandum. imò tale statutum videtur annullare & inualidare probationem resultantem ex illo instrumento,licet per testes posset probari: sed certè mihi videtur quòd doctrina istorum sit apertè cōtra doctinam Inno. supra relatam in d.c. cùm venerabilis.& Ang.& aliorū nisi dicas, quòd loquitur in confessione.Quicquid sit tenebis menti semper doctrinā Bald.in d. l. planè, ꝙ via executiua prescripta, nihilominus remanet via ordina-
10 ria. † Sed [d] hanc doctrinam & dictas leges regni intellige sanè, vbi non esset decursa præscriptio debito principali, per lapsum x.annorum,secundum formam d.l. de Alcala; quia fortè erat aliquis casus in quo non cucurrerat præscriptio debito principali, vel ex maiori termino prescriptionis,vel ex alia causa præscriptionē debiti impediente:nā tunc elapsis x.annis, licet iudex via executiua non posset dictum instrumentum executare,tamen debet citare debitorem & eū audire,& creditor potest in vim probationis producere instrumentum, & petere debitū via ordinaria,aliàs si non est casus præscriptionē impediens,cùm elapsis x.annis, non solùm via executiua sit præscripta : vt in d.legibus: sed etiā via ordinaria & debitū principale : vt est casus in d.l.de Alcala. vbi tex. disponit,ꝙ nullo modo creditor audiatur tunc nec via ordinaria admitteretur:& sic vtraque via, tā executiua quàm ordinaria est preclusa;Ratio stat in prōptu,quia ab vtraq; repellitur lege:& sic in specie Bald. limitauit Bart. in d. l. planè, vbi postquàm recitauit pulchra verba Bart. dicit ipse : tu considera verba statuti:nā aut statutum disponit de exceptione, contra executionē aut contra debitū principale. Primo casu verum dicit Bar.Secundo non ar.ff.de tut.&ratio.dis. l, j.§ in tutela.quod dicit menti tenendum : & ista nota bene tanquam ea quæ continent veritatem ad hunc passum.

SVMMARIVM.

1 *Petens executionem instrumenti ante diem, parte petente & etiam ex iudicis officio potest repelli.*

Si

2 *Si mercator vel alius debitor est fallitus, an possit agi per creditores habentes obligationem, cum hypotheca bonorum ante diem.*

3 *Ius ingrediendi possessionem autoritate propria, quando possit exerceri.*

4 *Creditor prior tẽpore: sed in diem, an præferatur aliis creditoribus posterioribus, quorum dies iam cesserat.*

5 *Fiscus an possit agere ante diem contra suum debitorem & contra debitorem debitoris, & quando hoc priuilegium habeat locum. nu. 6. & numero 7.*

ADDITIO.

a *Adde quãdo aliquid debetur ad diem, an agenti ante diem mero iure obstet exceptio tex. vbi Bar. i. col. & ibi mod. in l. certi condictio. ff. si cer. pet. & an saltem possit de præsenti agi vt reus condemnetur adueniente die: vt quæ refert & scribit Fran. ri. in l. ita stipulatus. ff. de ver. obli. nu. 88. in pe. charta.*

b *Textus singularis.*

c *Tex. singu. adde in materia latè videndum Franc. de ripa in l. priuilegia. ff. de priuileg. credit. vbi ordinauit regulam in materia quando prior creditor tempore debeat præferri: cum pluribus ampliationibus & limitationibus.*

d *Tex. sing. adde de hoc tex. videndum Ias. in l. in diem. ff. de condictio. indebiti. eundem versi. sed hæc quidem. nume. 8. instit. de action. latius per Hippo. de Mar. singulari. cclv. vbi dicit etiam se vidisse practicari Bononiæ contra gabellarios & datiarios.*

1 SEptima limitatio sumitur ex ista lege ibi. seyendo passados los plazos de las pagas, scilicet, quod ita demũ habeat locum executio, si est terminus soluendi elapsus cõcor. l. j. C. de condit. ex le. & ff. mand. l. si mandauero. in prin. l. eum qui calendis. de verb. oblig. & gl. in d. l. j. dicit obstante exceptione, quam Ang. ibi dicit esse multum notandam pro petentibus executionem instrumentorum guarentigiæ ante diem: quòd si nihil opponitur, poterit iudex licitè exequi dicta instrumenta. Sed contrariũ determinat: mouetur quia cum ipso iure non competit potentia exigendi ante diem. l. vnica. C. vt actio. ab hæreditate & contra hære. ex quo iudici constat diem nondum venisse, potest actorem ex suo officio repellere, per gl. in l. vbi pactum. C. de transact. & licet Ang. non dicat hoc, eleganter tenet Bart. in l. lecta. in col. iiij. ff. si cert. pet. de qua infrà. Idem Ang. in l. j. C. vt actio. ab hære. Ex quo habes singularẽ extẽsionẽ ad hanc l. quòd intantum ante diem non potest exequi instrũmentum, quòd etiam iudex ex officio potest ante diem repellere creditorem si ex instrumẽto sibi constat diẽ non-

dum venisse quod nota. vide Bar. in l. ita stipulatus de ver. oblig. † Sed habui de facto in hac regali Cãcellaria quęstionem magni ponderis. quidam mercator diues rupit & fugit: vt multoties ipsi faciunt post quã vident se diuites ꝙ vulgariter dicimus (Alçose fulano mercader) dimisit iste mercator aliqua bona, nõ tamen tãta quę sufficeret omnibus creditoribus: statim fuga arrepta venerunt multi creditores super bonis illius: & inter omnes erat vnus, qui habebat obligationẽ cũ hypotheca bonorũ, qui erat prior tempore omnibus aliis obligationibus attamẽ dictę obligationis solutio erat in diem, quæ dies adhuc nõ venerat: petebant omnes executionẽ obligationũ suarum. Iste cuius obligatio erat prior tẽpore petebat executionẽ, & dicebat se præferendũ ex regula, qui prior est tempore &c. opponebatur ei quod non erat audiẽdus: quia ipse nõ poterat petere ex quo dies solutioni destinata nondum venerat: & etiam quidã iudex misit eum ex hac causa desperatum, qui venit ad me pro remedio, & aliis duabus vicibus habui de facto & consului in fauorem istius mercatoris illum esse aliis præferẽdum dato quòd dies solutionis nondũ veniret: ex eo quia debitor fugerat. Mot' fui primo b per tex. singu. in l. quæsitum. ff. de pig. vbi est casus iũcta glo. ꝙ etiã si nondum dies pensionis venisset, & sic solutionis, tamẽ ex iusta causa potest creditor persequi pignora & agere hypothecaria pro debito. dicit gl. super parte ex iusta causa: vt quia recessurus putabatur. hinc est quod Bal. in l. j. ad finẽ. C. de cõdi. ex lege. cõmendat illum tex. dicẽs esse ad hoc singularem: quod omnis debitor fugitiuus potest capi etiam ante diem, & ad hoc habent illum textum pro singulari Bart. & Ange. & Alexander quod debitor vbi est suspect' prosecutio pignoris competit ante diem cum dicta l. quęsitũ. cõcor. expresse quædam lex partite situata in v. partita titu. (de los peños) quæ est xiij. titu. lxvij. que incipit (tomando) vbi text. dicit quòd si debitor est suspectus de fuga, competit pignoris prosecutio ante diem, vel conditionem, vel potest creditor agere contra eum: vt sibi caueat idoneè. De hoc vltimo est casus in l. omnibus. ff. de iudiciis. & in l. si creditores. ff. de priuileg. credito. facit quod pulchrè scribit Bal. in l. iij. ad fin. C. cõmoda. nullo alio fundamento adducto: nisi ex argumento text. in d. l. quæsitũ. principium est in iure

iure ꝙ si cõmodaui alicui rem ad pignorãdũ possum repetere rem non statim, sed aliquo tempore transacto, quod erit arbitrarium: quia ex quo commodaui ad pignorandum aliquod tempus debet transire. alias esset inutile commodatum: vt dicit ibi tex. gl. & docto. subdit Bal. & in hoc facit, quod si ex qualitate ꝑsonę cõmodantis posset esse præsumptio citerioris tẽporis, puta qa scholaris forẽsis: & in recessu nõ credit, quòd sit necesse expectare diu ne oporteat, aut discessum differre aut rẽ amittere, quorũ vtrũq; est iniquũ: vt d. l. quęsitũ. qđ not.
3 †Et per d. l. quæsitum infert Bar. quòd si est factum pactum inter creditorem & debitorẽ, vt liceat creditori propria autoritate ingredi possessionẽ rei hypothecatæ quòd non potest quis ingredi nisi præcedente mora debitoris sup obligatiõe principali. Hoc probatur in l debitores. C. de pig. & tenet Bart. in l. iij. C. eo. colũ. vj. & probatur. ff. quib. mod. pign. vel hypo. solu. l soluitur §. j. dicit Bart. quòd hoc est verum, nisi subesset iusta causa: quia forte dubitat debitorem recessurũ. nam tũc creditor potest ingredi ante moram. ita dicit Bart. in repetitio. l creditores. C. de pig. colũ. vj. versi. Item quæro quãdo debitum est liquidatũ, nullo alio fretus fundamẽto, nisi ex d. l. quæsitum. & sic vides, quòd ius executiuum ex pacto cõpeteńs potest ex causa exerceri ante tempus, ergo idem in iure exequendi virtute istius l. cũ competat ex pacto, & ex lege: & æquiparentur: vt l. penul. C. de pig. actio. ad hoc propositum inductum à Bart. in d. l. creditores, vt dixi supra in illa quęstione. vtrũ hoc ius executiuum ex hac l. stet in pacto, ꝙ communiter apponitur inter partes dãdo iudicibus exequendi potestatem, an ex huius legis dispositione. De his cautionibus ex causa ante tempus præstandis, vide per Bar. Cin. & Sali in l. vniuersa C. de ꝑci. impe. offe. Bar. Alexã. & doct. in l. si finita. §. eleganter de dam. infec. Bar. & Moder. in l ij ff. sol. matri.
4 † Extat nunc & alia difficultas: quia ex supra dictis solum cõcluditur cõpetere ante diem pignoris persecutionẽ: sed non hunc creditorem habentem debitũ in diem, licèt priorem præferẽdũ aliis posterioribꝰ quorũ dies debiti cessit dico, idẽ allego tibi textum singula. in l. j. incipit qui dotẽ. ff. qui potio. in [c] pigno. habe.
c ibi. (nõ vtique solutionũ seruanda sunt tempora: sed dies cõtractæ obligationis.) ibi est casus notabi. ꝙ si aliquis promisit dotem pro muliere, &

accipit pign⁹ à marito de dote restituenda ante quàm tota dos marito solueretur, illud pignus alteri obligauit maritus post hoc integra dos ei soluta est. dicit text. quòd in dicto pignore præfertur primus cui priùs fuit pignus obligatum per illam rationem: quia tempus contractus debet inspici. & ratio text. facit magis ad propositum. Allego etiam text. & meliorem in l. qui balneum. in §. j. ff. eo. titu. vbi est casus not. quòd si aliquis conduxit balneum ex primis calendis Ianuariis vsq; ad alias calẽdas Ianuarias, & dedit pignori quẽdam seruum nomine Heros locatori pro mercede balnei soluenda, & ante calendas Ianuarias alteri pignorauit dictũ Herotem ob pecuniam sibi creditam, est dubiũ quis dicatur potior? dicit text. singulariter, quòd licèt eo tẽpore quo iste cõductor secũdo creditori pignorauit hunc Herotem, nondũ quidquã pro conductione deberetur: tamẽ quia iam dicto locatori erat obligatus & sic inuito locatore ius pignoris solui non posset, præfertur locator. Ecce casum singularem vbi creditor in diem præfertur in pignore ei cui simpliciter & purè dictum pignus obligatum est, si creditor in diem fuit prior in tempore, qui est singul. casus. Bene facit text. singu. in l. potior. §. videamus. ff. eo. vbi casus, quòd creditor prior conditionalis impleta conditione præfertur in pignore ei, cui secundo pignus purè obligatum est. Accedat notabi. casus in l. Lucius. ff. eo. vbi creditor primus præfertur secundo in pignore, nõ solum in sorte & vsuris quæ concurrerũt antequam secundo pignus hypothecaretur: sed etiam in vsuris quæ concurrerunt postquam pignus secundo obligatũ est. Pręterea quando implementũ contractus sequitur de necessitate diẽ celebrati contractus inspicimus: sed quando ex voluntate inspicimus diẽ implementi. Casus est not. secundũ Bart. & Ang in d. l. j. qui po. in pig. ha. l. pen. quæ res pig. oblig. pos. d. l. qui balneũ. Ex prędictis igitur habes: quòd si debitor fugisset est pręferẽdus in bonis hypothecatis prior creditor, licèt in diem: & dies debiti nondũ venisset, & creditori competeret debiti persecutio pignorum. Idẽ si esset suspectus de fuga: & d. l. quæsitum valde commẽdat Salice. in l. j. C. de condit. ex lege. per illam dicit, quòd quãdo debitor est suspectus & fugitiuus ante diẽ exigi potest: & sic obtinui pluries. Accedat tex. nota. in l omne æs. ff. pro socio, ꝙ vbi ante conditionis euentum

tum eminet periculum suspicionis potest creditor petere sibi caueri per fideiussoris dationē, & sic suspicio facit ante tempus competere actionem: quod est not. secundū Bal. ibi. (pro debitoribus suspectis.) quod nota, per quod habes no
5 ta. limi. ad hanc legem. † Secundò adde & tene mēti perpetuo, quòd si aliquis est debitor fisci ex primipilo qui nō est soluēdo: & habet aliquem debitorem sibi obligatum ex aliqua pecuniæ quātitate, quā sibi mutuauit vel ex alia causa, quòd fiscus etiā ante diem ad quam dictus debitor erat obligatus soluere dicto fisci debitori potest agere contra dictum debitorē sui debitoris: & ille ante diem compelleretur fisco soluere id quod debet suo debitori. Iste est ca- 6
sus singu. in l. j. C. de condi. ex lege, & sic iste erit alius casus in quo executabitur instrumētum ante diē, quod tene menti. & dicit Bal. ibi illū tex. esse
d valde notabi. [d] ad hoc quòd emptores gabellarū pro necessitate reipublicæ possunt exigi ante tēpus dimisso eis medio tēporis interusurios vt dicit ibi glos. vnde dicit, ꝙ propter repentinas necessitates hoc fieri videmus tota die & non est iniustū: quod dicit esse menti tenendum. Idē ibi Sali. dicēs, quòd sic frequēter practicat in Bononia cōtra gabellarum conductores, & datiarios. Est etiā ibi casus ꝙ fiscus potest conuenire suū debitorem ante diē. Ad hoc eū allegat Salice. & Bald. & clarè ibi probatur eo, quia text. disponit in casu fortiori, scilicet, ꝙ possit exigi debitor debitoris ante diē. & intelligūt ibi doct. generaliter illu tex. in debito fisci, licèt loquatur in debito primipilari. Et sic ex dicta lege iunctis his, quæ ibi doct. dicunt, habes singularissimam limitationem ad hanc l. vt fiscus posset petere executionem debiti ante diem tam cōtra suum debitorem, quàm contra debitorem sui debitoris: quia in fisco procedítur executiuè: vt in l. missi opinatores de exactio. tribu. & dixi supra. † Sed nunquid hoc erit verum indistinctè, quod fiscus debitorem suū, & sui debitoris debitorem posset exigere ante tēpus, vel sit necesse ꝙ fisco emineat necessitas ad hoc, ꝙ fiscus habeat hoc priuilegiū exactionis ante diē? Salic. sentit ibi hanc difficultatē in prima opposit. in solutione contrarij de lege iustas. C. de iure fisc. lib. x. & videtur tenere ꝙ indistinctè habeat locum etiā si non emineat necessitas. Nec obstat di. l. iustas: quia illa habet verū in actione ex eo contractu: sed condictio ex dict. l.

admittitur. & in hac residet non concludit mihi hæc solutio, & vrget nimis text. in d.l. iustas. vbi est casus secundum lecturam glo. quòd fiscus non admittitur ad agēdum, & debitum petēdum ante tempus. Quapropter idem Salico. in prima solutione ad primam oppositionem dicebat quòd dict. l. j. intelligatur vbi rei publicæ immineret necessitas in dict. l. iustas. non imminebat, & sic debet vti iure communi, licèt non firmet pedes in hac solutione. Bald. in dict. l. j. dicit quòd ibi est casus specialis propter publicam necessitatē, quę semper videtur fiscum vrgere: quia semper est in sumptu: & sic videtur sentire illā l. obtinere propter publicam necessitatem: sed dicit quòd hæc necessitas semp est in fisco, cū semper sit in sumptu: & ita indistinctè seruetur dispositio di. l. cum hæc necessitas semper sit in fisco: & re vera iste videtur sensus di. l. primæ ibi. (vt fisco cuius ob necessitates publicas potiorem causam esse oporteat. &c) & sic illa est causa gnālis, quare dictum priuilegiū conceditur fisco: quia semper habet necessitates publicas, & sic non videtur necesse, quòd immineat alia necessitas nisi illa q̄ semper sibi inest cum semper sit in sumptu. & Bar. sic indistinctè summat illam l. j. ibi. Idem Bar. in l. iij. §. multa ad fi. ff. de iure fisc. dicit indistinctè quòd vbi fiscus habet debitorem in diem, agit ex iure speciali con dictione ex lege. allegat di. l. primam.

7 † Sed attento quòd dic. l. j. loquitur in officio primipilari, in quo de iure sunt multa specialia. Itē, quia fundare se videtur super necessitate. Item, quia est casus contrarius in di. l. iustas. vt euitetur legum correctio aliqualiter videtur durum concedere indistinctè fisco ius exigēdi debitum ante diem. Imminente necessitate æquissimū est: & ita exemplificat Bald. in dict. l. j. dū dicit, quòd emptores gabellarū pro necessitate reipublicæ possunt ante tempus exigi maximè: quia dimittitur eis interusurium medij temporis: sed quia lex scripta est illā indistinctè serua: maximè quia licèt d. lex fundat se in necessitatib' fisci: attamen videt̄ semper p̄supponere dictas necessitates imminere fisco, & sic nō aliis probationibus incūbere debemus. Cogita quia dict. l. iustas. secūdum hunc intellectū videtur corrigi, & semper est euitāda legū correctio: & mirū est ꝙ Bal. in l. j. C. de hęre. vel actio. ven. nu merat omnia priuilegia fisci per modū cuiusdā summulæ, & nō meminit istius casus, qui singu

singularis est & quotidianus. Et sic ex prædictis habes aliam limitationem ad hanc legem, quòd instrumentum non mandabitur executioni ante diei solutionem destinatam intellectam notabiliter vt supra.

SVMMARIVM.

1 *Statutum vel lex disponens in contractu an habeat locum in quasi contract ., & an hæc lex regia habeat locum in quocunque debito in instrumento vndecunque descendat per totum.*

ADDITIO.

a *Adde Bal. in l. mutum. §. j. ff. de acq. hær. Alb in tract. statutorũ. in q. 100. in j. parte. Ias. in l. barba. col. ij. ff. de offi. præfe. præt.*

1 Octauò † limita hanc l. ex quodam eleganti cõsilio domini Ang. de Peru. in consi. ccxcvj. vbi dicit, quòd si ex forma statuti instrumentum factum per contractum habet executionẽ paratam, ita quòd potest incipi à præcepto contra formam iuris, istud statutum non extendetur ad quasi cõtractum. Vnde infert, quòd non comprehendet tale statutum instrumentũ in quo continetur sententia, quæ transiuit in rem iudicatam. Motiua sunt iura vulgaria, quæ dicunt quòd statuta sunt stricti iuris, & cùm loquuntur de cõtractibus non debent extendi ad quasi contractus, reperio quendam solennem doctorem Franciscũ de Acoltis de Aretio facere mentionem de hoc consilio Ange. in l. more. in princ. ff. de acqui. hæred. & dicit esse verum dictum Ang. in aliis quasi contractibus per ea quæ refert se dixisse in l. mutum. ff. de acqui. hære. & est in illa quæstione ibi trita per docto. si mulier prohibeatur per statutum contrahere sine certa solennitate, si extendetur ad quasi contractũ: sed in quasi contractu, qui oritur ex sententia iuxta doctrinam Bar. in l. ij. ff. de præto. sti. in §. penul. videtur sibi valde dura determinatio Ange. cùm sententia de iure communi habeat executionem paratam, licet nunc alteretur modus in executione contra formam iuris. Vnde satis videtur posse tolerari secundum eum quod etiam sententia posset mandari executioni illo modo si potest mandari contractus, qui de iure communi non habebat executionem paratam. l. minor xxv. annis cui fideicõmissum. ff. de mino. & hoc per regulã, cui licet quod est plus, licet quod est minus. l. nec in ea. §. j. ff. de adulte. per Imo. in l. si verò. §. de viro. ff sol. matri. & sic residet prædictus doctor cõ
2 tra Ang. †Certè retenta illa opinione, quam ipse Aretinus sequitur, scilicet, quòd statutum disponens in contractu,

co

non habeat locũ in quasi contractu, [a] maximè vbi est eadẽ
a ratio, non vrget fundamẽtum suum ponens differentiam in quasi contract u, qui oritur ex sententia, ex eo quia sententia habet ex se executionem paratam: quia hoc fundamentũ suũ tollitur ex eo quòd sententia est nouata per contractũ: vnde per dictam nouationem tam ipsa sentẽtia quàm cõtractus, per quem est nouata amiserũt ius executiuum: cum sentẽtia nouata non habeat executionem paratam: nec etiam contractus in quo continetur sententia nouata. Iste est casus no tab. in d. l. minor xxv. annis. & in l. iiij. §. si ex conuẽtione. ff. de re iud. l. si causam. C. de exe cu. rei iudi. ergo cum dicta sen tentia nouata est per cõtractũ hac de nouatione præsupposita non potest stare fundamentum dicti doctoris: quia tunc ius executiuũ nullo modo potest assumere vires: nisi vigore statuti disponentis, vt contractus executioni mandetur, ergo nõ habebit locum in quasi contractu: quia in materia exorbitanti & contra legem dispositio facta in contractu non trahitur ad quasi contractum, est casus in l ij. §. omnis. iuncta l. de eo. §. fi. de iudi. quia in §. omnis. aufertur priuilegiũ concessum legato si contraxit in loco legationis: & illa dis- 4 positio nõ extenditur ad aditionẽ hæreditatis, quę est qua-
3 si contractus. † Nihilominus quo ad casum legis nostræ teneo contrariũ: imò quòd tale instrumentũ factum super sen tentia habebit executionẽ paratam: quia nos loquimur in lege, quæ mandat, vt instrumenta habeant executionem paratam & contractus, & cùm sit lex cessant fundamẽta Angeli qui loquitur in statuto, & omnia sua fundamenta tẽdũt à ratione statuti. Item hęc lex non dicit quòd instrumẽtum in quo continetur contractus: sed quòd quilibet contractus debiti alterius causæ habeat executionem paratam. Sed licet in aliquo contractu contineatur debitum ex sententia seu ex alio quasi contractu, si in tali contractu est debitum certum: & in eo continetur pa ctum executiuum, quòd communiter apponitur in omnibus contractibus, talis cõtractus absq; dubio executabitur per hanc legem, quæ generali ter loquitur in omnibus contractibus ex quibus aliquid debetur seu promittitur non facta aliqua distinctione sit debitum ex sententia vel ex alia causa: & quia nomine contractus continetur omnis obliga tio. l. omnẽ. ff. de iud. l. apud Iu lianũ. §. fi. ff. ex qui. cau. in pos. ea. † Iuuat prædicta quòd etiã in

in statutis si mulier prohibetur cõtrahere, prohibetur etiã quasi contrahere, de qua per Bar. in l. more. de acqui. hęr. & licet Bar. ipse in aliis locis sibi contrarius: & est longa quæst. tamen communis est opinio, & iuri consona, quòd vbi est eadem ratio siue prohibendi siue permittendi contractus, idem erit in quasi contractu, secus si esset minor, hæc fuit singularis doctrina Bar. in l. de eo. in §. fin. ff. de iud. vbi tenet ꝙ dispositio facta in contractu trahitur ad quasi contractum, vbi est eadem ratio, sed non ad quasi contractum, vbi non est eadem ratio: & illum ad hoc ponderat Are. in l. mutum. in col. v. de acqui. hęr. corroborari potest ex eo quod dicit Io. de Imo. in l. si verò. §. de viro. ff. solu. matri. in ij. articu. principali. & ex glo. not. in clemen. j. de electioni. & ex eo quod dicit Bal. in l. quòd verò. ff. de legi. quia hæc est larga materia quo ad propositũ
5 legis nostræ hoc sufficiat. † Ex quo habes, quòd ratio huius legis ad omne debitum in instrumento contentũ se extendat siue sit ex sententia vel ex alio quasi contractu: maximè quia iam tale debitum non petitur ex quasi contractu: sed ex contractu, vbi est incorporatus quasi contractus, in exemplo posito per Ange. Vnde credérem indistinctè quòd dispositio huius legis habeat locum in quasi contractu: cùm sit eadem ratio, & quia tex. hic loquitur per verba multum generalia, scilicet (obligaciones & deudas). l. omnem. ff. de iudi. ibi (omnem obligationem pro contractu habendam, &c.) Tertiò, quia Bar. in d. l. mutũ. tenet quod si in statuto sit mentio obligationis extenditur ad quasi contractum, vnde si statutum dicat, quòd mulier nõ posset se obligare sine certa solennitate illa solennitas requiritur in quasi contractu, ex quo posset oriri obligatio. Facit tex. in d. l. more. vbi est casus quòd qui non potest se obligare, nõ potest adire: nec quasi cõtrahere: multa possent adduci tradita per doct. in d. l. more. & in l. mutum. & in l. apud Iulianum. §. si pupillus. ff. ex quib. cau. in possess. ea. sed quia non sunt præsentis materiæ illa omittam. Præterea ea nos loquimur in lege vbi non est tãta dubitatio: doctores loquuntur in statutis inter quæ multum interest.

SVMMARIVM.

1 *Infra nouem dies à morte defuncti non potest peti executio contra heredes: & in quibus personis & pro quibus debitis procedat hæc conclusio per totum.*

ADDI

ADDITIO.

a *Adde de huius tex. intellectu: & limitatione vltrà suprà in alio §. notata singularem decisi. auream Nico. Boe. in decis. liij. in j. parte: vbi latè quando hæres poßit excipere quod est in tra. tempore conficiendi inuentarium.*

1 NOnò† limita hãc legem, quòd nemini licitum est hæredibus, propinquis & affinibus, & vxori, & coniunctis personis defuncti, & eius fideiussoribus vllam inquietudinẽ vel molestiam occasione debiti defuncti, vel generaliter ex quacunque causa ad prędictas personas spectãte ante spatiũ nouem dierum inferre, quicquid infra dictum tempus factum fuerit inualidum est. Iste est casus singularis qui sic à Bar. summatur in §. meminimus. in auth. vt cùm de appel. cogn. colla. viij. & sic infra dictum tempus, cessabit executio. facit tex. in l. ij. §. pe. ff. de in ius voc. vide suprà in quinta extensione ad hanc legẽ: & sic indistinctè §. ille loquitur a in illis personis, quæ habent consanguinitatem, vel affinitatẽ cum testatore: quòd nec pro debito testatoris, nec pro suo, nec alia quacunque causa sunt inquietandi infra dictos nouem dies, & reprobat ibi tex. crudelitatem cuiusdã, quẽ dicit Imperator cognouisse, cuiusdam mortui genitorẽ à sepultura sui filij redeuntẽ nomine debiti tenuisse: & hoc probatur ibi, (siue debiti gratia, quòd à defuncto descendit siue alterius cuiuscũque causæ nomine ad memoratas personas specialiter spectãte) rationem subdit ibi tex. qua illud tẽpus nouẽ dierũ videtur cõueniens ad legẽdũ, & sic põdera illũ tex. qui generaliter loquitur nõ solũ in debito descẽdenti in persona defuncti: sed generaliter alterius cuiuscũque causę ex eorũ propria persona. Vnde trũcatè & imperfectè videtur sumpta authen. sed nec. C. de sep. vio. ibi, (nulla prorsus fiat molestia aduersus quẽlibet ex persona defuncti.) nã verba posita in d. §. meminimus. ibi, (vel siue alterius cuiuscunq; causæ fuerũt ab Yrne
2 rio obmissa.) † Patet igitur quòd infra nouẽ dies cessabit executio cõtra dictas ꝑsonas, quòd probatur ex d §. meminimus. inquantum in eo dicitur ꝙ non possint inquietari, nec molestia[a] eis inferri. Vnde habeo quòd eo ipso, quòd lex dicit nõ inquietãdos vetat executionẽ tex. & ibi Bar. in l. fi. §. donec. C. de iu. del. & per d. auth. sed nec. dicit ibi Bar. se defendisse quãdã mulierẽ quæ non petierat tutorẽ filiis suis. nil plus dicit: sed ipse idẽ Bar. eleganter hoc declarat in l. ij. §. confestim. ff. ad Tertul. ibi enim

enim mouet quęstionem intra quantum tẽpus mater si nõ petat tutorem filiis priuatur sue cessione: inter alia dicit quòd si pupillus moriatur infra nouem dies à morte defuncti putat matrẽ excusandã indistinctè nullo alio fundamẽto ductus: nisi per d. §. meminimus. Vnde fuit sumpta d. auth. sed nec. vbi infra nouẽ dies à morte defuncti non potest inquietari. Vnde potuit esse, quòd in anno illo tot cõsanguinei matris decesserunt quòd habuit excusationẽ pluriũ mensiũ per illã auth. & ex hoc vides Bar. sentire id quod ego suprà dixi, scilicet, quòd in his nouem diebus cognati & affines defuncti non possunt inquietari, non solum pro debito quòd descẽdit ex persona defuncti: sed ex persona propria, quia dicit Bar. quòd mulier posset habere excusationem propter mortem plurimorum consanguineorũ: sed id ad quod ipsa obligabatur, scilicet petere tutorem filio suo sub pœna priuationis hæreditatis non descendebat ab eis.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum vbi est à debitore appositum iuramentum, non meretur executionem.*

1 Decimò † limita vbi iuramentum à debitore est appositum in cõtractu ad submittendum se iurisdictioni ecclesiasticæ. Nam talis contractus in quo est tale iuramentũ non debet exequi tex. est not. in legibus Toleti incip. (Porque somos informados.) est hodie in ordi. in tit. accedat singul. determinatio Bal. in repetit. sua solenni super l. ij. ff. de iureiuran. l. iiij. col. in versi. super v. quæstio. in fine dicti versicu. vbi tractando an statutum possit remittere inter subditos iuramentum, concludit quòd tale statutum valet quo ad effectus iuris ciuilis: vt quo ad actiones quę sunt de iure ciuili. Vnde tale statutum impedit per iuramentum dari robur contractui ad agendum in foro ciuili, ex quo infert vnum verbum satis notandum ad hãc legem quòd talis contractus reprobatus à statuto non esset priuilegiatus ex forma statuti. Vnde non haberet paratam executionem ex præcepto guarentigiæ per formam statuti. Nam quatenus de statuto capit de forma & esse eatenus potest petere de non esse. ff. de re iudi. l. eius est nolle. nam cùm iste contractus sit ipsi statuto inimicus non debet ad priuilegia statuti pertinere. l. iij. §. fina. ff. de adi. lega. hæc ille. quæ verba, tene menti.

SVMMARIVM.

1 *Si Christianus est obligatus infideli.*

Vnde

1 VNdecimò † limita nisi cõtractus esset factus cũ Mauro vel Iudæo in quo Christianus obligaretur eis ad aliquid dandũ ex contractu: quia talis contractus contra Christianum non habet executionem paratam. l. ij. in ordi. regis Henrici in Burgis peti. ij. & ordi. regis Io. Burgis peti. xxv. & regis Ioan. Madrid. peti. j. & l. iij.

SVMMARIVM.

1 *Ante executionem instrumenti an requiratur citatio.*

2 *Practica huius regni in executione instrumentorum & de fundamento illius.*

ADDITIO.

a *Nota communẽ practicã regni.*

DVodecimò † principaliter limita interueniẽte citatione. allego ad hoc Bald. in l. ab executore. in ij. col. C. quarũ appe. non recipi. in versi. sed quid dices. vbi postquã tractauit vtrum in executione sententię sit necessaria citatio, quærit quid in executione instrumẽti guarantigiæ? Respõdet Bal. quòd non potest fieri sine citatione: quia nulla sententia præcessit. Vnde ex quo nunquã fuit de causa cognitũ, necesse est à citatione incipere in §. fi. inst. de pœna teme. litigan. Idem tenet ibi Sal. in iiij. col. versi. circa istius partis expeditionem. dicit hoc esse indubitáter: verũ ponit quasi eadem verba & fundamẽta Bal. eo suppresso, vt moris sui est,

2 a † Communis[a] practica quæ in hoc regno seruat est quòd eo ipso, quòd pars producit corã iudice instrumẽtũ habẽs paratam executionẽ, nulla citatione præcedente iudex viso instrumẽto dat pręceptũ algazelo, quòd faciat executionem in bonis debitoris pro quãtitate cõtẽta in instrumẽto, & infra terminũ executionis fiẽdæ cõpareat corã eo ad ostẽdẽdã solutionem vel aliã legitimam exceptionẽ: & pars comparet & opponit se dictæ executioni & præcepto, dicendo eam nullã, & etiã præceptũ nullum & iniustum & debere reuocari: & si infra decem dies probet exceptionem legitimam, absoluitur & reuocatur executio & præceptũ, aliâs proceditur ad finiendã executionem secundũ formã huius legis.

3 † Et hæc practica tollerari potest ex quodã eleganti dicto Ang. de Peru. ab eo posito in loco satis remoto, & est in l. si sic. §. j. ff. de leg. j. qui ar. d. l. iuncta l. cũ quidã. ff. de leg. ij. inquit quòd si statutũ dicit, ꝙ debitor per instrumentũ guarentigiæ capiatur ad merã voluntatẽ creditoris prout est Florentiæ, ꝙ viso instrumẽto poterit incipi à captura nulla citatione pręcedente: & si dicas defensio est de iure naturæ, ad quam ordinat

dinatur citatio, ergo non potest tolli citatio tãquam de iure naturæ: vt in cle. pastoralis. de re iu. respondet Ang. ꝙ non tollitur defensio: licet varietur defendendi modus: reseruantur enim defensiones ex post facto, quę de iure reseruari possunt. l. fi. C. de cõpens. & ff. ad Treb. l. ille à quo. in §. si de testamento. l. ij. C. de edict. diui Adria. tol. quinimò cùm defensio ex causa tolli potest, multò fortius tẽperari, modificari, aut ordinari. l. si seruus. C. de his qui ad eccl. confu. l. reprimendorũ. C. quomodo li. sine iudi. se vendi. facit gl. notab. in l. de pupillo. §. meminisse. de ope. no. nun. & ibi gl. vbi incipitur à pręcepto cũ iustificatione si senseris te grauatũ: & sic dicit Ange. ꝙ in casu isto placuit statuenti propter causam 3 instrumenti guarentigiæ peruertere ordinẽ defensionis, & dicit Ang. ꝙ cùm quæstio ista fuisset sibi commissa soluenda Florentiæ: ita consuluit & sic extitit iudicatũ. Quod perpetuò tene menti ad defendendã practicã nostrã quotidianã, incipientem à præcepto executorio sine citatione, quę verba habent singularem effectum: & ad propositum non reperies multa consimilia (additio) adde Ludouic. Roma. in consil. cxxxiij. in præsupposito post principium. vbi inquit singulariter nulla facta 4 Ang. mentione, ꝙ nihil† aliud est instrumentũ guarentigiæ clausulam continere, & consequenter habere paratam executionem, nisi ꝙ vigore eius cõpetat exactio sine strepitu & figura iudicij: & de facto incipiendo à captura personæ, vt patet ex his quæ dicit Bart. in l. ex his. C. depositi.

SVMMARIVM.

1 *An hæc lex aliquam exceptionem legitimam remoueat. & nu. 3.*

2 *Est differentia quòd per statutum vel legem remoueantur exceptiones, vel quòd statuatur terminus ad probandum.*

ADDITIO.

a *Secunda pars huius legis.*

b *Adde quæ sunt scripta in additione inserta in lectura, in penult. col. huius §.*

VEnio ad secundam partem insimul cum tertia commentandas: quia in secunda, nisi coniunctim cum tertia modicè insurgunt dubitationes. Continet ergo hæc secunda & tertia pars, ꝙ si debitor opponat se contra instrumentum, & eius executionem, allegando exceptionem solutionis vel quietationis, vel quamlibet aliam legitimam exceptionem, & illam probet: nihilominus tenetur soluere, & executabitur contractus nulla exceptione obstante, & facta solutione admit-

titur ad probandum, secundum formam, de qua latius in hac lege. Considera iurista ꝙ hæc lex si bene eam attendas nullam exceptionem legitimam remouet, b quin posset opponi contra executionē cōtractus. Nam disponit, ꝙ potest opponi exceptio solutionis vel quietationis, vel quælibet alia legitima exceptio: & hoc probatur ex ista l. maximè ibi. allegando que les han fecho pago dellas, o que hā fecho auenēcia con ellos, o pacto, o postura de les no demādar, o que se lo han quitado, o allegan otras qualesquier excepciones. &c. & sic practicatur. & per hanc l. corrigitur hodie quædam l. Henrici, posita hodie in quadam compillatione tit. viij. l. iiij. in qua dispositum erat, quòd contra instrumentum non poterant opponi, nisi certę exceptiones contentæ in d. l. & per istam legem etiam distingues & limitabis d. l. ꝙ exceptiones, ibi contentæ debeant probari infra decē dies.

2 †Extat ergo maxima differētia: vbi per statutū vel per legē remouentur aliquæ exceptiones simpliciter cōtra cōtractū. Sic loquuntur doct. in diuersis locis, vel vbi nō remouentur simpliciter, sed statuitur termi nus x. dierū ad probandū, nulla tamen exceptio quæ legitima sit excluditur. Nam in primo casu est maximus rigor, in secundo nō, maximè attēta huius legis dispositione, vbi etiā post executionē admittitur ad probandū. Ad hāc differentiā allego elegās verbū Bal. in loco peregrino. s. in l. fi. §. in cōputatione. C. de iur. delib. vbi mouendo q. si statutū specificè diceret, ꝙ contra instrumentū non posset opponi exceptio simulationis, dicit ꝙ licet sit exclusus ab illa opponenda virtute statuti: tamē quia tale statutū est iniquum propter eius iniquitatē, recurritur ad subsidium ecclesiæ. subdit Bal. & in hoc facit, ꝙ secus esset si statutū nō remoueret exceptionē, sed assignaret certū terminū ad illā probādā. Nā tūc in qua cūq; exceptione seruādū est statutū, ex quo nō remouet illā, sed statuit terminū ad illā probandā: nec potest tunc recurri ad iudiciū ecclesiæ: prout in casu superiori quando simpliciter remouebatur exceptio: quia talis assignatio termini non dicitur iniquitas, sed iustitia positiua. ff. de postul. l. j. §. initium. in versic. ratus. quod perpetuò tene menti. Ad hāc legem optimè faciunt verba elegantia Angel. in l. si sic. de legat. j. in §. j. relata per me supra in finali limitatione ad

3 ad hanc legem.† Ex prædictis infertur, quòd cùm hæc lex nullam exceptionem legitimam remoueat: sed assignet terminum ad illam probandam, obtinebit regulariter in quacunque exceptione: & habeas hoc pro quodam notabili principio ad huius legis intellectum, ne decipiaris in pluribus quæstionibus, quæ per doctores in diuersis locis circa hanc materiã ponuntur.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, an possit opponi contra instrumentum latissimè disputatur ad partes.*

4 *Stipulatio inutilis inserta in instrumento exequendo an debeat executioni mãdari.& nu.7.& 8.*

5 *Pactum nudum contentum in instrumento, an debeat executioni mandari.*

9 *Dos incerta promissa an possit mandari executioni.*

13 *Exceptionem non numeratæ pecuniæ an sufficiat allegari infra decem dies, licet aliter non probetur.*

14 *De statuto disponente in instrumento guarentigiato ad hanc legem non procedit semper argumentum.*

16 *Si non tenet principalis contractus, nec accessorium contentum in eo.*

17 *Si deficiant substantia, natura, vel solennitas in instrumento, præceptum guarentigiæ non valet. vide exempla. nume.18.19. & 20.*

21 *Instrumento vel priuilegio cassato vel reprobato, an præiudicet confessio quæ resultauit ex productione illius:& nume.22.*

25 *Sublata omni exceptione contra instrumentum guarentigiæ, an nihilominus possit excipi de nudo pacto.*

26 *Si in instrumento est renuntiatum exceptioni non numeratæ pecuniæ.*

27 *Negatiua, scilicet, pecuniam non esse numeratam, qualiter probetur.& nume.28.*

29 *An iuramentum decisorium appositum in contractu, impediat exceptionẽ non numeratæ pecuniæ.*

30 *Si exceptiones quæ oponuntur contra instrumentum vel contra eius necessariam solennitatem, non videntur exclusæ. vide exempla ibidem, & nume.31.*

32 *Exceptio nullitatis causata à defectu iurisdictionis non videtur exclusa.*

33 *Dominium non probatur per iuramentũ, licet damna data possint probari ex forma statuti, vbi ponit aliud simile.*

34 *Si negatur instrumentum productum esse confectum à tabellione parti producenti incumbit onus probandi,& qualiter & quando sit probandum:& nume.35.*

36 *In ciuitatibus & locis, vbi sunt tabelliones publici, an soli illi possint conficere instrumenta.*

37 *Exceptiones iuris an videantur exclusæ propter hanc legem.*

38 *Si petatur executioni mãdari instrumentum venditionis, an possit opponi exceptio rei non traditæ. & nume. 39.*

40 *Exceptiones quæ insunt actioni, an possint opponi post viginti dies, de quibus in l. regia.*

41 *Iudex ex officio an possit emptori agenti ad rem præcipere vt soluat venditori precium rei.*

42 *Fideiussor an possit opponere contra instrumentum guarentigiæ, quòd sibi iura cedentur.*

43 *Et an fideiussor possit opponere contra executionem instrumenti beneficium diuisionis.*

44 *An possit restitutio in integrum peti contra executionem instrumenti, nume. 45.*

45 *Omni exceptione sublata contra executionem, laudi potest opponi, quod non tenet compromissum, & etiam ea quæ impediunt substantiam actus vel contractus.*

46 *In casibus vbi minor admittitur vt maior nihilominus potest petere restitutionem in integrum.*

47 *Exceptio quæ descendit ex titulo quod cum eo, an possit opponi per filiumfamiliâs sui iuris effectum.*

48 *Exceptio ne quis conueniatur vltra quàm facere possit, an opponatur contra executionem instrumenti.*

49 *Et quid de exceptione Macedoniani.*

50 *Quarum exceptionum non sit necessaria probatio, sed sufficit infra decem dies earum allegatio.*

51 *Exceptio quæ ex euidentia instrumenti colligitur, an impediat executionem.*

ADDITIO.

a *Arguit autor ad partem negatiuam in hac quæst. vsque ad numerum 11. inclusiué.*

b *Adde quæ scribit autor infrà eodem §. nume. 24.*

c *Adde quæ scribit autor infrà eodem §. nume. 25. & vide latè per Ias. de veritate huius sententiæ Bal. in legitima. ff. de pact. col. ij. vbi reprobat opio. Bald.*

d *Adde autorem supra in iiij. limitatione, colum. fina. in versi. adde prædictis.*

e *Opinio autoris tenentis partem affirmatiuam, quam prosequitur vsque ad nume. 23. inclusiué.*

f *Adde Feli. in c. si cautio. de instr. maxi. nu. 55. versic. fallit iiij.*

g *Adde Ias. in l. iurisgentium. in §. quòd fere. ff. de pact. col. ii. & vide Maria. Socin. in consil. lij. præstantissime doct. j. volum.*

h *Adde de materia scribentes in c. cùm venerabilis, hic alleg. vbi Phil. Dec. nume. 22. cum pluribus seq. ordinauit dicta doct. per sex conclusiones.*

i *Adde Fel. in c. si cautio. de fide instru. nu. 76. versi. amplia. j.*

k *Adde Ias. in l. legitima. col. ij. ff. de pactis.*

l *Respondet autor fundamentis primo loco adductis.*

m *Adde Ias. in l. tale pactum. ff. de pact. col. ij. & Phi. dec. in cõs. 682.*

Adde

n *Adde Feli. late in c. si cautio. de fide instru. col. x. versic. ampliat. iiij. num. 48. cum seq.*

o *Adde Alex. de Imo. in cõsi. cxiij. vol. v. & quid dicendum si allegaretur confessionem in eo contentam esse erroneam Hipp. de Mar. in singul. cccclij.*

p *Adde Ale. de Imo. in consi. clxvj. volu. ij. & si opponatur quòd instrumentum non est guarentigiatum: vide Barto. Socin. in consil. lxxix. col. pen. vol. iiij.*

q *Adde quòd si instrumentum producatur de lõginquo & nullus cõtradicat ei. Abb. Panor. in c. j. de fide instru. vbi per Phil. Dec. nu. 19. versi. vnũ tamẽ. & ibi an sufficiant pro corroboratione instrumẽti literæ testimoniales factæ per officialẽ regentẽ ciuitatẽ vel locũ.*

r *Lex regni singularis quæ reperitur hodie in compillatione Mõtal. titu.* de los escriuanos del numero de las ciudades y villas. *in l. iiij.*

s *Adde Phil. Dec. in cons. cxix. & pro tenui facultate: vbi ex hac conclusione dicit quòd aut Bar. in l. si duo patroni. §. si quis iurauit. ff. de iureiu. debet restringi in sententia aut quod contra eũ est cõmunis opinio ex pluribus citatis per eum in illo consi. in propria specie: & exceptione rei non traditæ.*

t *Adde Lu. Ro. in cõsi. cccclxxij. in eo quod quæritur: vbi an renũtiatio exceptionis cedandarũ debeat esse specialis. & vide Hip. de mar. in rep. ru. ff. de fideiu. nu. 28. cũ se.*

v *Adde Ale. de Im. in cõs. xvij. causa vertẽte vol. j. fi. col. quãdo executio sentẽtiæ impediatur propter restitutionẽ in integrũ: & Ias. in auth. quæ suppli. C. de pre. Imp. of. nu. 4. §. cõdẽna. ff. de re iu. nu. 16.*

x *Adde sing. in c. ex parte. de restit. spo. Anch. & scribentes in c. fi. de iudi. lib. vj. Bal. & Pau. de Cast. limitantes in l. exigendi. per glo. ibi. C. de procura.*

y *Adde Phil. Cor. cõs. cciiij. in ij. vol. & Alex. de Imo. cons. cv. vol. v. & latè per Hip. de Mar. ru. C. de proba. nu. 157. versic. modo restat.*

1 Sed pro euidẽtia huius primæ partis subiicio q. notabilem & quotidianã, quã multoties vidi & habui de facto, nunc etiã pẽdet. Et est nũquid cõtra instrumẽtũ habẽs executionẽ paratã, posset opponi exceptio nõ numeratę pecuniæ. Ita ꝙ etiã si nihil probet debitor infra x. dies, nec post opponẽdo hac exceptione infra x. dies obtineat, & impediat executionẽ, videtur ꝙ nõ.
2 † Primò ex[a] hac l. quæ indistinctè dispo-
a nit, quòd si infra decem dies debitor non probet exceptionem solutionis, vel quietationis, vel aliam legitimam exceptionem, quòd executetur instrumentum.
3 † Secundò, autoritate Bal. in l pecuniæ. C. de solutioni. vbi dicit. Nota ad instrumenta confessionata, quæ habent vim sententiæ ex forma statuti: ꝙ ex tali in-

ſtrumento probatur mutuum naturale,ſicut probaretur per ſententiam diffinitiuā:ſi ergo probatur mutuum,verè præceſsiſſe non habet locum dicta
4 exceptio.†Tertiò ex eo,qđ dicit Ange.in l.j.in §.ſi quis ita.
b de verb.obli.[b] verſi.cui addo. vbi poſtillãdo Bar.dicit,quòd ſi ſtatutum mandat executari guarãtigiæ,hoc eſt ꝙ propter præceptū guarantigiæ executentur inſtrumenta,tunc licèt ſtipulatio inſerta in inſtrumēto ſit inutilis,mãdabitur executioni: & ſic licèt ſit nullus cõtractus celebratus in inſtrumento, mãdabitur executioni inſtrumentum, ſicut mandatur executioni ſentētia iniuſta lata ſuper inutili cõtractu in fauorem carentis omni actione.l.cum putarem.ff.fami.erc.l.poſthum⁹.in §.ſi quis ex his.ff.de inoff.teſt.hoc fuit de mente Barto.in d.§.ſi quis. ita ad finem licèt breuiſsimè loquatur remittens ſe ad verba ſtatuti.Idem ibi Alexand.
5 † Quartò, facit not. deciſio
c Bal.[c] in l.ij.C.de exec.rei iudi.in fi.verbis vbi dicit,ꝙ ſi in inſtrumēto guarantigiæ continetur pactum nudum:& conſtat ꝙ eſt nudum,& ſic ineffi- cax de iure ciuili,quòd nihilo minus debet tale inſtrumentum exequi.Mouetur quia cū ſtatutum diſponit de executione inſtrumenti per conſequens diſponit, quod pactum nudum veſtiatur literis,aliàs nõ eſſet exequibile: vnde per inſtrumentū illa dicitur legitima cõuētio,dato ꝙ eſſet facta nudo pacto:ideo quia lege municipali adiuuatur ad agēdum.ff.de pact.lege legitima. quod eſt multum notandū ſecundum eum.ecce ergo,quòd ex pacto nudo de iure ciuili nõ oriebatur actio.tamen dicit Bal.ꝙ ex quo ſtatutū mandat exequi inſtrumentū,videtur inducere veſtimentū literis huic nudo pacto & facere illud efficax:ſic ergo in cõfeſſione ſuper mutuo licèt talis confeſsio ſit efficax infra biēniū redderetur efficax in inſtrumēto executorio appoſita dicta cõfeſsio.idē Bald.in l.ex placito fin.verbis.C.de rerum permu.vbi dicit,ꝙ contra inſtrumentum guarantigiæ nõ poteſt opponi ꝙ pactum fuit nudum nuditate formali:allegat dict.l.legitima,& l.ſi quis argen.de donation. idem Io. de Imo.in l.ſi.col.xij.ff.à quibus appel.non li.& de hoc dicto meminit Alex.in dict.§.ſi quis ita v.col.verſi.poſtremo. vbi reſidet cū deciſione & di-
6 ſtinctione ſuperiori. † Præ- tereà facit optimè,id qđ Bald. dicit in l.ſi.C.de fal.cau.adie. lega.vbi tenet,ꝙ ſi dicat ſtatu tum quòd contra inſtrumenta dotalia non poſſet aliqua exceptio

ceptio opponi quòd nõ potest opponi, nisi illud qđ tãgit instrumentũ puta defectum solẽnitatis instrumẽtalis, vt est defectus diei consulis: & sic de similibus, quæ tangunt instrumentũ, non autẽ potest opponere id quod tangit substantiã indebiti vel obligationis. Ratio est: quia hoc nomen instrumentũ significat non veritatem, sed cõtinentiã & tenorem, facit qđ dicit Bar. ff. de testamẽ. mili. l. Diuus. & in l. j. §. parui ff. quod vi aut clã.
7 † Itẽ hoc videtur esse de mẽte Alexand. in l. si ita stipulatus. in §. Grisogonus. ff. de verb. oblig. in x. col. vbi mouẽdo quæstionem si instrumentum guarentigiæ continet inutilem stipulationem debeat executari. finaliter residet cum distinctione, de qua Ange. & ipse in di. §. si quis ita, scilicet, quòd dato, quòd in instrumento guarentigiæ contineatur confessio vel stipulatio quæ aliqua causa sit inutilis: vt quia facta à muto, tamẽ instrumẽtũ habebit executionẽ paratã, si tale statutũ mãdabat executari instrumentum, non propter contractum, sed propter præceptũ guarentigiæ secus si mãdaret exequi instrumẽtũ propter cõtractum: & sic propter substãtiam cõtractus: & sic tenet idẽ qđ ipse & Imo. & Ang. tenẽt in d. §. si quis ita. & per fundamẽta adducta per Ange. ibi & ad hoc fundandũ adducit dictam determinationem Bal. de qua in d. l. ij. de execu. rei iudi. scilicet ꝙ statutum dans executionem paratam in instrumẽtis habet locum in instrumentis continentibus nudum pactũ, & sic enefficax de per se. Idem Bal. l. ex placito, & in d. l. ij. §. pupillus de neg. gest. secundũ Alex. & ibi Alexã. post multa hinc & inde adducta, dicit sic deberi concordari secundum distinctionem supra dictã. Ang. & Imo. in dict. §. si quis ita fuit de mente Bald. in
8 multis locis. † Intentio istorum tendit ad hunc finẽ, quòd vbicunq; statutũ mandat executari guarentigiam & præceptum: & sic instrumentũ propter dictum præceptũ, non curamus, ꝙ cõfessio in eo apposita, seu stipulatio sit inutilis vel inefficax, vt in pacto nudo: ex quo est in eo præceptũ guarentigiæ cui statutum dat executionẽ, quasi absolutè, & per se non considerata validitate, vel substantia debiti, seu obligationis, sed quãdo mandat executari contractũ propter contractum, & tũc secus, vt infrà dicetur: quia statutum illo casu videtur habere considerationem ad substantiam & validitatẽ cõtract⁹, seu obligationis. Dicit tamen Alexã. ꝙ opinio illorum est limitan-

da, nisi confessio ipsa transiret in specificum nomen contractus, prout est cõfessio mutui iuxta l. ij. cum ibi no. si cer. peta. quo casu etiam si statutum daret executionem instrumẽto guarentigiato propter contractum debent executari & sortiuntur effectum in instrumento, in quo esset facta confessio, quanuis stipulatio esset inutilis. sic residet multipliciter respondens cuidam dicto Bald. in l. si absentis. C. si certũ pet. optimè fundatur hæc conclusio. s. ꝙ dato ꝙ actio sit inefficax, induatur sibi quoddã vestimentũ ex dicto præcepto guarẽtigiæ: ex eo ꝙ dicit Bal. in l. j. ad fin. C. de dot. promi. ibi tex. dicit, quòd dos incerta ꝓmissa ex nudo pacto nõ potest exigi: & instrumẽtum est inefficax in quo promittitur dos incerta, puta, quia quæ nubebat, vt ibi text. dicit in instrumẽto dotem dare promisit.
9 d † Infert ibi Bal. [d] quòd si statutum diceret, quòd in instrumento guarentigiæ, id est habẽs in se præceptum notarij de soluẽdo mandetur executioni, quòd si in tali instrumẽto fuit dos incerta promissa, quòd mãdabitur executioni tale instrumẽtum arbitrio boni viri constituenda: & sic executabitur secundum arbitriũ boni viri. Nec obstat secundũ eũ d. l. quia ibi concurrebant duo specialia in casu isti⁹ quæstionis: licèt cõcurrãt duo specialia nõ ex eadẽ causa: sed vnũ ex contractu alterũ ex autoritate iudicis præcipiẽtis: sed ad aliud argumẽtum, quod ipse facit nõ respondet: dicit enim primò videtur ꝙ nõ valeat, quia cũ nõ valet instrumentũ quod est principale, vt in d l. ergo nec præceptũ guarantigiæ, quod est accessorium. l. j. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei. hoc argumentũ relinquit insolutũ & reduxit se ad solutionem d. l. primæ. sed potest respondere, vt supra: quia statutũ videtur hoc priuilegiũ dare guarentigiæ: & sic præcepto nõ habendo respectũ ad contractum, & eius validationem, vt latè supra deductũ est.

10 † Prætereà fundamenta superiora adhuc magis vrgent ad hanc legem regni, attento quòd per eam non tolluntur omnino aliquæ exceptiones, nisi quo ad terminum probãdi eis præfixum: & etiã postquã contractus fuit executioni mandatus cum effectu admittitur ad omnes exceptiones allegãdas & probãdas via ordinaria, vt continetur in d. l. Præterea hoc videtur sentire quædã gl. in l. vnica. C. de cõfe. vbi gl. exẽplificat d. l. in cõfessione facta super mutuo: & dicit ꝙ præiudicat si fiat in iudicio, vt ibi text. dicit, ergo sic

sic videtur dicendũ in his instrumentis, quia habent paratam executionem in cõfessum
11 sicut sententia. † Præterea Bald. in l. si sub specie. C. de postu. dicit: quòd si per statutum contra instrumentum confessionatũ nõ posset opponi, nisi exceptio solutionis & simulationis, quòd nec etiam potest opponi exceptio non nu. pecu. Ratio, quia hæc exceptio non est propriè simulatio: quia eadẽ causa quæ præparatur exprimitur in instrumenta. & sic à principio nulla est simulatio, cum inter partes per chirographum vere contrahitur: licèt efficacia non sit illi contractui, nisi post biennium. & idem Bald. in l. j. C. de execut. rei iudi. dicit, quòd si per statutum contra instrumentũ guarantigiæ non possunt opponi, nisi certæ exceptiones, ꝙ contra dictũ instrumentũ nõ potest opponi, ꝙ stipulatio est sine causa: licèt Bal. cõtra in l. si non sortem. in §. in debitum. versi. sed an poterit. ff. de condi. indebi. & opi. Bal. in d. l. ij. reperio tenere eundẽ Bal. in l. sicut. C. de repu. hæredit. vbi dicit, quòd in instrumẽto guarentigiato non requirit̃ causa cum sit ibi præceptum iudicis factum in confessum, quod videtur factum in iudicio: licèt ratio ista non concludat quo ad legem nostram. Hæc sunt quæ aliquẽ inclinare possent in hanc partẽ, quibus non obstantibus quo ad casum l. nostræ, & attento tenore instrumentorũ, quæ hodie in Hispania fiunt habentiũ paratã exe-
12 cutionem. † Teneo [c] cõtra-
c rium, imò ꝙ posset opponi cõtra ea & cõtra executionẽ exceptio nõ numeratæ pecuniæ: & sic multoties consului. & sic etiã iudicibus in simili causa iudicãtibus dedi cõsiliũ, & me subscripsi eorum sententijs, & semper obtinui, & hanc partẽ sequutus sum cum olim iuuenis repeterem l. primã. C. de hære. actio. vt latissimè in illa famosa repetitiõe, videbis in centesima col. fundamẽta propter quæ hãc partẽ esse veram affirmaui: indubitanter sunt
13 hæc. † Primò, quia hæc lex nullam exceptionẽ remouet legitimam ad impediẽdã executionẽ, si infra decẽ dies probetur: ergo cùm ista sit exceptio legitima, & iuridica apposita infra terminum impedit executionem. & si tu dicas etiam si opponatur infra terminum, si tamẽ illã nõ probat infra terminum, videtur nota singulariter, quòd non posset obtinere: cùm hæc lex mãdet fieri probatio. infra decẽ dies. Nam ad hoc respõdeo, quod eo ipso: ꝙ opponit exceptionẽ nõ nu. pecu. infra biennium, per cõsequens probat sib. nõ nu-

me.pecu. Allego ad hoc tex. in l.ij.C.de non nu pecu. vbi tex. iuncta glo. dicit, quod debitor probat sibi nō nume.pecu. eo ipso, quod opponit exceptionem non nume.pec. donec cōtrarium probetur. Ad idē est tex. iuncta glo. in l.j.C.de con di.ob turpē causam.l.j.in parte asseris.C.de non nume.pecu. cum igitur ista sit exceptio legitima, & illā opponat infra terminū, & videtur illam probare eo ipso, quod nō probatur contrarium, satisfacit huic legi: & per consequēs debet obtinere.

14 † Secūdò, quia [f] prædicti doctores loquuntur in casu sui statuti & in forma suorum instrumentorum, quę sunt guarātigiæ, & habēt pręceptum in confessum: quæ confessio fit coram notario, qui habet iudiciariam autoritatē ad præcipiendum: & sic habetur tanquàm si confessio esset facta coram iudice, & illud tale præceptum habet vim sententiæ. & secūdum statuta eorū nulla exceptio potest opponi, quæ omnia sunt multū diuersa legi nostrę & eius dispositioni: & etiam consuetudini & stillo instrumentorum quæ conficiūtur in hoc regno tam quia non fit præceptum in cōfessum: quàm etiam quia notarij nullam iurisdictionem habent ad faciēdum tale præceptum & hæc lex etiam permittit apponi oēs exceptiones legitimas, quod secus disponunt statuta Italiæ in multis partibus. Ideo semper aduertas quod nō semper procedit argumentū de instrumētis guarentigiæ ad nostra instrumēta dato, quòd omnia habēt executionē paratā, sed diuersi modè. Ideo semper attendas ad rationē qua mouētur doctores ad decidendū, vt sic videas si procedit argumentū de instrumēto guarētigiæ, de quo ipsi loquūtur ad nostra instrumenta.

15 † Tertiò, [f] quia etiā in statuto eorū & instrumēto guarentigiæ reperio contrariū: & ad hoc allego autoritatē Cyni de Pistorio in l.in contractibus in princ.C.de nō nume.pec.iiij.quæst. vbi dicit, ꝙ si aliquis in iudicio confessus est recepisse pecuniā ꝓmittit illā soluere, quod si hoc fecit sponte non attractus: sed per modū voluntariæ iurisdictionis, nō præiudicat sibi: imò habet exceptionem non nu.pec. Quod facit secundū eum pro debitoribus qui obligātur in instrumēto guarantigiæ. Nā cum ibi illa confessio & præceptum quod iudex facit vel tabellio ex forma statutorum procedant per modum volūtariæ iurisdictionis, competit contra tale instrumentum exceptio non numeratæ pecu. sicut competit contra confessionem,

sionem, vt in d.l. in contracti-bus. cum vtrobiq; militet eadem ratio: sed si in iudicio confessus est, & promisit inuitus, & per modum contentiosæ iurisdictionis, tunc nõ potest opponere dictam exceptionem: quia cùm inuitus fecit nõ præsumitur factum spe futuræ numerationis: quia non est verisimile, quod confessus fuisset si pecunia sibi non fuisset numerata. ff. de verb. obliga. l. inter stipulãtem. in §. stichum. ideo præiudicat sibi cõfessio. Idem sequitur ibi ad literam Sali. & quo ad hoc vltimum addit aliã rationem: quia quando in iudicio cõfitetur inuitus per modum contentiosæ iurisdictionis, videtur confessio facta super mutuo antecedenti: & sic cessat exceptio. C. de non nu. pec. l. generaliter. Bal. idem in l. in contractibus. ad fi. principij. C. eodem. sequutus per omnia Cin. ibi. Idem Cin. in l. vnica. in ij. q. C. de confess. ponit formam istorum instrumentorum, in quibus fit præceptum de soluendo à iudice, vel à notario per statutum & exemplificat ex causa mutui dicens, quòd habet executionem paratam: sed loquitur generaliter de effectu præcepti, nec loquitur in casu in quo opponeretur exceptio non num. pec. vel ne. Ideo ne decipiaris, quia possent aliquẽ imperitũ mouere verba sua ad cõtractũ executandũ, non obstante exceptione non nu. pec. & ipse loquitur generaliter de instrumentis cõfessionatis: & illud regulariter est verũ, quòd confessio in iudicio habet executionẽ paratam, vt est casus in l. vnica. C. de confes. & in hac l. post rem. dixi latius suprà, propter hoc dicit Bar. in d. l. vnica. quòd instrumenta cõfessionata habent executionẽ paratã: quia per statutũ in illa ciuitate datur iurisdictio tabellioni, vt suprà dictum est. Hãc eandẽ opinionem reperio tenere Sali. in l. vnica. C. de confess. iij. col. in iij. oppo. vbi intelligendo quandam gl. illius l. quæ exemplificat illam l. in mutuo. dicit quòd in mutuo confessio facta in iudicio præiudicat, dicit Sal. in prin. illam intelligere quãdo illa cõfessio fuisset facta in iudicio necessario, quod redditur in inuitum per modum contentiosę iurisdictionis, & ad hoc reputat illam gl. pro notabili: quia tunc statim præiudicat, nec potest apponi exceptio non num. pecu. cùm tunc est confessio ex causa de præterito: & hæc est conclusio Cini in d. l. in contractibus. quam suprà retuli: licet non allegauerit dictum gl. clarius adhuc loquitur Sal. in d. iij. oppositio. vbi dicit, quòd dicta glo. non habet locum

cum quando confeſsio fieret per modum voluntariæ iuriſdictionis, vt in inſtrumentis guarantigiæ quæ fiunt in Tuſcia, vbi iudex vel notarius facit præceptũ confitendi, vt ſoluat ad terminũ. Nam talis confeſsio & præceptum non præiudicat quin poſſet opponi exceptio nõ nu. pecu. quaſi tunc procedat ex partium conuentione: & ſic ſequitur Cin. cuius fuit hæc originalis opinio.

16 †Quartò allego Bal. in l. ſi abſentis. in penul. col. C. ſi cer. pet. vbi dicit hæc verba: vnum ſcias propter ſtatutum de iſtis inſtrumentis cõfeſsionatis, ſiue guarentigiatis: quia ſi non tenet principale nõ tenet confeſsio, nec præceptum per tex. ſingu. in l. ſi. ff. de conſti. pec. & eſt ille caſus ſingu. quòd ſi aliquis credidit ſe eſſe hæredem debitoris creditore defuncti hoc ei perſuadente: propter quod conſtituit ſe debere creditori, quod defunctus debitor ei debebat. Nam ſi reuera non fuit hæres, nihil valet conſtitutũ, nec ipſe remanet obligatus virtute talis conſtituti: & ideo ſummatur illa lex ſic per Ang. ſi non tenet contractus principalis, non tenent ea quæ appoſita ſunt, tanquam eius adminiculum. nam quicquid ibi eſt confeſſus præſumitur quòd confeſſus eſt erroneę credens ſe hæredẽ. Vnde conſtito, quòd non ſit hæres nihil valet cõfeſsio: & dictam l. inducit ibi Guliel. de Cu. & poſt eum Ang. ibi ad vnũ verbum notandũ, quòd emptores redditũum publicorũ non tenentur ad ea, quę promiſerunt: nõ ſolùm communi, ſed aliis quibuſcunque ſi ad ipſos emptores redditus nõ peruenerunt, fortè quia contractus principalis non valet, vel quia ciuitas eis aufert, quòd reputo val de notabile pro conductoribus gabellarum noſtri temporis ad multa quotidie eis occurrentia. Item nullo exiſtente contractu vel inſtrumento, nulla eſt guarentigiæ clauſula, reciſo enim principali contractu, intelligitur eſſe reciſa & annullata quælibet eius clauſula habẽs ſe per modum acceſſorij ad dictum cõtractũ, vt eſt guarantigia, id eſt clauſula executoria. Iſta eſt gl. ſin. quam ad hoc propoſitum laudat Rom. in conſi. xlij. incipit viſis quę egregiè. in l. ſi patronus. §. fin. ff. ſi quid in frau. patro. dixi ſuprà in ij. not. in verſic. & pondera pulchrè in ma-

17 teria iuramẽti. †Quintò [d] al-

d lego pulchra verba Bal. in l. etiã. in j. & ij. col. C. de exe. rei iud. quæ ſeruiunt non ſolũ ad hoc propoſitum: ſed ad multa occurrentia ſuper his inſtrumentis, dicit enim & optimè conſiderandum eſſe in his inſtru

ſtrumentis guarentigiatis, quia vbi deficit ſubſtantia & natura vel ſolennitas præceptum guarentigiæ non valet, & ſecundum eum ſubſtantia eſt, quod primũ res aliquid eſt natura qua primum res talis eſt, & ſic de aliis: vnde infert quòd ſi inſtrumentũ eſt factum cum furioſo, cùm deficiat ſubſtantia, nil valet præceptum. Idem ſi inſtrumentum ſit factum in carcere ad vtilitatem & locupletationem incarcerantis, & ſic eſt vitiũ, quòd cum aliena iactura quis intendit locupletari: quæ ratio concludit ad propoſitũ noſtræ quæſtionis. Infert etiam & notãter, quod ſi eſt contractus innominatus, qui propriè naturam non habet, niſi ſit proceſſum ad implementum ſaltem vnius partis: quod præceptũ factum ad executionem iſtius cõtractus non valet, niſi agentis impletio ſequatur. Mouetur quia ſi principale virtutem non habet: ergo nec acceſſorium. Alleg. l. j. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei. quam multoties ad hoc propoſitum allegat l. fulcinus. §. ſi in diem. ff. ex quib. cau. in po. ea. facit d. l. fin. ff. de conſti.
18 pecu. †Infert etiam, quòd ſi ſit præceptum extra naturam contractus, puta quòd vnus contrahẽtium vadat Romam pro alio nulla obligatione ſuper hoc præcedẽte, non valet. alle. Inno. in c. j. de iud. lib vj.
19 †Vlterius infert, quòd ſi ſtatutum ſit, vt in contractibus certa ſolẽnitas ſeruetur, quòd præceptum guarantigiæ illa ſolennitate non ſeruata nõ valet, dato quod illud pręceptum non ſit contractus l. verba geſſerunt. de verbo. oblig. l. cùm hi. §. ſi prætor. de tranſac. quia perfunctoria pręcepta legis efficaciam non habent concludens, quòd ad hoc vt guarantigiæ, id eſt illud præceptum executorium ſit ſeruandum. oportet, quod neceſſaria adſint & abſint obſtatiua, & hoc tene menti tu iudex corã quo petitur executari inſtrumentum à muliere celebratum: vt videas ſi tale inſtrumentum fuit factum à muliere de licentia mariti: quia ſi deficit dicta licentia, nõ meretur executionẽ: cùm hodie per l. maguer foro legum. lib. iij. tit. de las deudas. mulier non poteſt ſine licentia mariti contrahere. Subdit Bal. idem eſſe in inſtrumento cõfeſsionato: quia neceſſariò oportet quòd aſſumat vim & virtutẽ à cauſa ipſum producẽte. Sed cum cauſa cõfeſsionis ſit mutuũ, ſi non fuit facta numeratio in præſentia tabellionis, & teſtium ex ſola confeſsione infra biẽniũ, nec probatur, nec præſumitur numeratiò: ergo cauſa ipſam cõfeſsionẽ producẽs nõ eſt vera, nec

nec efficax in effectu: & quia in mutuo substantia cõtractus est numeratio, vt leges dicũt, & Bal. in l. j. in ij. col. de exec. rei iudi. & sic infra biennium aliter nõ probata numeratione, quàm per confessionem nõ potest instrumentum virtutem sumere à causa ipsum producente. †Infert etiam, quòd si fœnerator reuera mutuauit cẽtum, & fuit celebratũ guarentigiæ in hac forma, quòd ego promisi ei ista centũ restituere infra mensem: & si sic non fieret post mensem ei esset licitũ accipere & quęrere sub vsuris dicta centũ, quæ dicta centum & vsuras ego promisi restituere, quòd hoc instrumentum non est exequibile cõtra me pro dictis vsuris, ex eo solo quod fœnerator dicat dictã pecuniã se sub vsuris accepisse. Imò debet probare quòd sua intererat accipere sub vsuris propter aliquod eminens periculũ: quia hoc instrumentum est suspectũ, maximè si in eo diceretur ꝙ stetur simplici dicto fœneratoris ne fœneratorib⁹ detur materia fraudandi. Quod no. ad multa. †Sextò[h] mihi videtur facere satis ad propositum id quod dicit Innoc. not. in c. cùm venerabilis. de exce. ij. col. quòd si actor producit aliquod priuilegium pro se, & postea illud priuilegiũ probetur falsum, licet tacitè producendo priuilegiũ, videtur cõfiteri omnia in eo cõtenta esse vera, etiã quatenus faciunt cõtra eũ, tamen reprobato, & cassato priuilegio falso probato nõ præiudicat sibi dicta confessio: cùm videatur hoc fecisse innitẽs priuilegio suo quod verũ putabat. c. cum i, & a. de re iudi. subdit plus & in hoc facit quod idem esset si expressè confessus fuisset vera esse, quæ in priuilegio continentur: & sic cõfiteretur respectu instrumẽti, nam eo cassato & sublato, & omnia quę ex eo sequuntur vidẽtur tolli: secus si cõfessus fuisset non respectu instrumẽti: nã tunc tenetur stare cõfessioni etiam cassato instrumento, & hanc conclusionem Inno. reperio tenere Bar. in l. post legatũ. ff. de his quib. vt indig. ij. col. in versi. Itẽ cõtra hoc oppono. dicit etiã Innoc. vbi suprà, quòd si tale instrumentum careat solẽnitate nõ propter hoc irritatur cõfessio, qua actor cõfessus est contenta in instrumẽto esse vera: & credit Inno. quòd licet pronuntietur instrumẽtũ nõ probare, fortè quia deficiebat cõsensus canonicorũ. de censi. c. cùm olim. vel aliũ defectũ solennitatis patiebatur propter quod pronuntiatum est instrumentum nõ sufficere ad probationem eius, quod inducitur: tamen confessio sibi præiudi

iudicat propter quam rata de-
bent haberi cōtenta in instru-
mento. Rationem differentiæ
ponit ibi Inno.& de per se pa-
tet. nam secūdū eū probato fal
so instrumēto, tollitur funda-
mentū cui inhęrebat cōfessio:
& per cōsequēs totum tollitur
ædificiū ei cohęrēs, scilicet cō-
fessio.c.veniens.de presby.nō
bapt. in alio casu remanet in- i
strumentū in suo vigore, licet
nō habeat tantū vigorē, vt cre
debat producens arg. auth.ex
cau.delib.præt. sic ad proposi-
tum cùm dicta cōfessio spe fu-
turæ numerationis sit ineffi-
cax ante biēniū.eodem modo
pręceptum executiuum appo-
situm in dicto instrumēto tan
tum inhærens dictæ cōfessio-
ni,est inefficax,quę omnia sen
sit Inno.in c.cùm olim.de cēsi.
optimè facit id quod dicit Bar
to.in d.l.post legatū.vbi limi-
tando supra dictam cōclusio-
nem Inno.dicentis,quòd quā-
do confessio facta est simplici-
ter,non respectu instrumenti,
etiam cassato instrumento,nō
cassatur cōfessio. Nam refert
illud putare verum si quis di-
ceret instrumentum nullum
simpliciter. Sed si quis allega-
ret errorem in confessione:&
ad probationem erroris indu-
ceret instrumenti nullitatem
tunc illud sufficeret.& videtur
erronea confessio, nec si bene
considerētur aduersantur his,

quæ dicit Ang.& post eū Imo.
in l.seruum filij.§. eum cui.ff.
de lega.j.& in l.huiusmodi.in
§. ita cui.ff. de lega.j. quia ibi
annullatur instrumentū à le-
ge,& etiam est ibi casus diuer
sus, vt dixi suprà in vj.princi-
22 pali limitatione. † Septimò
mouet me multum considera
tio l.fina.C. de non nume. pe-
cu. vbi est casus singularis, i
quòd iuramentum appositum
super contractu mutui non al
terat naturam contractus, &
iuramento non obstante infra
biennium potest opponi exce
ptio non nume. pecu. quia di-
ctum iuramentum habet taci
tè naturā contractus annexā,
& secundū eam videtur iura-
re debitor,scilicet si sibi nu-
merata fuerit pecunia: sic in
proposito licet præceptū gua-
rentigiæ, & aliæ clausulæ po-
nantur in cōtractu nō alterāt
naturā eius: imò intelligūtur
appositæ sub eadē cōditione,
scilicet si numeratū fuerit:& si
hoc est in iuramento quod tā-
git Deum,& ei dirigitur à for
tiori in præcepto executiuo,
maximè cùm iuramentum sit
grandis efficacię:vt dixi in pri
mo notabi. Præterea non po-
test negari quòd vbicunque
quis confitetur in instrumen-
to se mutuū accepisse, vbi ali-
ter per instrumentum nō con-
stat de numeratione lex præ-
sumit, quòd spe futuræ nu-
mera

merationis fecit promißionẽ & confeßionem, lex etiã pręsumit infra dictum biẽnium, quòd sibi nil numeratum est, ergo cùm infra dictum biennium conuenitur debitor, & ipse excipit sibi non nu. pecu. iam redditur confeßio inefficax & inualida. nã si ille promisit soluere, fecit sub spe numerationis fiendæ quam cogitauit, & credidit sibi fiendam, & deceptus est cũ non fuit facta: & eodem morbo laborat præceptũ guarãtigię: & omne illud quod factum est in eodẽ instrumento, cũ totum sit factum in consequentiam dictæ confeßionis: & sic succedunt omnia fundamenta per Inno. in d.c. cùm venerabilis per me supra recitata. & videtur apertè militare ratio. l. fi. C. de con sti. pecu. & dictum Bal. in di. l. si absentis. quod dictum recitat. & sequitur Pau. de Cast. in d. l. fin. licet Alex. in d. §. Grisogonus. intelligat illud cum quadã modificatione, scilicet quando statutum mandat exequi contractum propter obligationem, & nõ principaliter propter præceptum, vt statim
23 subiiciam. † Præterea [k] Bal.
k in l. si non sortem. in §. indebitum. in ij. col. ff. de condi. inde. dicit quòd si per statutum excludatur omnis exceptio contra instrumentũ guarantigiæ, nihilominus potest excipi de nudo pacto. Mouetur per fundamentum satis cõcludens ad propositum: quia istud præceptum est accessoriũ, & si principale non valet ad agendum, ergo nec accessorium: quia accessorium non vestit principale. l. si pacto quo pœnam. & l. petens. C. de pactis. secus si statutum tolleret defensionem, cùm sufficiat agẽti iustitia naturalis. l. bona fides. ff. depositi. & sic tenet contrarium eius quod tenuit in d. l. ij. Præterea reperio hoc expreßè determinaße Ioan. de Imo. nulla facta mentione de his quæ supra retuli in l. j. penul. col. ff. de his quæ in test. delen. vbi tenet ꝙ si per statutum ciuitatis instrumẽtum publicum vel confeßionatum debet mandari executioni, quòd si apparet instrumentum publicum, in quo vir cõfeßus est se recepiße dotem, ꝙ tale instrumentũ debet mãdari executioni: etiam si deficeret verbũ promißiuũ. Hoc ponit in antep. col. subdit post ea in seq. col. hoc eße verũ, quã do transacta eßent tẽpora opponẽdi exceptionẽ nõ numeratæ dotis, vel illi eßet renũtiatũ, aliàs secus. l. fina. & auth. ibi posita. C. de dote cauta. Et idem Bald. in addi. ad Specul. in titu. de appella. in ver-
24 sicul. sed nunquid. † Restat [l]
l nunc respondere ad fundamenta, quæ adduxi in contrariam

riã sententiã. Non obstat doctrina Ang.& aliorũ modern. quos ante retuli in l. j. in §. si quis ita.ff.de ver.obli.imò attenta eorũ mẽte fundatur hæc conclusio, quia ipsi loquuntur vbi statutum mandat principaliter executari guarentigia, id est, præceptum habendo simpliciter respectum ad ipsum præceptum: nam tũc nil aliud attẽditur, nisi præceptum non autem validitas obligationis, ideò nimirum si in dicto casu executetur: licet stipulatio sit inutilis vt mandatur executioni sententia iniusta lata super inutili cõtractu, sed vbi statutum mandat exequi contractum, id est, substantiam contractus principaliter propter præceptum in ea appositum, tunc si contractus est inutilis, non mandabitur executioni, l. iiij. §. condemnatum. de re iudi. l.diuus.ff.de test.& sic est in hac nostra l. cuius commentum assumpsimus, vbi principaliter mandatur exequi instrumentum, vel contractum principaliter,&ita hoc fundamentum potius concludit pro

25 positum.†Ad aliud quod dicebat Bal.in d.l.ij. scilicet,quòd non potest opponi exceptio nudi pacti, ipse tenuit contrarium, vt supra dixi, & posito quòd fuisset vera illa opinio, deberet intelligi in nuditate formali,scilicetverborum,sed in nuditate casuali, si ex eodem instrumento apparet causa excipiendi, procedit exceptio:quia opponere ex instrumento non est opponere contra instrumentum.l.quæro.in §.inter locatorem.ff.loca.l.stipulatio.ff.de iure do.sic est in proposito in hac exceptione.

m Nam licet sit causa[m] in eo,scilicet mutuum tamen ex ipso instrumento clarè apparet causa excipiendi, ex eo quòd sola confessio mutui si tabellio & testes non attestantur de numeratione non probat mutuũ. & ita dicta exceptio nõ num. pecu.constat ex instrumento: ideò potest opponi,ita intellexit Bal.hanc nuditatem obstare vel non in l.ex placito.in fi. verb.C.de rer.permu.sed dato quòd esset verum, vt exceptio nudi pacti non posset opponi, hoc nõ infert de necessario in exceptione non numeratæ pecuniæ:cùm dictum pactum nudum posset à statuto recipere vestimentum: quæ ratio cessat in dicta exceptione, nec etiam obstat dictum Bal.in l.fi. C.de fal.cau.adie. quia ipsemet Bal. illud limitat, nisi statutum diceret,quòd contractus dotium non posset opponi aliqua exceptio. Nã cùm tale statutum secũdum eum intelligatur de vera dote, bene potest excipi, quòd non sit vera,& sic magis facit ad probationem conclu-

sionis meæ? ad alia fundamenta facilis stat responsio, quia diuersum est statutum, vbi omnes exceptiones excluduntur, exceptis quibusdam à dispositione huius l. quæ omnes legitimas exceptiones admittit. per prædicta etiam reiicies argumentum quoddam, quod posset fieri ex quodam dicto Bal. in rub. C. de priuileg. dot. iiij. col. vbi tenet, q si statutum disponit q instrumenta confessionis dotium, habeāt vim rei iudicatæ. nam ex hoc sequitur, quod ab initio habebitur pro veritate, vt in l. res iudicata. ff. de regul. iur. & per consequens non potest opponi cō tra eum exceptio non numeratæ dotis aliquid. Bald. in l. fin. C. de sponsal. nam ipse loquitur in statuto disponente instrumentum habere vim rei iudicatæ. quod non disponit hæc lex, nisi solùm quo ad executionem paratam. quod longè diuersum est. & de prædicto statuto, prout Bald. loquitur debes intelligere ea quæ plerique moderniores loquuntur in l. j. ff. solut. matri. Corroboratur hæc conclusio vltra allegata per verba huius l. quę exprimit multoties hoc nomen debita. ibi que touieren contractos ciertos de las deudas que les deuieren. & in aliis locis huius l. quæ verba denotant talia debita, quæ possent exigi ab inuito, & verbum obligationis simpliciter prolatum, non intelligitur de sola naturali, nec de sola ciuili, sed de ea quæ potest exigi. l. is cui. §. flauius. ff. de solu. sed de efficaci obligatione. l. vel obligatur. ff. de libe. cau. idem si proferatur simpliciter verbum debiti. d. §. flauius. l. quibus diebus. in §. dominus. ff. de condit. & demonst. ex quibus infert Bald. eleganter ad propositū in l. iij. quæ incipit (ait prætor.) §. pupillus. ff. de neg. gest. q si statutum dicit, quòd instrumentū debiti guarentigiatū, vel instrumentum obligationis mandetur executioni, sicut sententia: quod instrumētum continens nudum pactum nō est exequibile. Mouetur: quia ex quo in instrumento fit mētio obligationis vel debiti, debet intelligi de debito officaci, nō de naturali tantum, vel ciuili tantum: & vbi nulla est obligatio, nullū est præceptum, quod est accessorium obligationis. l. j. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei. l. cū vero. in §. subuentum. ff. de fide libert. quæ verba dicit bene notanda. ergo cùm ante biennii confessio nō sit efficax, nec debitū propriè: & sic cessat executio: ex quo habes elegātem declarationē ad dictū Bald. à me supra relatū dicētis q etiā instrumentū cōtinens nudum

pact

pactum est exequibile: nam intelligitur nisi in statuto fieret mentio debiti vel obligationis: hæc conclusio videtur esse de mente Bal. in l. j. C. de exe. rei iudic. vbi tenet, quòd vbi statutum disponit quòd cōtra executionem instrumenti guarentigiæ, non posset opponi exceptio, nisi aliqua in statuto specificè nominata, quòd nihilominus possunt opponi omnes exceptiones liquidationē instrumenti eneruantes. ideò dicit, quòd si non est debitum ope exceptionis: ergo debitū liquidari non potest. d. l. vel obligatur. ff. de libe. cau. l. j. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei. igitur si non liquidari, non exequi, cum debitum efficaciter probari non potest, ergo nec liquidari: & ita cessat executio. Hæc sunt verba sua & notanda. cùm ergo infra biennium debitum non sit liquidū, nec verè & realiter est debitum iuris præsumptione, ope exceptionis non nu. pec. habeo intentum propositi mei, & si dicas hæc lex obstat huic conclusioni, quæ infra x. dies mandat probari concedo, quia eo ipso quòd opponit, probat cū est infra biennium. d. l. ij. C. de non nu. pecu. & ibi gl. & l. j. C. de condit. ob turpem causam: & sic teneo conclusiuè, ꝙ in casu quo de iure cōmuni habet locum exceptio non nu. pec. contra instrumentū, habebit etiā locum contra instrumentum habēs paratam executionem: nā talis exceptio impedit exe-

26 cutionem. † Vnum tamē tenementi, ꝙ cùm hodie in omnibus instrumentis apponatur renuntiatio exceptionis non numeratæ pecuniæ, habebit locum executio si esset renuntiatum huic exceptioni. nam licet de iure communi secundum magis communem opi-

n nionem,[n] si renunciatio exceptionis non numeratæ pecuniæ apponeretur in eodem instrumento, nil valebit renuntiatio, nisi ex interuallo, secundum Bal. & alios in l. si ex cautione, & in l. cùm fidē. C. de nō num. pec. & est quæstio vulgaris: tamen hodie est quędā lex huius regni valde singularis, quæ disponit: quòd etiam si renuntiatio huius exceptionis non numeratæ pecuniæ apponatur in eodem instrumento, quòd valet renuntiatio, & repellitur debitor ab opponēdo illā: ita disponit tex. singularis in l. noua, quæ incipit. fiuza y esperança. in v. parti. ti. j. in fi. quod bene nota, & sic practicatur, & sic intelliges supradictam quæstionē, quando non est renuntiatum exceptioni non numeratę pecunię, vt ego vidi iā in aliquibus instrumentis factis per tabelliones imperitos in locis rurali-

ceptũ iudicis vel laudum latũ ab arbitris, vel contra instrumentum confessionatum nil posset opponi, quòd nihilominus possum opponere qđ non est præceptum iudicis, nec laudum per l. non ignorat. C. qui accusa. non po. ita se expedit Bart. dicens, sic disputãdo determinasse Nico. de Ma. hoc est etiam de mente Barto. per illum text. in l. nõ putauit. in §. non quamuis de bono. poss. contra tabu. vbi dicit, quod si instrumentũ publicum debet executioni mãdari, illud est verum si est ritè factum. est text. in l. iiij §. condẽnatum. ff. de re iudi. & Bar. ibi per illũ tex. inquit quòd statutum loquens de contumace intelligitur de eo, qui est ritè cõtumax: & ibi de bannito.
31 † Et Bar. notanter in l. diuus. ff. de testamen. mili. dicit, quòd super statutũ contra instrumentum publicũ vel sentẽtiam nõ possunt opponi, nisi certæ exceptiones. quod si volo opponere instrumentum non esse instrumentum P vel sentẽtiam non esse sententiã, bene possum opponere. nam prius debet constare instrumentum esse instrumentum, vel sententiam esse sententiam per dictum §. condemnatum. idem Bart. in l. ij. in §. prætor. ff. qui satisda. cogan. Ioan. And. in addi. ad Spec. titu. de senten. prola. §. vt autem in additione incipienti ad hæc. & Bal. in l. si tamen. C. de execu. rei iudi. Salic. in l. ita nobis pudor. C. de adulte. Alexã. in iiij. volu. consiliorũ cõsi. cj. & Bal. notabiliter in l. si nõ sortem. in §. indebitum. ff. de condit. inde. per illum tex. qui dicit, quod non dicitur debitũ quod potest exceptione excludi, infert ad statutũ, quod contra instrumentum guarentigiatum nulla exceptio admittatur, quod nihilominus potest opponi quod instrumentum sit falsum vel non solenne, cum instrumentum falsum vel non solenne non meretur nomen instrumenti. l. si quis legatũ. ff. de fal. l. diuus, de testamento milit. & prius debet constare de substantia, quã de qualitate: & quia priuilegium statuti nõ cõpetit nisi ei quod est in rerum natura. l. paul. de verbo. signifi. secundum eum bene facit quod dicit Ang. in l. non erit de iureiur. per quãdam glo. eiusdem legis: quod si ex forma statuti contra laudamẽta vel arbitramenta vel instrumenta guarentigia, nil potest obiici, sed iudex alio nõ discusso tenetur executioni mãdare nihilominus potest obiici exceptio nullitatis per dict. §. cõdemnatum.
32 † Præterea nullitas quæ causatur ex defectu iurisdictionis ista nũquam videtur exclusa, dato ꝙ gene

generaliter omnes exceptiones excludātur per statutū.gl. est notabi.in cle.vnica de seque.posse.& fru.Item Bart.in l.ij.in §.prætor ait.ff. qui satisda.cogan.per illum tex.dicit,quod etiam si ex forma statuti instrumentum debet mādari executioni, intelligitur dum tamen tale instrumentū subsistat per l.diuus.de testa. mili.idem Abb.& post eū moderni in capit.ex parte de officio delega.quasi omnia supra dicta tenet & sequitur Bald.in l.fi.C.de fals.causa adie.lega. & in aliis locis Bart.notanter in l.diuus de testamē.milit.l. si cū exceptiōe.§.in hac quod
33 metus cau. † Optimè adduci potest ad prædictorū cōfirmationem quod scribit Bal.in l. j.C.de iureiuran. quòd si statutum disponat,quod in causis damnorum stetur sacramento domini,quod dominium non probabitur per iuramentum. Mouetur,quia vbi iuramentū aliquid certū requirit pro fundamento,illud fundamentum ante omnia est probandum:& in simili dicebat Bal.in l.præscriptione.C.si contra ius vel vti.publi.quod esto quod maleficiū probetur per iuramentum:non tamen ad fundandā iudicis iurisdictionem:vnde si, quantum ad condemnationē statutum mandat,quod maleficium probetur per iuramentum:tamen quo ad fundandā iudicis iurisdictionē; quia nō cōstat quod sit iudex,qui posset deferre sacramentum non probabitur delictum per iuramentum.fuit originale Ioan. Andr.in.Roma.in §.cōtrahentes de foro cōpe.lib.vj. maximè hæc procedunt absque dubio attenta decisione huius l. in qua expressè disponitur omnes exceptiones legitimas admittendas ad executionem impediendā intelligendo semper ꝙ si sunt tales exceptiones,quæ requirunt probationem ex parte opponentis,debēt probari infra x.dies: & sic intellige prędictas decisiones.
34 † Et propter prædicta ego dicebam de facto vnū quod occurret tibi de facto,dū in gurgitibus causarū versaberis,vt mihi occurrit pluribus vicibus. hodie disponit quædam lex partitæ huius regni:quod vbicunque ab aliquo producitur in iudicio instrumentum publicum,si ille contra quem producitur negat illum a quo dictum instrumētum est signatum & subscriptum esse tabellionem,nec pro tali hābitum & reputatū quod parti instrumentum producenti incūbit onus probandi illum, qui instrumentū confecit esse tabellionem vel pro tali habitū & reputatum:& sic practicamus quotidie.Hęc est lex cxiiij.in-

cipit (aduzen las partes) iij. parti. titu. xiij. quæ lex fuit extracta de iure cõmuni. Nã reperio quod Bal. notanter in auth. sed nouo iure. C. si certũ peta. in iiij. col. dicit, ꝙ quãdo negatur, ꝙ scribens non fuit tabellio, nec est eius scriptura si tractatur de magno præiudi
q cio duo sunt probanda.[q] vnũ circa personam scilicet officiũ aliud circa scripturam scilicet esse suã, idest à dicto tabellione scriptam. ad hoc secundum sufficit comparatio literarũ, nisi tabellio esset præsens vel eius discipulus qui scripsit: qa tunc ipsi interrogãdi sunt: & hoc secũdũ probatur in auth. de instrumenti caute. in §. in his verò. & tenet Iaco. de Be. Ni. in §. sed si instrumenta in iij. q. ita dicit Bald. in di. auth. & sic hoc concordat cũ dict. l. partitæ. & hoc latè determinat & tractat Spec. in titu. de instru. edi. §. instrumentũ ergo. versicu. sed primò quòd de ipsius. & versicu. sequen. plenè per Canonistas in capi. j. de fide instru. & per Spec. in d. tit. §. restat per Cy. & Bal. in l. cõparationes. C. de fide instr. nota. in l. si quis decurio. C. de falsis. & in auth. & si contractus. C. de fide instru. cum gl. & in auth. de instr. cau. § si verò moriantur. Bar. in l. j. §. si quis neget. ff. quẽad. testa. ape. Bald. in d. l. in exercendis, vbi omnes concludunt, quòd onus probandi incũbit producenti instrumentum per Alex. in cõsilio centesimo in iiij. vol consiliorum. Sed hanc doctrinã, & d. l. partitæ limita, nisi tractaretur de paruo præiudicio & iudicis motus concurrat: quia tunc statur scripturæ. idẽ si persona tabellionis, & eius scriptura esset nota in loco, & cũ hoc temperamento intelligas dictam l. parti. ita dicit Bal. in d. auth. sed nouo iure.

35 † Hoc præsupposito infertur nunc cõclusio notabilis de facto, vt prædixi occurrens, ꝙ si ille contra quem petitur executio instrumẽti, negat dictũ instrumentum non esse signatum à tabellione publico, nec pro tali habito, nec signum in eo contentum esse illius tabellionis, de quo in eo fit mẽtio, posito quòd esset tabellio ꝙ donec per producentem illud probetur non mãdabitur executioni cũ effectu, nec executio finietur. Quod tene menti maximè quando instrumentũ non est confectũ à tabellione publico alicuius ciuitatis, sed ab aliquo alio istorũ, qui vulgariter nominãtur notarij cameræ, seu regis notarij: non tamen officiales publici alicuius loci. Cum isti non sint ita noti, ꝙ non sit difficilis probatio officij tabellionatus illorum, cum nõ exerceant in ciuitate

uitate officiũ tanquã alij notarij publici locorũ:ideo producenti illorũ instrumẽta necessario incũbit probatio de illorũ titulo, vel quasi possessione. quod not.

36 † Imò teneas perpetuò menti hodie per legẽ huius regni esse prouisum in casu fortiori scilicèt quod in ciuitatib⁹, & aliis locis, vbi sunt tabelliones publici vulgariter nuncupati vel numero, sed cõcilij illius loci, illi soli possunt vti officio tabellionatus quo ad cõtractus & obligationes, & testamenta, & tabelliones, seu alij notarij de camera non possunt dare fidẽ de obligationibus, testamẽtis, & cõtractib⁹ nec corã eis possunt celebrari, & si celebrentur non faciunt fidẽ & ipsi puniuntur.

r [r] Ista lex est singularis facta per inuictisimos reges nostros in curiis factis tẽpore hui⁹ legis in ciuitate Toleti incipit (congran justicia nos es suplicado) quod nota ad limitationẽ huius l. sed illa lex in meo libro est corrupta: nec enim ibi bene declaratur si illa dispositio sit generalis vel referatur ad illos notarios cameræ factos vsque ad d.l. prout in principio legis videtur disponi: dũ dicit (y en quãto alos escriuanos q̃ fasta aqui fueron criados &c. Cogita. vide illã quia in meo libro est corrupta.

37 † Intellige tertiò hãc legẽ excludentẽ exceptionẽ post x. dies quod nõ per hoc videtur exclusa exceptio illa, quæ venit de natura act⁹ maximè illa exceptio quę est iuris. ita Alexan in d. §. parui. sed quia hoc est quotidianũ hoc explicabo multipliciter aliquibus exemplis, ex quib⁹ colliges huic l. elegãtes limitationes. primũ exemplũ. Si per formã statuti excluditur omnis exceptio cõtra cõtractũ vel executionem, nihilomin⁹ potest opponi exceptio insinuationis omissæ. ita dicit Bald. in l. sancimus in fin. princi. ibi intellecto. C. de donati. Alex. & ibi sentit Bar. vnico verbo in l. vt mihi donares. ff. de dona. idẽ Alexã. in d. §. parui. & est rectè dictũ: cùm hæc exceptio sit iuris, & vltra hoc eius probatio euidenter apparet ex inspectione instrumenti: est etiã de natura actus ꝙ interueniat insinuatio in donatione. l. scimus C. de donatio. est notandũ ad instrumentũ, in quo ex causa donationis aliquis obligat⁹ est ad certam summæ quãtitatẽ requirentẽ insinuationẽ, secundum formã dictæ legis.

38 † Secundum, quòd si petatur executio instrumenti ex quantitate vẽditionis potest per emptorem opponi exceptio rei non traditæ: & hæc exceptio impediet executionem; allego Bal. in l.

ex prædiis.C. de euictio.dicẽtem,quòd si ex forma statuti non poteſt obiici exceptio cõtra inſtrumẽtum venditionis: nihilomin⁹ poteſt opponi ex-
8 ceptio rei non traditæ.[8] Mouetur per text.in d.l.vbi text. dicit,quod videtur eſſe in dolo,qui petit pretium rei non traditæ.Mouetur etiam quia quãdo ex eodem inſtrumẽto: & ex eodẽ contractu venit actio & exceptio, ita eſt cõfeſſionata exceptio ſicut actio: & ecõtra idem tenet Alex.in d. §.& parui. idẽ Barto.in l.eum qui ita.in §. qui ita.de verbo. obliga.vbi more ſuo loquitur eleganter:dicit enim,ꝙ quãdo exceptio ineſt ipſi obligationi,vt in pactis incontinenti appoſitis,vel in pactis,quæ tacitè intelliguntur l.lecta.ſi certum peta.in §. dicebam.l. iuriſgẽtium in §. quinimo.ff. de pactis,quod in his non eſt opus,quòd pars opponat:quia ipſi actioni ineſt: vnde actor proponendo actionem videtur illam proponere cum exceptione,quæ ſibi ineſt ſui natura:vnde ipſius actiõis expreſſio ſufficit aduerſario . pulchra ſunt verba ſatis corroborantia quoddam dictum Ang. ab eo poſitum in l j.C.de cõdi.ex lege.quod retuli ſupra in vij.limitatiõe facit l.ſi duo patroni.§.ſi quis iurauerit,& §.Marcellus. ff. de iureiuran. quod nota:quia iſta concludũt non ſolum exceptionem poſſe opponi,ſed etiam quod ſi non opponatur videtur appoſita, quando de ſui natura ineſt exceptio actioni propoſitæ,vt in dicta exceptione rei non traditæ & ſimilibus:quod debes intelligere ſane , quando ex contractu venditionis non reſultaret rem eſſe traditã,aliàs ſecus. puta ſi in inſtrumento emptor dicit ſe contentum,& ſibi rem traditam:quia illud ſufficeret ad probandum traditionẽ interueniſſe quo caſu ceſſaret exceptio prædicta.

39 † Prædicta ergo nota,nec credas ſupradicta eſſe notanda & ponderãda ſolum ad hũc effectũ,vt dictæ exceptiones poſſent opponi contra executionem inſtrumẽti.nam(vt dixi) ad hoc nõ deſeruirent de grãdi dubio:cum hæc lex omnes exceptiones admittat ſi infra decem dies probentur. Sunt ergo notanda ad hoc, quòd etiam ſi nihil probet debitor infra x.dies, vt dicit hæc lex obtinebit opponendo exceptiones ſupra dictas cum ſint exceptiões,quæ à iure inſunt. & in iure conſiſtunt:ita quòd cum ſint iuris non requirunt probationem, quæ perpetuo tene menti,quia ſingularia & multum aperiũt intellectum

40 huius legis. † Ex ſupra dicta doctrina Barto.incidenter limi

limitabis singulariter l. huius regni. quę est in ordine de Alcala. tit. de las defensiones. l. j. per quam statutũ est quod reus infra xx. dies numerãdos à die contestationis teneatur opponere, & allegare exceptiones suas perẽptorias. Nã hoc est verum, nisi essent tales exceptiones, quæ de sui natura insunt actioni: vt in pactis incontinenti appositis, vel in his quæ tacitè intelliguntur, & insunt ex natura cõtractus. Nam licet in termino non allegentur & opponantur, sufficit postea in allegationibus eas allegare: quod tene menti, quia habent pondus in practica cum Bar. transit ibi Alex. in ij. col. idem Bar. in l. si vnus. in §. pactus. vij. col. versi. si verò apparet. ff. de pactis. hoc elegantius declarat Bart. in l. lecta. in iiij. col. ff. si cer. pe. versi. sed tunc quæro declarando illum tex. inquãtum dicit, quòd pacta incõtinenti apposita stipulationi in esse creduntur, ponit exemplum in obligatione quæ per pactum incontinenti appositum habet diem, quia si simpliciter & ante diem petatur: licet reus nõ opponat exceptionem dicti pacti, iudex condemnabit ad dandam pecuniã ad diem, quia ipsi actioni propositæ inest, & dari in diem inest obligationi. idem Ale. in l. filiæ. licet C. de colla. ad fin. hæc fuerunt dicta prius ab Inno. in duobus locis, scilicet in c. pastoralis. de excep. & in c. j. de plus petitio. idem Bal. in l. in bonæ fidei. ad fi. C. de pact. vbi refert Bar. verum dixisse in dicta theorica. idem Bal. in l. peremptorias. v. col. versic. & hoc est vtile scire. C.
41 senten. rescin. nõ posse. †Accedat pro hoc singularis text. in l. si pater. C. de actio. empt. ibi, (extimabit an pretium:) vbi est text. menti tenendus, quòd si emptor agat contra vẽditorem actione ex empto, vt tradat sibi rem, quòd si iudex videt non esse solutũ pretium vẽditori potest supplendo ex suo officio etiam si per venditorem non opponatur mandare emptori agẽti, quod soluat pretium: & licet Sal. ibi & Fulg. intelligant si esset opposita exceptio pretij non soluti, verior est tamen opinio Bal. per notata per Bart. in d. §. qui ita. quem etiam sequitur Alex. in d. l. filiæ licet. Plus dicebat Bal. in d. l. filiæ. licet quod quando onus est intrinsecum ipsi actioni etiam nemine opponente agens tenetur offerre siue onus sit ad natiuitatem actionis, vt l. ex placito. C. de rer. permu. siue ad exercitium, vt d. l. filiæ licet. & dicitur intrinsecum, quando venit ex eadem causa: secus in onere extrinseco, in quo quis

quis non tenetur offerre, nisi
sibi opponatur exceptio l.fin.
C.de compen.l. si non sortem.
in §.fin.de condi.inde.hęc ille
ex quo infert ibi Fulgo. quòd
si emptor agit actione ex em-
pto contra venditorem, vt res
sibi tradatur, & nõ dicit se of-
ferre vel obtulisse pretiũ ven-
ditori etiam si nihil opponat
reus non potest obtinere per
l. Iulianus. in §. offerri. ff. de
actio.emp.maximè in hoc, sci-
licet de emptore: sequitur ibi
Alex.imò, quòd si venditor nil
opponat obtinebit emptor: vt
expresse firmat Bar.in l.si duo
patroni.§. si quis iurauerit.ff.
de iureiur.Bal.in l.si traditio.
iij.quæst.de actio.emp.proba-
tur in l.iurisgentium.in prin.
ff.de pac.nam in contractibus
nominatis oritur actio pro
pter solum consensum, secus
in contractibus innominatis
d.l.ex placito. fatetur tamen,
vt superius dictũ est, quòd iu-
dex potest mandare emptori,
vt soluat dicendo in sententia
condemno venditorem ad tra
dẽdum, emptore pretium sol-
uente, sed alia est intẽtio Bal.
imò excludere emptorẽ vt sta-
42 tim subiiciã. †Infertur etiã
ex prædictis: quòd etiam si per
statutum contra executionem
instrumenti guarantigiæ non
admittatur aliqua defensio, ni
hilominus fideiussor ex instru
mento potest opponere iura

t sibi cedi.ᵗ hæc Bal. in authen.
præsente.C.de fideiuss. moue-
tur quia quando fideiussio ve-
nit ex eadẽ causa: & inest con-
tractui, & causæ talis exceptio
debet admitti, nec tale statutũ
intẽdit rumpere in totum ius
commune: quando ex eodem
fonte venit petitio & defen-
sio: & vbi aliquis intentat ali-
quod ius qualificatum ex ista
qualitate, semper obstat defen
sio, quia ipsemet se repellit: &
nõ est maior qualitas in mun- 43
do, quàm illa quæ importatur
per causam finalem, sine qua
quis non erat aliàs contractu-
rus. allegat Bart.in d.l.cũ qui
ita. & iratus subdit, quòd isti
diaboli semper interpretan-
tur statutum suo modo. idem
Ang.de hac exceptione ceden
darum in l. si dubitetur. de fi-
deius.vide eũdem post gl. in l.
si fideiussor.C.de fideius.bene
facit tex.no.in l.si creditor.C.
de solut. per quẽ dicit ibi Bal.
nota quòd omne quod est de
causa finali requirit eius im-
pletionem, & in cõtractu em-
ptionis & venditionis respe-
ctu emptoris causa finalis est
res: respectu vẽditoris est pre-
tium.Ideo si emptor agit dici-
tur offerre: & econuerso: quia
ille nõ erat alias cõtracturus,
hinc dicebat Bal. in l. perem-
ptorias.iiij.col. C. senten.resc.
non posse.quod pacta quæ ap-
ponuntur in contractibus in-
nomi

nominatis, si ad ipsa pacta agatur & agens non impleuit ex parte sua non potest agere: quia licet pactum nudum vestiatur cohærentia cōtractus: tamen si est appositum per relationem ad aliquod implendum non nascitur actio præscriptis verbis, nisi impleatur: vnde exceptio nō impleméti est obuiare natiuitati actionis l. ex placito. de rerum permu. l. filiam. in versic. offertur. de
43 colla. †Infertur etiā ex prædictis contra Ang. in l. si dubitetur. ff. de fideiusso. quem sequitur Alex. in d. §. & parui. vbi dicūt, ꝙ si fideiussor est obligatus per instrumentū guarentigiæ: vt est in Tuscia non potest opponere contra executionem beneficium diuisionis. Mouetur ad hoc: quia in Tuscia disponit statutū quòd contra instrumentum non posset opponi exceptio impeditiua executionis, nisi sit exceptio solutionis vel falsitatis. nam cùm hæc exceptio diuisionis sit peremptoria: & per consequens perimat lites & obligationis substantiam, vt Bar. ibi plenè: ergo non poterit opponi, dicit se sic obtinuisse de facto Florētiæ & in hoc residet. idem Ang. in l. fideiussores. in §. idem respondit. ff. de fideiussori. licet videtur sibi durum. idem Ang. loquens de duobus reis in auth. hoc ita. C. de duo. reis. mihi videtur, quòd licet isti attento eorum statuto: forte dicant verum: tamen quo ad legem nostram teneo contrarium, cùm in casu quo ipsi loquūtur statutum prohibet omnes exceptiones opponi nisi certas. Sed hæc lex nullam legitimam prohibet opponi: si probetur infra x. dies impedit executionem: sed ista est exceptio legitima, & iuridica est exceptio iuris, procedit ex eodē fonte inest tacitè in ipso contractu, militant per omnia fundamēta Bar. quæ ipse adduxit in d. §. qui ita. Bal. in auth. pręsente. & in aliis locis suprà relatis, hoc est de mente Ang. in d. §. idē respondit. dicens ꝙ nisi statutū prohiberet omnes exceptiones, quod videtur sibi durū, quòd nō posset beneficiū diuisionis opponi: nam maxima est differentia de statuto Tuscano, in quo præfati doctores loquuntur à dispositione legis nostræ. Ideo caue ne decipiaris in multis quęstionibus, quas tangunt: & in eorū decisionibus super dictis statutis Tusciæ & Italiæ disponētibus circa executionem instrumentorum, si illas velis adaptare huic legi, ideo inspice quo fundamento vadunt, vt videas si huic legi posſint applicari.
44 † Infero etiam cōtra Bal. in l. in causæ. §. j. ff. de minor. qui tenet, quòd si ex forma statuti contra

contra instrumentum confessionatum, nulla potest opponi exceptio, quòd nec etiã restitutio in integrum [v] potest peti, quia vbi aliquid prohibetur & omne illud ꝑ quod ad illud peruenitur l. oratio. ff. de sponsa. sed per restitutionẽ perueuitur ad exceptionis obiectũ, ergo. Item quia restitutio in integrũ est exceptio. l. iij. §. sed vtrũ. per gl. ff. de mino. & hæc fuit opi. Cini in addi. in d. l. in causæ. Sed Bal. non est sine dubio, quando beneficio ætatis inducitur exceptio, vbi aliàs non esset. l. vtrum. §. fi. & pen. col. l. seq. ff. de min. & sic se expedit. ego quo ad terminos nostræ legis teneo cõtrariũ, imò quòd is cõtra quẽ petitur executio, potest restitutionem in integrũ petere, puta quia erat instrumentum factũ à minore fuit læsus vel in mutuo vel in venditione: & sic de similibus, maximè si esset contractus factus à minore habente curatorẽ sine authoritate curatoris: & sic contractus esset ipso iure nullus. l. si curatorem habens. C. de in int. rest. mi. mouet me tex. in l. minor xxv. annis. omissam. ff. de mino. vbi post lapsum termini, licet non admittatur exceptio: tamen potest peti restitutio: vt est ibi casus. facit c. quoniã felicis. de resti. in integ. est verũ quod Bal. in l. in causæ. dicit ꝙ in dictis iuribus non est reprobata exceptio, sed præclusa via in apponendo in casu dicti statuti ipsa exceptio est reprobata, sed secundũ hanc solutionem Bal. habemus intentũ, quia in casu l. nostræ nõ est reprobata exceptio, sed est statutus terminus ad illam probandam.

45 † Præterea allego Bal. in l. si causam. in ij. col. C. de execu. rei iudi. vbi inquit, quòd si cõtra executionẽ laudi nulla exceptio posset opponi nihilominus potest opponi, quòd nõ tenet cõpromissum: est casus sing. secundũ eũ in l. iij. in §. si seruus. ff. de pec. ibi etiã dicit, quòd potest opponi exceptio nouationis & cõtrarij laudi. l. j. C. sen. res. nõ po. cùm ergo in effectu per restitutionẽ in integrum posset rescindi cõtractus, igitur & Bal. in l. etiã. eo. tit. dicit, ꝙ cõtra talẽ executionẽ potest opponi, quod instrumentũ deficit in substantia: puta factum à furioso. Præterea corroboratur hæc cõclusio, quia præceptũ guarentigiæ factum in eo cõtractu, in quo non est seruata solennitas requisita à lege vel statuto non valet. l. cùm hi. in §. si prætor. ff. de trãsa. vnde ad hoc vt tale præceptum sit seruandum, requiritur quòd necessaria adsint & absint obstatiua secundũ Bal. in d. l. etiam. maximè quia instrumẽta guarẽtigiæ, seu executi

cutiua oportet necessario, ꝙ assumant vim & virtutẽ à causa ipsum producente, vt inquit Bal. in d. l. etiam. ad fin. j. col. versi. idem dicas. & quia exceptio quę venit de natura actus potest opponi, vt suprà, ergo ista facit quod dicit Bal in l. vnica. C. de suffrag. & in d. l. ex prædiis. C. de euict. & alia superius allegata quæ hanc partem confirmant. Præterea in terminis dicti statuti disponẽtis, vt nõ apponatur exceptio contra instrumẽtum guarentigiæ dicit Bal. in l. fin. in §. in computatione. C. de iure deli. quòd tale statutum debet intelligi de instrumentis efficacibus, non autem de nullis & effectum nõ habentibus. ff. de pœnis. l. si quis aliud. §. testa. ij. §. j. ff. quemadmo. test. ape. & quod caret effectu etiã nomine caret. l. cum precibus. C. de proba. ergo cùm per restitutionem in integrum effectu instrumentum remanet inefficax: ergo, &c. Præterea exceptio iuris facilius opponitur, quàm exceptio facti. c. vt circa. de elect. lib. vj. per Ioan. Andr. in nouel. ex quo infert specificè Alex. in d. §. parui. quòd statutum repellens omnes exceptiones, intelligitur repellere illas, quæ sunt facti non autẽ exceptiones quæ in

46 iure consistunt. †Hanc conclusionẽ probat gl. not. & magistralis in l. vnica. in glo. fi. C. si de momẽ. poss. fue. appel. vbi glo. ponit multa exempla, in quibus minor admittitur vt maior: non tamen per hoc excluditur à beneficio petẽdi in x integrum restitutionem [x] per quam Bal. ibi ad finem infert, quòd si statutũ dicat, quòd minor xxv. annis posset absq; authoritate alterius personæ cõtrahere & alienare, nihilominus si lædatur potest petere in integrum restitutionem. optimè facit notabilis decisio Bal. in l. hac edictali. in iiij. col. C. de secũ. nup. quòd si statutũ dicit, ꝙ cõtra instrumentũ guarantigiatũ nil posset opponi: tamen hoc nõ obstante potest opponi, quòd contractus sit super negotio à iure reprobato. Vnde potest infringi per d. l. hac edictali. nisi filius consensisset. Ratio est secũdum eum, quia præceptum guarantigiæ quòd fundatur super irrito est irritum: quia nullum principale, ergo accessorium, oblitus fuit allegare ad hoc l. fin. ff. de conf. pec. quam ad hoc allegauit idem Bal. in l. si absentis.

47 C. si cer. peta. †Accedat prædictis id quod singulariter dixit Barto. in l. si filius. ff. quod cum eo. per illum tex. quòd filiifamil. contra quos petitur executio instrumenti sui iuris effecti possunt opponere beneficiũ edicti illius tituli, etiam

si sta

si statutũ diceret, quòd contra instrumentũ nulla posset opponi exceptio, cũ dicta exceptio nõ impugnat instrumẽtũ sed modificat executionẽ: hoc ꝓbat optime in d.l. vbi est casus, quòd beneficiũ illius edicti habet locum etiam contra
48 actionem iudicati. † Et hoc tenebis menti ad quam plures personas, quæ habent priuilegium ne conueniantur, nisi in quantum facere possunt: quòd si cõtra istos petatur executio instrumẽti, possunt opponere dictã exceptionem, scilicet ne cõueniantur, nisi in quantum facere possunt & gaudebunt dicta exceptione. Idem sentit Bal. in l. j. in ij. colũ. C. de iuris & fa. ignorã. dicens, ꝙ omnis exceptio quæ cõpatitur se cũ sentẽtia, & venit ad moderãdã executionem potest opponi in executione, vt in l. ex diuerso cum simi. ff. solu. ma. facit l. fideiussores. §. idẽ respon
49 det. ff. de fideiuss. † Ex prædictis infero, ꝙ etiã cõtra talem executionẽ potest filius opponere exceptionẽ Macedoniani, si agatur contra eũ ex mutuo, & mulier exceptionẽ Velleiani, nec est necesse probare aliquid infra x. dies cùm istæ sint exceptiones iuris si est notoriũ esse filiũfami. de hoc videtur casus in l. tametsi. ff. ad Macedo. vbi est casus notabi. quòd exceptiones Macedoniani, & Velleiani possunt opponi post sententiã in executione: ergo sic contra instrumentum executiuum, & per illum tex. dicebat Bal. in l. si filiusfa. in iij. col. C. ad Macedo. quòd vbicunq; lex remouet potẽtiã à contrahẽte talis exceptio vel defensio potest opponi post sententiã quod dicit esse menti tenendũ, siue simus in dispositione iuris cõmunis, siue in dispositione statutaria: cùm eadem vtrobiq; sit ratio: & sic poteris exemplificare in aliis exceptionibus, quæ in iure consistunt.

ADditio mea: dico, ꝙ omnes exceptiones positæ hic à genitore meo possunt opponi contra executionem instrumenti dato casu, ꝙ sit vera sententia aliquorum tenentium quòd lex Henrici, quæ mandat ꝙ contra instrumentum non possint opponi, nisi certæ exceptiones, sit hodie seruanda. Primò quia d. lex Hẽrici loquitur de talibus exceptionibus, quarum probatio incumbit debitori illas opponenti: puta solutionis, quietationis: & de aliis, & de istis loquitur etiam ista l. Toleti, & l. Thauri: ideò in eis assignauit terminus debitori ad illas probandas: sed exceptiones positæ hic à genitore meo sunt talis naturæ: quòd earum probatio non incumbit debitori, sed suffic

sufficit ei ad obtinendam absolutionem illas allegare: & adhuc doctores loquuntur in propriis terminis dictæ legis Henrici. §. quando per statutum repelluntur omnes exceptiones, nisi certæ & adhuc in fortioribus terminis loquuntur, scilicet, quando per statutum repelluntur omnes exceptiones, quia nihilominus possent opponi supradictæ exceptiones ad impediendã executionẽ: ideò teneo menti supradicta tanquã singularia & noua ad hãc legẽ: emanauit autẽ prædictus error, scilicet, quòd dicta lex Henrici non sit correcta ex falsa traductione, quã fecit doctor de Montaluo dictæ legis Toleti, in cuius originali sunt ista verba. y alegan otras qualesquier excepciones. & ibi. o qualquier otra excepcion. quæ verba fuerunt omissa à prædicto cõpilatore: ideò non immeritò genitor meus dicit quòd hodie potest opponi contra executionem instrumenti qualibet exceptio legitima, etiam vltra contentas in d. l. Henrici: & sic dicit obseruari & practicari, cuius dicto standũ est, vt illa doctrina sing. Bart. de qua fit magnum festum apud genitorem meũ, in proœmio eleganti legum fori, qui dicit, quòd statutum est dicto vnius famosi viri, dicentis sic practicatur, sic obseruatur de consuetudine: & certè ista opinio est æqua, & amica æquitati, & per eam euitantur infinitæ quæstiones motæ per
50 doctores. † In alio etiam sunt perpetuò menti tenendę dictę exceptiones, quia licet verum sit, quòd infra decem dies debitor teneatur probare suas exceptiones: tamen prædictas exceptiones allegando infra decem dies, obtinebit sine eo quòd faciat aliquam probationem: & sic sufficiet sola allegatio, quod secus est
51 in aliis exceptionibus. † Intellige quartò hanc legẽ nisi aliquid euidenter appareat ex instrumentoq; reddat illud inefficax: quia talis exceptio, seu defectus quæ ex euidentia instrumenti constat impedit executionem, vt latè firmat Bald. per multa fundamenta in rub. de probat. facit quod scribit Bald. in l. vnica. C. si de momen. posse. fue. appell. in quãtum tenet, quòd licet in possessorio sit prohibita appellatio, potest appellari, si sententia euidenter est iniusta. idem in casu dicti statuti, dicit Ale. in d. §. & parui. Rapha. in l. j. ff. de noui ope. nuntia. nõ plus insistam super hoc, quia conclusio est apud omnes indubitabilis, & plura adduci possent ad corroborationem huius conclusionis, de quibus in fi-

mili vide nota. Bald. in l. contra negantem. C. ad l. Aquil. Alexan. in l publica. ff. depo. Bald. in l. si quis testi. ad fi. C. de test. pulchrum consil. Lud. Rom. consil. x. in ordine.

SVMMARIVM.

1 *An sufficiat quòd infra decem dies reus debitor deferat iuramentum creditori.*

1 Sed ad prædictorum & huius l. ampliorem declarationem, quæro in hac lege disponitur quòd si infra x. dies reus probat quamlibet legitimam exceptionem, quòd impedietur executio si poterit probare, & satisfacit deferendo iuramentum creditori executionem petenti. Certè crederem hoc de paruo dubio deseruire: nam hæc lex assignat terminum decẽ dierum reo, quia si infra dictum terminum defert iuramentum creditori, compellitur iurare, & deciditur negotium secundum formam iuramenti, & satisfacit reus huic legi probationem requirenti infra dictum terminũ: nã delatio iuraméti habet vim probationis. l. nõ erit. in §. dato. ff. de iureiur. vbi casus ꝙ iuramentum habet vim probationis. & est casus in auth. sed nouo iure. C. si cer pet. & sic respondet ibi Sali ad illum tex. quòd propterea ibi per iuramentum probatur cõtra scripturam, quia nõ erat casus, in quo scriptura esset necessaria. est etiam casus in l. in contractibus. C. de non nume. pec. à contrario sensu: vbi ideò ibi præcluditur via iurandi, quia erat præclusa via probandi, & elapsus erat terminus à lege statutus ad probandum, sed infra x. dies, cùm hæc lex dat facultatem probandi: ergo iuramentum deferendi, per totum tit. C. & ff. de iureiur.

SVMMARIVM.

1 *Quid si post decem dies antequàm feratur sententia super executione fienda, reus defert iuramentum creditori, vel petit quòd iuret de calumnia, latè disputatur: & vide num. 6. & nume. 12.*

2 *Exclusus ab exceptione non numeratæ pecuniæ, an possit iuramentum deferre: & nume. 7. cum pluribus sequent.*

3 *Iuramentum & confessio an sit probatio vel releuatio ab onere probandi.*

4 *Probatio per confessionem partis an admittatur contra præsumptionem iuris, & de iure.*

5 *Debitor an possit probare negatiuam: videlicet pecuniam non esse numeratam per confessionem creditoris.*

6 *Iure regio reus tenetur se per iuramentum purgare, licet reus nihil probet.*

7 *Ex iusta causa an possit recusare creditor iuramentũ: & nu. 8. & 9. & 13. & 14.*

10 *Repulsa probatione an censeatur iuram*

iuramentum repulsum.

ADDITIO.

a *Addo circa huius text. intellectum quæ plene scribit author infra eodem §. num. 7. cum sequen.*

b *Adde de hoc artic. subtiliter per Bar. Soc. in rub. ff. de confessis: & plenius quàm alibi per Phil. Dec. post alios in rub. de probatio. v. col. versi. ex prædicta diffinitione vbi disputando per plures col. precedit, tam circa confessionem, quàm circa iuramentum: & adde Hip. de Mar. in ru. C. de prob. nu. 67. vers. & primo an ipsa confessio.*

c *Lex regni quæ seruatur in practica: vt infra. fi. col.*

d *Opinio authoris, quem vide infra eodem § fina. colum.*

e *Nota quæ sequuntur pro intellectu tex. in §. de illo. vide maximè moder. in l. manifestè. ff. de iureiu.*

f *Adde Pau. de Cast. in l. sed & si restituatur. §. ex quibus. ff. de iudiciis. quam legit sub l. non aliàs. dicentem per tex. in §. in illo. hic alleg. & per illum tex. quòd sicut lapso termino ad probandum non admittitur quis ad probandũ per testes vel instrumẽta: ita nõ admittitur ad petendũ aduersarium cõpelli quòd respondeat articulis & positionibus mediante iuramento de calumnia, & sic nõ est speciale.*

1 SEd pulchrum dubium est si infra x. dies nil probabauit reus, sed post x. dies ante quã feratur sentẽtia super executione finiẽda reus defert iuramẽtũ creditori, verũ cõpelli-tur iurare creditor. & vt intelligas iuuenis in practica nõ expertus poterit hoc accidere, hoc modo. Forma quę tenetur in executionibus instrumẽtorũ per iudices in vsu est ista statim quod pars producit instrumentũ executiuũ corã iudice, & petit eius executionẽ, iudex viso instrumẽto pręcepit executionẽ fieri, & mãdat algazelo vt instrumentũ exequatur, & in d. præcepto cõtinetur, ꝙ pars intra terminũ intra quẽ dãtur pręconia ad finiẽdã executionẽ, cõpareat corã iudice ad ostendendã solutionem vel quietationẽ vel aliã legitimã exceptionẽ ad impediẽdã executionẽ. istud præceptum notificatur parti, vt assignet bona in quibus fiat executio, facta executione pars opponit se dicto præcepto, allegãdo exceptiones suas cõtra dictũ instrumentum, ad executionem impediendam super hoc negotio concluso, iudex profert interlocutoriam, in qua admittit partes ad probandum, assignato termino decem dierum, secũdum tenorem huius l. elapso termino fit publicatio & partes allegant de iure super probationibus, concluditur in causa: iudex profert sententiam: in qua nihil est probatum quod executionem impediat, pronuntiat executionem finiendam esse, &c.

Et sic post x. dies antequàm feratur sententia, semper transit aliquod tempus: elapsis ergo x. diebus reus dicit, ego defero iuramentum creditori, remitto totum iuramento suo: creditor dicit: terminus x. dierum, infra quem debebas probare elapsus est ante omnia,
2 solue. quid dicendum? † Videtur enim ꝙ non cõpellatur iurare. casus est notabilis qui loquitur in propria materia in
c d. l. in contractibus. §. illo.[a] C. de non nu. pec. vbi est text. ꝙ si ex aliqua causa exceptio non nu. pec. non potest opponi. puta, quia biennium elapsum est vel alia causa, est exclusus ab oppositione dictæ exceptionis, quòd in his casibus nec iusiurandum deferre liceat, ecce quòd post lapsum termini à lege statutum ad exceptionem opponendam, non est licitum deferri iuramentum: & loquitur tex. in propriis terminis: ergo idem in proposito elapso termino x. dierum ad probandum, nõ impedietur executio ex delatione iuramenti, & per illum tex. dicit Ang. ad propositum in d. l. non erit ꝙ si ex forma statuti contra instrumentum guarentigiæ non potest fieri probatio obiectorum nisi per instrumentum & excipiens super obiectis velit aduersario iuramentum deferre, quòd non audietur, quod dicit esse perpetuo menti tenendum tanquam nota. & Bal. in l. admonendi. ad fi. ff. de iureiur. dicit quòd vbi probatio requiritur per scripturam, non habet locum delatio iuramenti. l. generaliter. C. de non nu. pec. pro ista opinione videtur facere tex. sing. in l. si restituatur. §. ex quibus. ff. de iudi. iun-
3 cto eo quod ibi Ang. dicit. † Nihilominus tamen his non obstantibus teneo contrarium imò quòd actor compellitur iurare & ad hoc tenendũ mouet me id quod Bal. dicit in ru. de probat. in iiij. col. dicens ꝙ iuramentum & confessio non sint propriè probatio: sed potius releuatio ab onere pro-
b bandi[b] de iuramento: probatur in l. eũ qui in prin. ff. de iureiur. gl. not. in c. si quis. versi. absoluendum de inuest. inter domin. & vasall. & ibi Bald. probatur in l. non erit. in §. dato. ff. de iureiur. vbi est dictio quasi quę est nota improprietatis, vt in l. si cum dote. in §. fina. solu. mat. de confessione probatur in l. fina. in fi. ff. de interrog. act. & in l. j. §. cum autem. C. de iura. calum. Bald. in authen. sed nouo iure. penult. colum. C. si cer. peta. & glos. notab. in cap. j. de confe. li. vj. super parte aduersarij, quæ dicit quòd licet positio negatiua non posset probari: tamen bene probatur per

per confeſsionem,quę propriè eſt releuatio ab onere probandi:per quam gl.probatur quòd licet via probandi ſit præcluſa, admittitur probatio per
4 confeſsionem aduerſarij.† Secundò faciunt duæ gloſ.ſingulares, vna in authen.de æqualit. doti. §. illud. alia in l. in contractibus. C. de non num. pec. in princ.quæ dicunt quòd contra præſumptionem iuris & de iure,admittitur probatio in contrarium per confeſsionem partis, quas ad hoc allegauit Salic. in d. l. in contractibus. tenent Cyn. & alij in authent.ſed iam neceſſe. C. de dona. ante nup. Salic. in d.authent.ſed nouo iure.facit glo. in d. cap. j. de confe.lib.vj.vbi præcluſa via probandi, non intelligitur præcluſa via quo ad confeſsionem partis:tertiò dicebat Bald.notanter in d.authent.ſed nouo iure. in penul. col. quòd vbicunque ab homine, vel à lege eſt ſtatutũ quòd probatio rei geſtæ non poſſet fieri, niſi per ſcripturam nihilominus poſſum deferre ſacramenrum aduerſario meo: ita vt ille cui defertur teneatur iurare vel deferre per d. auth. ſed nouo iure. verſi. nã ſi quis. & melius probatur in corpore, vnde ſumitur. Nec obſtat ꝙ à lege vel ab homine fuit excluſa probatio, nã ad hoc reſpondet quòd talis iuramenti delatio verius & proprius eſt releuatio ab onere probandi: quod ad multa dicit eſſe notandum. Sali.ibi inſurgit contra Bald.in fina.col. dicens, ꝙ ille, qui tenetur per ſcripturam probare, non poteſt deferre ſacramentum aduerſario, mouetur quia iuramẽtum eſt ſpecies probationis. d. §.de illo. Item quia lex vel conuentio partium,quæ requirit probationem rei geſtæ per ſcripturam tantum omnem aliam ſpeciem probationis excludit. argum.l.cùm prætor.ff. de iudiciis. & l. ij.C.ſi minor ſe maiorem dixe. ſi autem aduerſarius vellet deferre aduerſario ſuo, cui incumbebat onus probandi per ſcripturam, hoc eſſer ſine dubio. ſic ſe expedit Salic.poterat melius allegare ad fundandam ſuam concluſionem d. §. dato ibi quaſi ſatis probatum ſit iureiur. ſed verior & magis rationi conſona videtur opinio Bald. quam ſequor tam per eius fundamenta quæ ſunt ſatis vrgentia
5 quàm ex ſequentibus.† Quartò moueor ex gl. ſingulari in l.j.C.de non nu. pec. vbi gloſ. dicit quòd etiam ſi debitor teneatur probare negatiuã, ſcilicet,ſibi non eſſe numeratam pecuniam, quod nihilominus hoc poterit probare per confeſsionem creditoris. Ecce ergo quòd licet debitor eſſet ab

exceptione exclusus nihilomi
nus tamen admittitur ad pro-
bandũ per confessionẽ credi-
toris. Accedat gl. not. in l. si ex
cautione. C. eo. tit. in glo. ma-
gna ibi: sed si renũciauerit ex-
ceptioni vbi glo. notáter dicit
quod etiã si debitor renũciaſ-
ſet exceptioni nõ nu. pecu. ta-
mẽ poteſt creditori facere in-
terrogationes & reſpõſiones
& ſic reſpondeat & cõfiteatur
ſe non numeraſſe abſoluetur
debitor, & ita licèt excluſus
approbando virtute renũtia-
tionis poteſt ſe iuuare ex con-
feſsione creditoris faciendo
ſibi poſitiones quibus ipſe re-
ſpondere compelletur: & hãc
partẽ in poſitione reperio ſe-
qui Salice. in dicta authen. ſed
nouo iure ſi. col. nam poſtquã
tenuit contra Bal. in dicta con
cluſione ſcilicet quòd vbi à le-
ge requiritur ꝓbatio per ſcri-
pturam non habet locum de-
latio iuramẽti: dicit, quòd ſe-
cus eſſet in iuramento ad poſi-
tiones reſponſiuo, & de ipſis
poſitionib⁹ quia licèt ſcriptu-
ra ad probandum ſit neceſſa-
ria: tamen poſitiones poſſunt
fieri ſuper ipſo negotio prin-
cipali & ſacramentum calum
niæ præſtari: cùm illa ſint in-
uenta, vt ponens releuetur ab
onere probandi. l. j. C. de iura.
calum. & dicit illud obtinere
etiam vbi ſcriptura ſit de ſub-
ſtantia contractus quod com-

pellitur reus iurare, ſi reus cui
incumbit onus probandi de-
ferat iuramentum probat tex.
in corpore dictæ authenti. ſed
nouo iure. §. ſi tantũ quiſquã.
ecce ergo concluſionem Salic.
ꝙ in caſu quo quis non poteſt
probare niſi per ſcripturã po-
teſt deferre iuramentũ calum-
niæ & tenetur actor poſitio-
nibus reſpondere: ſed cur idẽ
nõ dicamus ſi ei deferatur iu-
ramentum quod teneatur re-
6 ſpondere veritatem? † Quin-
tò pro hac parte facit, nã licèt
actore non probante reus de-
beat abſolui. l. qui accuſare. C.
de edẽ. tamẽ multi doctores te
nent quòd cõpellatur reus iu-
rare, ſi ei deferatur ab actore
quos latiſsimè refert Alexan.
in l. manifeſte. ff. de iureiurã.
& licèt in iure cõmuni de hoc
ſint variæ opiniones tamen de
iure regni reus tenetur ſe ꝓ-
prio iuramẽto purgare etiã ſi
c per actorem nil probetur,[c] vt
foro legum. lib. ij. tit. (de las
juras) & ſic attẽta diſpoſitio-
ne dict. l. regni quæſtio noſtra
redditur minus dubia, quare
ergo nõ compelletur creditor
iurare ſiue deciſoriè ſiue de
calumnia, dato ꝙ terminus x.
dierũ ſit elapſus. non excuſarẽ
d eum ſi iudex eſſem,[d] accedа-
mus ad prędictorum obiecto-
7 rum reſponſionem. † Primò
non obſtat ſi dicas hæc lex ad
impediendam executionẽ au-
ferat

ferat facultatem probãdi post x.dies concedo: sed iuramẽtũ non est propriè probatio, sed releuatio ab onere probandi, vt supra dictum est: & illa dicitur propriè probatio quę fit per testes & instrumenta. hoc probat text. nota. in capit. forus circa mediũ de verb. significa. quẽ ad hoc ponderat Abb.
e ibi, nec obst. tex. in d. §. illo.[e] quia ille text. intelligitur, ꝙ non cogitur iurare creditor si habet iustam causam recusandi aliàs tenetur iurare. ita expressè dicit ibi Barto. ex quo infert, quòd si post biennium ponit debitor creditori positiones, quòd non numerauit creditor, quòd nõ tenetur respõdere & sic verificatur glo. in dict. l. ij. & in di l. si ex cautione. & hũc intellectum sentit gloss. in d. §. in parte offerri. In quantum alleg. l. generaliter. C. de iureiur. sed quãtum ad hunc intellectum Bal. ibi & Salice. tenent contrarium dicentes, quòd iusta causa est recusandi iuramentum, si translatum est tempus opponendi exceptionem, vel aliàs est exclusus ab ea opponenda. Mouentur per dict. §. qui indistinctè loquitur. & sic isti nullam aliam iustam causam re-
8 quirunt. † Sed reperio Ange. de Peru. in di. l. in contractibus. §. j. ad finem nulla facta Barto. mentione, vt moris sui est ponderat gloss. in parte offerri prout Barto. illam ponderauerat & dicit quod d. §. illo. debet intelligi & limitari in quantum ille, cui defertur iuramẽtum habeat iustam causam recusandi alias secus. & sic sequitur ad literã intellectum doct. Bart. ex quo infert, quòd elapso termino dato ad probandum & etiam publicato processu, potest quis petere, vt sibi deferatur sacramentum in defectum probationis & etiã alteri parti iusiurãdum deferre. hoc videtur sentire idem Angelus in l. generaliter. §. j. C. eodem ad finem vbi dicit quod licèt publicato processu probationes nõ fiant, tamen bene potest iuramentũ peti & deferri nisi post conclusionem in causa: nam tunc nõ habet locum ad partis petitionem licèt iudex ex officio etiam tunc post conclusionem in causa potest partẽ interrogare capit. cum Ioan. Hære. de fide. instrumen. † Ad
9 hunc intellectũ habeo authoritatem glosæ quæ magna est & Barto. & Ange. & est intellectus habens in se æquitatẽ maximam, licèt in puncto iuris valde violat literam. §. qui videtur habere pro iusta causa elapsum esse biennium ad hoc, vt creditor posset recusare iuramentum & sic reperio Bar. in d. l. manifestè. cõtrariũ

asseruisse: ibi enim ponẽs aliquas iustas causas recusandi iuramentũ, dicit ꝙ si opponatur aliqua exceptio quę opponi non potest quòd non cogitur quis iurare sup ea: imò est iusta causa recusandi iuramentum allegat d. §. illo. & idẽ tenet ibi Ang. sibi ipsi cõtrari⁹: & ita videtur tenere opinio. Bal. & Sali. & illũ tex. Sali. dicit nota. ad hoc quòd post lapsum termini præfixũ deferẽti nõ est manifestæ turpitudinis nolle iurare, nec referre & ꝙ post lapsum termini quis exoneratur à respõdendo positioni negatiuæ quæ alias de iure debet admitti. Itẽ quòd ea non sunt ponibilia quæ nõ sunt probabilia vt dict. §. illo iuncto. §. sed quoniam. Item quod ea quæ sunt probabilia sunt ponibilia, nisi terminus sit præfixus positioni & non probationi: quia tũc licèt sint probabilia, non tamẽ ponibilia: Hæc sunt verba Sali. in d. §. illo. quæ dicit esse menti tenenda & dicta sua nõ solũ concludunt in delatione iuramẽti decisorij sed etiam in iuramento positionum respõsiuo, cuius contrarium tenuit in d. authen. sed nouo iure. & idem sequitur Cin. in d. §. illo. & ita tus inuehit contra canonistas dicẽs, ꝙ orbati decretalistę vt ignara eorũ cæcitas omnibus pateret fecerũt sibi textum, ꝙ etiam vbi negatiua nõ potest probari possent fieri positiones in cap. j. de confe. lib. vj. & per prædicta redditur dubius intellectus præditus: sed cum hodie de iure huius regni cõpellatur quis proprio iuramẽto se purgare ergo hoc casu teneatur iurare.

10 † Tertiò reperio Bal. in l. eũ qui in §. j fi. verbis. ff. de iureiur. dare pulchram respõsionẽ ad d. §. illo. & ponit cõclusionẽ satis coadiuuantẽ huic meæ cõclusioni: dicit enim ꝙ cùm iuramẽtum nõ est species veræ probationis: sed præsumptionis vt ibi est casus licèt statutum vel iudex repellat veras probationes, tamen nõ intelligitur repellere iuramẽtum, idest probationem quæ fit per iuramẽtum, nec obstat secundũ eũ l. in contractibus in §. illo. quia ibi lex repellit ius & ꝓbationes: sed vbi probationẽ tantũ repellit tunc nõ repellit iuramentũ. l. quicũq;. C. de apoch. publi. lib. x. & quod not. in l. vbicũque. ff. de interro. actione. hæc fuerunt verba Bald. ad propositũ satis notãda: sic dicam⁹ in casu nostro quia post x. dies nõ excludit à iure suo, nec ab oppositione quarũcũq; exceptionũ sibi competentiũ: sed excluditur solũ probatio post dictũ terminum ad impediendã executionẽ. vult ergo Bald. quod in dict. §. illo. lex tollit

tollit ius.i.ipsam exceptionē à iure statutam tollit in totũ, & sic videtur tenere illã opin. quòd post bienniũ nullo modo debitor posset opponere exceptionē non nu.pecu.licèt trásferat in se onus probandi multi sunt in cõtraria opinione.vulgaris est materia de qua in l.si ex cautione & in dict.§. illo.C.de nõ nu.pec.& in aliis

11 locis. † Ego aliter soluo & sic non offenditur litera d.§. quia ibi videtur esse casus specialis [f] in exceptione non nu. pec.nõ trahendus in consequẽtiam ad casum nostrũ specialitatem illius asigno,nam in cõfessiõe de mutuo nimis grauatur creditor in onere probandi:quia etiã si debitor confitetur se mutuũ recepisse & obligatur ad illud soluẽdũ & de hoc fit chyrographũ tamẽ infra bienniũ ista confessio est inefficax,& illa non obstante creditori infrà bienniũ incũbit onus probandi & tenetur probare realẽ numerationẽ: cũ ergo tantũ onus sibi imponitur & à tanto releuatur debitor voluit lex post bienniũ dictum creditorem exonerare ab omni genere probationis:sic à præstatione iuramẽti quę est species probationis:& hunc credo esse verũ sensum illius literę,nec obstat si dicatur hoc esse cõtra opinionem illorum tenentium,quòd post biennium audiatur debitor si probat sibi non numera.pecu. nam illud est verũ probando aliter,quam per delationē iuramẽti cùm hoc casu nõ esset probare:sed releuare se ab onere probandi.ita sentit Salice.in dict.§.illo.& ista menti commenda,quia data hac specialitate non obstat cõclusioni meæ in qua cessat hęc ratio

12 & specialitas. † Itẽ casus nostræ legis habet dissimilitudinem cum dict.§.illo.& cũ his quæ dicit Ang.in dicto.§.dato,nam licèt non probata exceptione infra x.dies fiat executio tamen post factam executionẽ non repellitur à quocunque genere probationis: & sic à iuramẽto. ergo si facta executione compellitur iurare melius est vt euitentur expẽsæ & tot circuitus quod iuret ante sententiã executionis finiendæ etiam elapso termino x.dierum maximè cũ hodie attenta d.l.regni quã quotidie practicamus,quilibet tenetur proprio iuramento se purgare etiam si nihil probet actor & maxima præsumptio est contra executionem petentem si nõ vult iurare & iudex omnib9 modis debet esse prõptus veritatem inuestigare, bene facit quod dicit Bald.in l.si vnus in §.pactus.ff.de pactis.penulti.colum.versicu.ex prædictis.vbi dicit quandam

glo.illius l.esse in argumentū
ad statuta,quę dicunt nō posse
opponi nisi certas exceptio-
nes,nā quælibet exceptio ap-
parens per confessionem erit
valida vi confessionis cū con-
fessio in iudicio faciat ius se-
cus de aliis probationibus. l.
si possessori.§.sed si cū de hæ-
reditate.ff.de iur.iur. Et ita
teneo quòd si elapsis x.diebus
per hanc l.assignatis ad probā
dum ille contra quem petitur
executio deferat iuramentum
actori quòd cōpellatur iurare
tam decisoriè quā de calūnia
& hoc modo impediet execu-
tionē:& ita multoties practi-
caui & obtinui in cancellaria
vbi iudices incumbunt verita-
ti obmissis iuris , vt ita dixe-
13 rim superstitionibus. † Duo-
bus modis hæc limitarē. pri
mò nisi actor haberet iustam
causam recusandi , puta quia
hæres vel alias non bene infor
matus de veritate vel aliā iu-
stam causam habēs de quibus
per doctor.in l manifeste . ff.
de iureiurando. & in l.gene-
raliter.§.fin.C.eo. nam super
eo,de quo quis non habet ple
nam notitiam non compelli-
tur iurare l. Marcellus.ff. re.
amo.& tunc procedit clarè di-
14 ctum Barto.in di.§ illo † Se-
cundò intellige,quandocunq;
est præsens actor petens exe-
cutionem cui defertur iura-
mentum itaque statim potest
iurare vel respondere , quia si
esset absens,ita quòd causa di-
lationem pateretur non esset
tunc eius iuramentum spectā-
dum cùm hæc lex solum assi-
gnet terminum x . dierum ad
probandum contra instrumē-
tum vt impediatur executio.si
ergo illi sunt elapsi nō est dā-
dus sibi terminus executionis
impeditiuus contra huius le-
gis dispositionem,quæ omnia
intellige ad impediendā exe-
cutionem:quia ea facta quod-
cunq; genus probationis ad-
mittitur,vt in ea patet.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum vel sententia an habeat executionem paratam contra fideiussorē contractus & numero 2.*

3 *Quid in quasi fideiussore.*

4 *Si in instrumēto quod producitur contra fideiussorem fit mentio debiti an sit necesse ostendere aliter de debito principali . & nu.5.*

6 *Remedium vt compellatur creditor ostendere instrumentum debitī principalis.*

7 *Fideiussor an possit se obligare ex contractu habente paratam executionem,licèt non sit ita obligatus principalis.*

8 *Fideiussor obligatus per instrumentum habens executionem paratam,an possit agere ante solutionem contra eum pro quo fideiussit & nu.11.12.13.*

Fideiuſ

9 *Fideiussor de iudicio sisti & iudicatum solui, an possit agere post stipulationem commissam.*

10 *Socius an possit in dissolutione societatis de bonis societatis debita ad quæ est obligatus deducere.*

ADDITIO.

a *Adde plura allega. per Hippo. de Marsi. in rubri. ff. de fideiussor. in quæst. xlix. à sententia lata contra principalem noceat fideiuss.*

b *Adde Hippo. de Marsi. in repet. rub. ff. de fideiuss. nu. 293. versi. item fideiussor potest se obligare sub guarentigia.*

c *Adde latè Hippo. de Marsi. in allegata repetit. rub. de fideiuss. q. xxxj. nume. 216. congerentem plures casus in hoc.*

d *Adde de hac quæst. principali singulariter doct. Didacum de Segu. in l. si ex legati causa. ff. de verbo. obliga. fol. 10. versi. secundus. Et nota cōtra apostil. Alex.*

e *Practica authoris.*

1 Visum † est suprà, quòd instrumentum habet executionem paratam: cōtra debitorem & eius hæredem & contra fideiussorem de iudicato soluendo. Sed nunquid contra fideiussorem cōtractus instrumentum principalis debitoris habebit executionem paratam? dicas quòd non: quia ex sententia lata contra principalem non potest fieri executio contra fideiussorem sine nouo processu. hoc probat tex tus in l grege. §. si à debitore. a ff. de a pign. & in l. à sententia. in prin. ff. de appel. & in l. præsenti. in §. adiiciētes. C. de his qui ad eccl. confu. Spec. in tit. de exec. senten. §. sequitur. versic. sed nunquid sententia. Io. And. in c. j. de iniu. & dam. da. lib. vj. Cin. in l. fin. C. de execu. rei iudi. Guliel. de Cun. in l. ij. in fi. ff. qui satisd. cog. & hanc opin. dicit Bar. esse veram in l. j. ff. iudi. sol. in princ. scilicet, quòd in fideiussore contractus non fit executio ex sententia contra principalem lata sine nouo processu tex. & ibi Bal. in l. duobus. §. id igitur. ff. de iureiuran. idem Bal. per illum tex. d. l. grege. §. si cùm defensori. quia ibi text. dicit, quòd agitur contra principalem, & contra fideiussorem simul, & sic videtur quòd nō executabitur contra fideiussorem sententia lata contra principalem. 2 † Sis ergo cautus tu creditor, quòd vbicunque accipis aliquem in fideiussorem alicuius contractus, seu debiti ex quacunque causa, facias quòd in cōtractu ipse fideiussor exprefsè & specificè celebret cōtractum executorium, sicut debitor principalis, puta dedit & concefsit potestatem omnibus iudicibus exequendi contra eum dictum contractum tanquam si contra eū esset lata sententia, prout moris est: quia

quia si hoc non fieret ex solo cõtractu executorio & haben te paratam executionem contra principalẽ, non potest contra fideiussorem executio fieri.
3 †Hæc sunt vera in fideiussore, secus in quasi fideiussore, vnde filio ciuiliter condemna to fit executio contra patrem: quia ex ipso iudicio obligatur si filius fuit in iudicio patre cõ sentiente: & hoc quo ad execu tionem fiendam cõtra patrem in peculio ꝓfectitio & in vsufructu aduentitio: nam talis vsusfructus redigitur ad instar peculij profectitij. Ista est gl. singularis & vnica in l. si cõ demnatus. ff. de noxali. quam ad hoc multum commendat Bal. in l. fi. in §. & cùm antiqui tas in ij. col. C. de vsu. rei iudi.
4 †Sed circa prædicta tenebis menti quãdam practicã Ang. de Peru. in l. sciendum. ff. de verb. obli. vbi dicit se practicasse, quòd si contra fideiussorem qui renũtiauit beneficio de fideiussoribus petatur executio instrumenti in quo ipse fideiussor constitutus est, tanquam talis se obligauit pro alio quod ex quo in dicto instrumento fit, mẽtio pro quãta quantitate fideiussit: & pro quo licet creditor aliter non doceat de debito principali, nec de instrumẽto debiti principalis celebrati inter creditorem & debitorẽ executabitur dictum instrumentũ cõtra fideiussorem. dicit esse glo. not. in l. inde Neratius. §. si quis hominẽ. ff. ad l. Aquiliã. & est illa glo. super parte confessoria actione circa medium, ibi quòd qualitercunque posset constare de debito sufficit vt valeat fideiussio cùm præcedere posset & sequi obligationẽ principalẽ. l. si stipulatus. in §. j. ff. de fideius. infert etiam ibi se practicasse quod ille qui est conseruatus indẽnis & stipulatus extrahi ab obligatione ad omnem suam requisitionem, quam partes asserũt ipsum stipulatum fecisse pro alio similiter habeat executionem paratã etiã nõ docto de dicta obligatione principali, & hoc satis probatur ex l. optimam. C. de contra. & commi. stipul. vbi illa verba enunciatiua probant alio non requisito cùm potuerint per assertionem sibi præiudicare, hoc sequitur Alex. Io. de Imo. Pau. de Cast. in d. l. sciendum. & Ang. in §. & hoc insuper. in auth. vt sponsa. largi. Bal. in auth. si quis in aliquo. ij. col. C. de eden.
5 †Facit tex. not. in l. sit donatio. C. de donat. vbi est casus quòd si aliquis in testamento dixit sic: talem domum quam Titio do naui eidẽ confirmo, quod etiã si non appareat de principali contractu donationis nihilominus habebit domum vigore te

re testamẽti: & sic est ibi casus notabilis secundum Bal. quod verbum confirmo inducit dispositionem de nouo & de per se.l.ex hac scriptura.ff. de donatio.ex quo infert ad propositum quod quando in vno instrumento sit mentio alterius instrumenti nõ est necesse cõstare de primo quando secundum potest per se principaliter disponere de his & aliis similibus: dixi pulchra in quodam consilio meo super villa
6 de Salinillas ibi videbis.† Addas supradictæ conclusioni vnum verbum perpetuo tenendum menti quod posuit Bal. in l.si nomen.de hære.vel act. vendi. vbi dicit quod per dictã l. determinatur quæstio si fideiussor condemnatus seu cõtra quem petitur executio instrumenti vel sententiæ secundum superius dicta in executione obiicit creditori beneficium cedendarum quod si petat sibi exhiberi instrumentũ debiti principalis creditor ad hoc compellendus est cùm ille qui cedit debeat habere instrumenta per quæ appareat esse creditorem & probatur in d.l.si nomẽ.vbi est casus quod ille qui vendit tanquam creditor debet præstare se esse creditorem cum effectu & sine exceptione refert Alber. Galeoti dixisse in Margarita sua in tit. de fideiussore quod not. quia per hunc modum creditor compellendus est docere de instrumento debiti principalis, nec sufficiet instrumẽtum fideiussionis & erit singulare remedium fideiussori ad executionem impediendã: & ad euadendam practicam Ange. supradictam.
7 † Vnum nota, quòd fideiussor potest se obligare per contractum executiuum & habentem paratã executionem dato quod principalis non esset obligatus ex contractu habẽte paratã executionem secundum Bar. in l. hi qui accessionis.iij.col.ff.de
b fideiuss. [b] Ratio quia non in plus se obligat: sed efficacius l j.& l.Marcellus.ff. de fideiussso. & sic tollitur illud argumẽtum quod fideiussor non potest in duriorẽ causam se obligare. idem sentit Bar. in d.l. Marcellus.ij. col. versic. vlterius oppo. pro hoc est casus notabilis in l. si pupillus.in fi. ff. de verbo. obliga. ibi (vel ex sua mora postea) vbi est casus singularis, quod fideiussor cõuenitur ex mora sua: licet pro pupillo fideiusserit qui nõ poterat in mora constitui: & ibi per illum tex. dicit Alexan. limitari omnia iura quę dicunt fideiussorem non posse obligari in plus quàm principalis, nec in duriorem causam quia non dicuntur in plus nec in duriorem causam obligari si effica

efficacius obligentur & illum tex. primus ad hoc ponderauit Bar. licet illum taceat Alex. in d.l. Marcellus. & in d.l. hi qui
8 accessionis. † Sed occurrit optimum dubiũ principium est in iure quod fideiussor non potest agere contra reum principalem, ante solutionem, nisi in casibus positis in l. si pro ea. C. manda. scilicet postquã est condemnatus fideiussor & in aliis casibus de quibus ibi, vel nisi diu stetisset in obliga-
c tione l. [c] Lucius. ff. manda. pone nũc quòd fideiussor est obligatus per instrumentum habens executionem paratam: vt communiter hodie conficiuntur instrumẽta: vtrum eoipso quod est obligatus per tale instrumentum posset agere cõtra eum pro quo fideiussit. Bal. mouet in d.l. si pro ea. C. manda. iiij. col. in iiij quæst. dicens, quòd si est talis casus in quo non est necessario condemnatio: puta, quia est obligatus per instrumentum guarentigiæ, tunc post modicum tempus agere poterit: quia executio est parata: ita se expedit Salic. ibi dicit, quòd expectandũ est quod contra eum petatur executio instrumenti: nam cõsiderato, quòd ipse fideiussor in eodem instrumento vel extra obligatur prætextu guarentigiæ: & celebrat contractum executorium: & sit totum vno instanti, & voluntariè: videtur ex quadam tacita cõuentione, quod non sic post modicum tempus posset agere, vt dicebat Bal. sed debet expectari vt contra eum petatur executio, aliâs fideiussio non videtur prodesse reo contra ea quæ not. glo. in dicta l. si pro ea. & sic cogitandum relinquit. Reperio Bald. in l. Lucius. ff. mandati. in addi. tenere simpliciter opinionem quam tenuit in d.l. si pro ea. & licet isti tacito authore loquãtur ista fuit prius opinio Bar. in l. fideiussor. pro venditore. ff. de fideiusso. vbi dicit illam l. esse in argumentum, quòd quando fideiussor obligat se per instrumentum confessionatum, vel guarentigiatum quod habet paratam executionem sicut sententia ex forma statuti, quod statim potest agere Alex. in apostillis ibi sequitur opinio. Bart. quam etiam dicit sequi Ange. & Ioan. de Imo. ibi, & isti solum fundantur ea ratione, & argumento: quia fideiussor condemnatus
9 videtur. † Et vltra per ipsos allegata facit textus singularis in l. si mandato meo. in §. si in iudicio. in primo responso. ff. manda. vbi est casus singularis quod fideiussor de iudicio sisti, & iudica. solui post stipulationem commissam agere potest: cuius ratio est propter

pter paratã executionem quã
habet fideiussio, & horũ opi-
nio potest corroborari per id
quod Cinus dicit in l.certum.
C. famil.hercis. ibi glo. dicit,
quòd ita demũ filius tenetur
conferre peculium profectitiũ
deducto ære alieno si fuit con
demnatus in dicto ære alieno:
quia si non fuit condemnatus
dicit ibi glo. quòd non potest
deducere æs alienum, sed est
locus cautioni indemnitatis
10 præstandæ. † Ex qua infert
ibi Cin. ad quæstionem nota-
bilem, & quotidianã quidam
mercatores socij diuidunt in-
ter se societatem & bona com
munia societatis vnus ex di-
ctis sociis nomine societatis
contraxit plura debita in dis-
solutione societatis vult dedu
cere ante omnia de bonis so-
cietatis illa debita ad quę ipse
obligatus est, dicit quòd hoc
facere non potest, sed sufficit,
quòd ab alio socio caueatur si-
bi de indemnitate: vt ibi glo.
dicit, & probatur in l. sed si
damni.§.fina.ff.de pecu. sed si
esset condemnatus secus esset:
quia nũc deducet: vt dicit tex.
in dicta l. certum. dicit Cinus
eleganter quem ibi sequitur
Bald. & Ange. quòd idem erit
si obligatus esset per instru-
mentum habens paratam exe
cutionem, quia habetur tan-
quam si esset condemnatus: &
sic deducet ante omnia de bo-
nis societatis: vt filius de pecu
lio, quod est menti tenendum,
idem Bal. ibi, in iij.col.versic.
vlterius quæro, & ampliat idẽ
esse si esset obligatus per scri-
pturam libri mercatoris quæ
scriptura habet paratam exe-
cutionem ex forma statuti:
nam pro condemnato habe-
tur omnis ille contra quem
parata executio reperitur qđ
dicit menti tenendum, magni
effectus est hoc ad diuisionis
societatem quæ quotidie fiũt
inter mercatores, quod si vnus
eorũ obligatus est per instru-
mentum habens paratam exe
cutionem ad aliqua debita,
quod illa debita debet dedu-
cere de societate ante omnia,
nec sufficiet dicere socium
ego cauebo tibi de indemni-
tate: quia si est condemnatus
soluendo, & non cauendo de-
bet ei caueri: ita hic secus si
non esset condemnatus: quia
tunc habet locum dicta cau-
tio, idem tenet Salice. in dicta
l.certum.j.col.quod dicit val-
de notandum pro mercatori-
bus societatem distrahẽtibus
quando instrumẽta ex quibus
sunt obligati vel eorum libri
& scripturæ habent executio-
nem paratam ex forma statu-
torum: & tunc id quod debent
deducant, nec sufficit si eis of-
11 feratur cautio. † Sed [d] quo ad
d principalem quæstionem de
fideiussore obligato ex in-
strum

strumento habēte paratā executionem teneo contra Barto. & Bald. & sequor opinionem Salyce. sine scrupulo quā ipse non est ausus affirmare, hanc opinionē reperio tenere Ange. in dict. l. fideiussor pro vendito. ff. de fideius. vbi dicit se tenere contra Barto. motus optima ratione: dicit em̄ quod iste fideiussor intercessionis tēpore est certus quòd potest cōtra eum incipi ab executione. Item, quia fideiubēdo promittit soluere, & in fauorē debitoris intercedit omnino l. indebitam de condi. in dict. l. tribus de vsufruct. ea. re. quæ vsu. quomodo ergo aget fideiussor in cōtinenti cōtra reū, cùm adhuc officium suū quodammodò nō impleuerit, ergo &c. l. in cōmodato. in §. sicut. ff. commoda. deciperetur enim reus beneficio amici sui hæc ille: & sic patet, & Alexā. in apostil. ad Bar. in d. l. fideiussor falso opinatur, quòd Ang. sequitur opin. Bar. imò sequitur cōtrarium ideo caueas ne credas his apostillis do. Alex. donec videas in fonte: quia in multis, & ferè in omnibus locis reperies cotas corruptas: & illud accidit scriptorum vitio nō autem culpa do. Alex. quia ipse verissimè allegat semper, & indubitāter credo ꝙ multæ ex dictis apostillis non sunt suæ, vt faciliter cognoscere posses si pspicacius intuearis. Item militat etiam ratio Sali. in d. l. si pro ea. quæ est quasi
12 eadē cum ratione Ang. † Præterea si verum esset quòd fideiussor statim posset agere facta fideiussione reus maximo dāno afficeretur, quia cōpelleretur nouū fideiussorem dare quē fortè non posset reperire, nisi fortè ei pecunia data vel oportet statim soluere creditori, quia aliter nō vellet verisimiliter fideiussorem liberare quòd totum redundaret in maximum incommodum: & præiudicium rei qui mutuum recepit vt ex illo saltem vsque ad tempus solutionis sibi negotiaretur & vtiliter cùm pecunia negotia sua gereret, & ad hunc finem fideiussor intercessit: & sic ante tempus resilire non potest, argumento l. in commodato. §. sicut. ff. commod. ista fuit ratio quam posuit glos. sing. in d. l. si pro ea, & ex illa glos. sumpsit fundamentum Ang. in d. l. fideiussor pro venditore, quanquam illam non allegauerit: sed Salyc. in d. l. si pro ea quarta opposit. Item ratio d. glo. militat in nostro casu, & non obtinet vbi per sententiam fideiussor condemnatus est: quia à tēpore quo fideiussit non stabat hæc condemnatio, & sic nō est quid sibi imputaretur: vt erat in casu, in quo per instrumentum

tum habẽs paratam executionem se obligauit & fideiussit.
13 † Præterea non statim debet haberi pro cõdemnato qui est obligatus per instrumentum habens paratam executionem secundũ formam huius l. cùm debeat audiri: & dẽtur decem dies ad probandum legitimas exceptiones, & sic non eodem modo debet haberi, nec habetur pro condemnato, sicut si contra eum esset lata sentẽtia, & adhuc diuersificat hæc lex multum à statutis Italicis disponẽtibus circa executionem instrumentorum in quibus loquitur Bart. & alij: & sic per hæc fundamenta sequor hanc partem, & nunquam vidi obtentum secundum doctrinam Bar. & Bald. & ad hæc euitanda,
14 † ego solitus sum practicare faciendo [e] ꝙ debitor obligetur fideiussori conseruare eum indemnem ex dicta fideiussione, quoties per dictum fideiussorem sibi fuerit petitum, & eũ ab obligatione extrahere: & sic virtute istius instrumenti: in quo continetur indẽnitatis cõseruatio, & promissio assignato termino ad voluntatẽ fideiussoris, poterit tũc fideiussor agere antequàm soluat. Ista practica probatur in d. l. si pro ea. ibi, (nec ab initio: ita te obligationem suscepisse:) & ibi Ang. tenet hanc practicã, & sic in multis instrumentis quæ ad manus meas ordinanda venerunt, feci apponi dictam clausulam.

SVMMARIVM.

1 *Executio an possit fieri in nominibus debitorum & contra nomen debitoris, & quando: vide regulam cum tribus limitationibus per totum.*

ADDITIO.

a *Adde ordinariè scripta per doct. in §. sic quoque. l. à diuo pio. vbi Ias. & Vincentius ponunt aliqua ex his quæ scribit autor, & alia in materia.*

1 Secundò † quæro an possit fieri executio cõtra nomen debitoris, vel in nominibus debitorum virtute instrumenti habentis paratam executionem, præmitte ꝙ executio sententiæ latæ contra debitorem potest fieri in nominibus debitorum. casus est in l. etiam. C. de execut. rei iudic. intellige discussis primò mobilibus & immobilibus debitoris principalis. l. à diuo pio. §. in venditione. ff. de re iudic. l. j. de prætor. stipul. l. j. & ij. & iij. C. quan. fisc. vel priua. quod intellige, dum tamẽ confiteatur debitum: ita dicit text. in d. l. à diuo pio. §. sic quoq; etiam si per publicum instrumentum conuincatur: & contra eum constet de debito: quia cùm negatio faciat rem dubiam, & lis sub iudice esse posset: ergo non procedetur

contra eum executiuè, & sic debet intelligi, quod notatur in l.ij. C.quãdo fisc.vel priua.

2 Hoc† limita, nisi posset cõuinci per instrumentum habens paratam executionem: vt per instrumentum sententiæ, vel iusiurandum, vel more Thuscorum per instrumentũ guarentigiæ, vel more Perusinorum per instrumentum cõfessionatum, & tunc fit executio negatione non obstante: quia in instrumentis exequibilibus non requiritur strepitus iudiciorum: ita dicit notanter Bal. in d. l. etiam. in princi. allegat hanc l. post rem. Alex. Imo. in d. §. si quoque. non admittit hanc differentiam de instrumento habente paratam executionẽ vel non habente, Imò dicit, ꝙ etiam si negatio debitoris conuincatur per publicum instrumentum non habẽs paratam executionem, fiet executio contra eum ex sententia contra suum creditorem lata: adducit authoritatẽ eiusdem Bal. in l.ij. C. quando fisc. vel priua. dicentis, ꝙ si contra debitorem negantem adducitur probatio, probata negatione sua, non obstante fiet contra eũ executio, quo casu non erit vera glos. in d.l.ij. & probatio quæ fit per instrumentum authenticum, dicitur probatio probata. Casus est in l. interest. C. de solutio. quem ad hoc ponderat ibi Bald. & idem in l. quoties. ad finem. C. de iudiciis. & in l. pupilli. C. de vsur.

3 † Et vt a prædicta clarius liqueant limitabis primò d. §. sicquoque. disponentem, quòd si debitor debitoris mei negat debitum non posse cõtra eum procedi via executiua ex sententia lata contra creditorem suum debitorémq; meum esse verum, nisi iste debitor mei debitoris esset obligatus per instrumentum habens paratam executionem secundum Bal. in d. l. etiam. quem sequitur Alex. in d. §. sic quoq;. & licet per Alex. non allegetur, idem reperio tenere expresſè Ang. in d. §. sic quoque. & idem dicit si ex forma statuti libris mercatorum debet adhiberi plena fides & in libro mei debitoris condemnati, qui erat mercator apparet alium esse debitorem: quia contra eum possum petere executionẽ sententiæ, concludens notanter ꝙ eo modo quo debitor meus primus habet executionẽ paratam cõtra suum debitorem eodem modo habeo ego: non enim creditor plus iuris in exigendo debitorem sui debitoris, habere potest quam haberet ipse primus debitor, idéq; debitoris sui creditor: quæ verba habent rectũ intellectum,

4 † Secunda limitatio fit nisi per publicum & authenticum instrum

ſtrumentum conſtet de debito: quia cùm iſta ſit probata executabitur contra eum ſententia, dato quòd neget debitum. Iſta fuit limitatio Alex. in d. §. ſic quoque. dicentis: quòd licet tale inſtrumentum habeat executionem paratam, tamen ſi clarè probet malitiam negantis, hoc debet ſufficere ad concedendam executionem ſententiæ: & ſic tenet hanc limitationem, dummodò clarè conſtet per dictum inſtrumentum de malitia debitoris negantis: & licet ipſe non alleget, iſta fuit opinio Placen. quam recitat gloſ. licet in ea non perſiſtat in d. l. ij. & in l. ſi debitum. quando fiſc. vel priuat. & opinio. Alex. tenet Bald. in d. l. ij. quòd ſi per inſtrumentum probetur debitum ſi maliciosè neget habet locum executio, & ſic opinio Placentini remanet vera: & hanc opinionem tenet ibi Salyc. quòd ſi per probabationem probatam: & ſic per inſtrumentum conſtet, quòd malitiosè neget quòd non obſtante negatione ſit executio. Item hæc fuit etiam opinio Cyni in d. l. ij qui. tenuit opinio Placen. ſcilicet, ꝙ ſi conſtet de malitia: non obſtante negatione fiat executio: idem Ang. in d. § ſic quoq;. certè in puncto iuris hæc opinio ſubſtentari non poteſt: primò quia contrarium tenet Bald. in d. l. etiam. & eſt contra deciſionem generaliter poſitam in d. §. ſic quoque. verſic. ſed vtrum. vbi tex. generaliter & indiſtinctè loquitur in duobus. Primo ꝙ contra confeſſum poſſet fieri executio. Secundò, quòd ſecus ſi debitor debitoris mei non confiteretur, ſed neget: præterea videtur caſus in l. ſi debitum. C. quando fiſc. vel priua. in princi. (ibi ſi debitum non inficiantur) iuncto fine ibi (nam ſi quæſtio aliqua referatur, id concedi non oportere) & quòd etiam ſi malitiosè neget ceſſet executio. tenet gloſ. in l. ij. C. quando fiſc. vel priua. reprobata quadam opinione Placen. idem tenet glo. in d. l. ſi debitum ſuper parte non inficiantur. præterea vrget nimis ratio poſita per Ang. in d. § ſic quoq;. nam creditor non poteſt plus iuris habere virtute debiti, ſeu obligationis contra debitorē ſui debitoris quā haberet debitor ſuus qui eſt creditor contra ſuum debitorem: ſed ſi dictus debitor meus contra ſuū debitorē non haberet viā executiuā impoſsibile eſt, ꝙ qui ego ſum creditor ſui creditoris habeā cōtra eū viam executiuam videtur mihi in pūcto iuris opinionē Bal. & Alex. non poſſe defendi: & ſi tu dicas negat malitiosè: reſpondeo con-

uincatur de malitia via iuridica, prout conuinceretur si à suo creditore conueniretur, &
5 nihilo plus. † Item hanc opinionem reperio tenere Bar, in in d.l.ij. item malitia debitoris quomodo potest operari ius executiuum cogita; sed quia mihi semper placent opiniones veritati inhærentes, & malitiis hominum obuiantes, si multum clarè constaret de malitia debitoris negãtis contra quem constaret de debito per instrumentum etiam non habẽs paratam executionem, procederem contra eum per viam executionis, per tex. singularem in l. fina. C. de compensat. maximè si nihil opponeret nec allegaret contra instrumentum: quia si falsitatem vel solutionem: vel aliam legitimam exceptionem allegaret contra instrumentum de necessitate esset audiendus: vt inquit Salyc. in d. l. ij. C. quando fisc. vel priua. & multò fortiùs ista obtinerent si incontinenti actor vellet docere de malitia dicti debitoris negantis: & vt dicunt Alex. Ang. & Imo. in d. §. sic quoque. de quo ibi vide Alex. qui aliqualiter limitat seipsum in fine primæ additionis conditionis concludens, ꝙ siue nõ cõstet de malitia à principio, sed actor incontinenti se offerat probare malitiã, siue à principio cõstet de malitia vtroque casu dicit executionẽ fiendam; tu teneas
6 quod supra dixi. † Tertiò limita, nisi esset tale nomen debitoris perpetuò obligatum, puta ad annuam pensionẽ: quia tunc negatione non obstante procedetur contra eum: vt eleganter dixit Bald. in l. etiam. C. de execut. rei iudic. ij. col, per rationes quas per te videre poteris: & illud dictum Bal, sequitur Alex. in d. §. sic quoque. in ij, additio. & sic cum his limitationibus remanebit vera regula negatiua, quòd contra debitorem mei debitoris non potest procedi via executiua, nisi ipse confiteretur vel sit condemnatus, & ex supradictis dicebat Ang. in l. si debitum. C. quando fisc. vel priua. ad fi. ꝙ statutum Perusinum disponens quòd guarentigiæ mãdetur executioni contra debitorem debitoris, non debet vẽdicare sibi locum nisi cum debitor debitoris cõdemnatus est, vel etiam cùm debitor debitoris debitum confitetur, licet obseruetur contrarium secundum eum: & ista est notabilis extensio ad supradicta. Et de forma executionis in nominibus debitorum: vide gl. notabilem in l. j. C. de præto. pign. & vidisti supra in illa parte. fagades entrega en los deudores, y sus bienes,

SVM

SVMMARIVM.

1 Executio sententiæ an possit peti per procuratorem, & quãdo. vide regulam cum quinque limitationibus. nu. 3. 4. 5. & 6.

7 Procurator an possit petere executionem guarentigiæ. & num. 8.

9 Promissio de defendendo dominium facta à procuratore, an intelligatur circa lites futuras.

10 Procurator qui petit executionem vel datus ad exigendum, an possit exigere & recipere solutionem ab inuito, & numero 11. numero 13. & 14.

12 Mandatum alicui per modum magis periculosum intelligitur etiã mandatum, vt si fieri posset, fiat per modum minus periculosum.

15 Procurator qui potest recipere solutionem, an possit etiam confiteri, & numero 18.

16 Quid si mandato procuratoris dicatur & ad confitendum.

17 Et quid si in mandato procuratoris dicatur, & per pactum liberandi & componendi.

19 An procurator vel alia persona constituta ad solutionem recipiendam possit terminum solutionis prorogare. & numero 20. & 21.

22 Et quid si in mandato adiicitur & ad solutionem recipiendã, & quòd circa prædicta haberet plenã & liberã administrationem.

23 Procurator ad recipiendum solutionem vel in rem suam, si dubitatur de mandato, an admittatur cum cautione rati. vide latè vsque ad numerum 28.

29 Procurator qui non potest recipere solutionem, an possit agere vt deponatur vel sequestretur res, & quando. numero 30. & 31. & 32. & 34.

33 Procurator ad iudicia an possit interpellare debitorem, vt domino soluat & eum constituere in mora.

ADDITIO.

a Adde quòd ratio huius conclusionis est, quia cùm solùm exercitium iudicij censeatur procuratori commissum, & nihil aliud lata sententia finitur officium: excepto quòd potest appellare secundum non prosequi, secundũ Pau. de Cast. in l. hoc iure. ff. de solut. vbi limita post glos. & Bart. & ibi vide latè notata per Alex. de Imo. in apostill.

b Opinio authoris.

c Adde plurima scripta per Ias. Are. Vinc. & alios in l. iij. ff. solut. matrimonio.

d Adde in simili Petrum de bella pertica in l. maritus. C. de procurat. dicentem quòd mandatarius potest exequi illud quod non est sibi mandatum, mandans idem dixisset in casu omisso in mandato: quam doctrinam commendant aliqui relati per Hipp. de marsi. in l. sed sciendum. ff. ad l. Pompeiam. de parricid. colum. v.

e Adde tamen Pau. de Cast. in cõs. ccccix. cõsiderãda sunt verba instrumẽti. j. vol. cõsulentẽ dominum teneri ex confessione procuratoris quando iurauit se ratum habiturum quicquid per procuratorem

factum esset quæ decisio non parũ ambigua videtur.

f *Adde quòd cõmunis opin. est cõtra Bar. in hoc casu secundum Phili. Deci. in l. ij § fin. ff si cert. pet. colũ. pen. vbi tamẽ ipse eam defendit ab impugnationibus docto. & vide Fran. Aret. in consi. iiij.*

g *Adde late Iaso. & Moder. in §. Calimachus. his alleg. de materia.*

h *Adde quod Alex. de Imol. in l. j. C. de procu. in iiij. col. nu. 12. relatis pluribus pro glo. & pro Bart. contra glo. dicit opi. Bar. esse satis sustentabilem, & ibidem Ias. j. col. in v. limitatiõe nihil expresse approbat nec reprobat sed remittit se ad Alex. de Imo. ibidem.*

i *Adde regulã cũ quatuordecim limitationibus per Ias. in l. j. colũ. j. C. de procu. vbi etiã de his limitationibus positis per authorem in presenti.*

k *Adde moder. in l. iij. ff. solu. mat. vbi Claudius in prin cipio arguit ad partes & super quadã conside ratione quam ipse adducit in hoc relinquit cogitandum.*

1 QVia† supra visum est cõtra quos potest instrumentum mandari executioni, & qui posint petere ei⁹ executionem: scilicet an cesionarius an hæres. Item an ad petitionem tertij. Restat nunc videre an procurator posit petere executionẽ instrumenti. In executione sententiæ reperio determinatũ nõ posse peti per procuratorem executionẽ sententiæ, nisi esset procurator in rem suam vel haberet mandatum speciale ad executionem petendam. Iste est casus singularis in l. si procurator. §. j. in fin. ff. de procur. ibi (exceptiõe debet repelli sicut cum agit non in rem suam datus, nec ad eandẽ rem procura tor factus.) l. hoc iure. ff. de solutio. ibi (nam & absurdũ est cui iudicati actio non datur:) & ibi (si tamen ad hoc datus sit: vt solui ei posset soluendo liberatur) l. verò procuratori. ff. eo. & hoc est notandum, & perpetuò menti tenendũ secũdum Barto. in dict. l. hoc iure: & ibi dicit se dixisse in ciuitate in qua legebat procuratorẽ ad lites nõ posse petere, quòd sententia mandaretur executioni: vt dicta iurare expressè dicunt. 2 † Aduerte tamen, ꝙ hoc debes intelligere si ope exceptionis repelleretur alias bene posset intentare actionẽ iudicati: & sic petere executionem sẽtẽtiæ. Iste est casus notabilis in d. l. si procurator ibi (exceptione repelli debet sicut cùm agit &c.) ita tenet Barto. in di. l. hoc iure. ver. venio ad secundum dictum. Ratio prædictorum est: quia ex quo procuratori datũ est man datum ad lites, seu ad agendũ, & agere actione iudicati vel petere executionem sẽtẽtiæ est noualis ad quam nõ habet manda

mandatum cum lata sententia expirauit mandatum sibi datum.l.Græcè.§. post litē.ff. de fideiussori.l.cū apud.ff. iudica.solu. Bene facit text.in l.sed si tantùm.ff.de pact.vbi est casus,quod procuratori cō stituto ad agendum nō potest solui:idem est casus in dict.l. hoc iure vtimur:vt ꝓcuratori litis non rectè soluatur.ff.de
3 solutio. † Tene ergo regulā quòd procurator ad lites non
a potest petere execu.sententię[a]. fallit in duobus casib⁹ positis in d.l.si ꝓcurator,scilicet nisi esset procurator in rem suam vel haberet speciale mandatū ad executionem petendā: idē probatur in dict.l.hoc iure:&
4 ibi glos. † Fallit tertio,si talis procurator ad lites fecisset in causa expensas pro domino,quia si dominus nō est soluendo potest petere executionē sententiæ contra condēnatum quatenus soluantur sibi expēsæ.Iste est casus valde singularis qui non reperitur alibi secundum Ange.in l.actoris procurator.ff. de procura-
5 to. †Fallit quarto,si haberet mandatum ad exigendū:quia potest petere executionē sententiæ:& sic exigere ab inuito:ita dicunt Bald.& Ange in d.l.si ꝓcurator.do casum expressum in l.non abstulit.C.de nouatio.ibi(si cum ei mandasses exactionem pecuniæ.)& in l.inductum.C.de solut.ibi (ei qui exigendi potestatem habuit)quæ iura fuerunt allegata à Bar.qui hanc tenet cōclusionē in dict.l.hoc iure.allego etiā ad hoc casum singularem in l.fideicommissa.§. si rem.ff.de leg.ij.vbi est casus quod verbum exigere significat executionē & posse ab inuito torqueri.Bal.allegat illū ad hoc in l.ꝙ quis.C.de procurato.licèt tota sit corrupta allegat l vj.& est vndecima, & illam allegat Barto.in dict. l.hoc iure.idem Bald.in l.falsus. C. de furtis.in ij.colum. alleg.d.§.si rem.facit l.verbū exactè.ff.de verb.sig.l. solutū
6 in §.solutā de pig.acti. †Fallit quinto,si esset ꝓcurator ad lites pręsentes,& futuras:quia tunc posset petere executionē sentētiæ,& actionem iudicati intentare non vigore simplicis mandati,sed vigore mādati ad lites futuras:ita dicit Barto.in dict.l.hoc iure.in dict.l. si procurator meus:& ibi Ange.quia tunc cessat ratio dictę l.si procurator: de qua superiùs dixi,scilicet quia finitur mādatū lata sententia quando datus est ad lites præsentes, secus quādo etiam ad futuras: nam per consequens ad exe-
7 cutionem petendam, † his præmissis quæ verificāt principia in materia deueniendum est ad decisionem princi-

palis quæstionis, scilicet vtrũ procurator possit petere executionem guarentigiæ quam reperio decidere Bart. in quodam paruulo tractatu quẽ sibi ascribunt de instrumento guarentigiæ incipit quoniam in ciuitatibus Tusciæ: vbi tenet distinctè, ꝙ procurator non potest petere executionẽ instrumenti guarentigiæ: allegat d. l. si procurator in fi. nihil plus dicit: ego dixi supra semper me credidisse, & adhuc credere illum non esse ab eo æditũ: vt ex eius stillo, & fundamentis quæ satis viri insipientiam demonstrant apparet: ego teneo contrariũ esse de iure verius: imo ꝙ procurator ad lites constitutus, & ad agendũ posset petere executionem instrumẽti habentis paratã executionẽ: Primò moueor à ratione decidendi quam posuit Barto. in dict. l. si procurator: nã ratio decisionis illius leg. est quia cõstitutus fuit aliquis procurator ad litẽ, seu ad agendum in lite quæ vertebatur in iudicio, sed lata sententia finitum est mandatum quæ ratio cessat in casu nostro, vbi nulla lis erat, sed instrumentum de per se habet executionem paratam: & sic statim incipit ab executione, nec antecessit lis aliqua super qua operetur mã-
8 datum, ergo. † Item allego Barto. qui expressè hanc quæstionẽ decidit si rectè ponderetur in d. l. hoc iure: vbi Bar. dicit, quod si aliquis est procurator qui habet mandatum ad lites, & aliàs haberet generale mandatum, quòd vigore illius generalis mandati potest actionem iudicati intentare: & sic petere executionem sententiæ, & infert ex hoc specificè ad propositum, quod iura dicentia procuratorẽ ad lites non posse petere executionẽ sententię: debet intelligi quãdo petit executionem sententiæ in qua ipse fuit procurator: nã tunc sententia lata finitum est mandatũ eius. sed sententias latas ante mandatum sibi factum dicit ipse quòd nõ videt: quare non posset petere executari, & earum executionem petere, vel quare actionẽ iudicati intentare non posset cũ istud aliquo respectu posset esse lis, sed cùm mandatũ est litis exercitium, ergo &c. Quòd dicit perpetuo mẽti tenendum, & semel accidisse in ciuitate, vbi ipse legebat facit l. ij. & iij. ff. de administra. tut. vbi tutor potest actionem iudicati intentare eo quòd non solùm ad lites, sed ad alia habet generalẽ administrationem. l. quòd si fortè. in §. j. ff. de sol. vbi tutori potest solui: item bene facit doctrina Bar. in dict. l. hoc iure quam supra retuli: & ibi etiam tenet Ang.

quòd

quòd ad lites futuras procurator cõstitutus petit executionẽ sententiæ, ergo ita in proposito cũ nulla lis antea præcesſit hæc executionis petitio dicitur lis futura.

9 † Faciat cõclusio Bar. in l. damni. in §. his qui vicinas. ff. de damno infe. & ibi gl. dicit, ꝙ si procurator promisit de domino defenden do intelligitẽ quoad lites præsentes non quæ postea emerserunt per gl. in l. omnium. ff. de procur. quòd ibi Bar. intellexit, nisi causæ futuræ essent cõnexæ vel dependentes à primis l. quibus in fin. cũ l. seq. in fi. ff. de tut. licèt Specu. in titu. de procur. §. j. & §. ratione autem formæ in duobus versicu. tenet ꝙ procurator simplex trahatur ad futura per l. fi. C. quæ res pig. oblig. po. & l. seruitus de serui. vrba præd. quæ in veritate parũ vrgent. optimè facit decisio Alex. in apostillis per eum factis in di. §. si quis dicens, quod licèt sit vera opin. Bar. tenentis, quòd procurator simpliciter constitutus non videatur cõstitutus ad lites futuras, quæ posteà emerserunt illud erit verũ, vbi aliquæ causæ, seu lites essent de præsenti, sed si de p̄senti nullas causas, seu lites haberet dominus constituens tunc mandatum traheretur etiã ad futuras, vt mandatum aliquid operetur l. fund⁹ qui locatus. ff. de fundo instru. & propter hæc euitanda in omnibus instrumentis procurationũ hodie apponitur hęc clausula, scilicet cõstituit eum procuratorem ad omnes lites motas, & mouendas, nec obstat dict. l. si procurator. per quam se fundabat dictus doctor in dicto tractatu: quia debet intelligi in executiõe sentẽtiæ, in qua ipse fuit ꝓcurator secus in sententiis iam latis antequã sibi daretur dictum mandatũ; quæ fuit responsio Barto. in dict. l. hoc iure, simile est in executione instrumenti: de quo loquimur super quo anteà nulla

b lis interuenit b. ita resideo in hac conclusione, quod procurator simpliciter constitutus ad agendum potest petere executionem instrumenti habentis paratam executionẽ: & sic iam olim obtinui apud Mutinam.

10 † Sed pone, quòd procurator fecit executionem instrumenti vtrum ab inuito potest recipere, & exigere solutionẽ talis procurator, nec credas solutionẽ huius quæstionis pendere necessario à solutione quęstionis superioris: nam possibile est talem procuratorẽ habere mandatum ad executionem petendam, sed non ad recipiendas pecunias habitas, & exactas per executionem cum maioris prędiudicij sit solutionem recipere quàm executio-

nem petere: dicas quòd regulariter procuratori ad lites, seu ad agendum non potest solui: casus est in l. sed si tantum. ff. de pactis. & in l. hoc iure. ff. de
11 solutio. † Fallit [c] si est datus
c ad exigendum: quia tunc potest solutionẽ recipere. iste est casus in l. inductum, C. de solutio. & in l. non abstulit. C. de noua. Bar. in dict. l. hoc iure in princip. & Bald. in l. falsus ij. colũ. C. de furtis. & in l. quod quis. C. de procura. vbi dicit: quod verbum exigere significat executionem quæ in solutione consistit. allegat dict. l. si fideicommissa in §. si rem de lega. iij. facit l. ij. versi. sed nec exigere. C. solu. matri. cõmunis est sententia quam latè videbis per Alexand. in l. nõ solum in ij. & iij. col. sol. matri. & ibi cõmuniter tenẽt omnes quod posset recipere solutionem à sponte soluente: licèt aliqui sint in cõtraria opinione inter quos est Specu. & Roma. cùm verbũ exigere sonet extorquere ab initio: & sic nõ à sponte soluente: communis opinio est in contrarium: quia si per dicta verba ad exigendũ videtur ei concedi mandatum ad recipiendum solutionem: etiã ab inuito multò fortius à volente. pro quo bene facit text. singularis in l. si qs mihi bona in cap. si quis mandauerit. ff. de acqui. hęredi. ibi (at si ex testamento mãdauerit) poterit ab intestato: quoniã non fecit deteriorem cõditionem patris: vbi est casus famosus.
12 † Quod vbi aliquid est mandatum alicui per modum magis periculosum intelligitur etiã mandatũ: vt si fieri posset fiat per modum minus periculosum qđ est singulariter notãdum ad limitationem l. diligẽter. ff. manda. [d] Et illũ §.
d summat Barto. sub §. si coram eiusdem l. quem allegat Alex. in dict. l. non solum, sed ante illum ponderauerat Bal. in d. l. sed si mandauerit, vbi dicit per illum tex. quod digressio à tenore mandati superficialiter, seu figuraliter non vitiat dummodò substantialiter & in effectu seruetur intẽtio mãdantis bonus text. in l. fina. §. fina. ff. manda vbi apertè hæc probatur ibi: sed si mandasset creditori vel alias egisset est casus in l. si cum dotem. §. si post. ff. soluto matrimo. quod verbũ exigere importat etiã volũtariã solutionem: & licèt hæc sit cõmunis opinio: reperio Bald. in l. † itẽ magistri. de
13 pactis esse in quadã singulari opinione: dicit enim quod in procuratore ad negotia esset vera communis opinio quod verbum exigendi accipiatur etiam in volũtariam solutionem: & sic ei solui posset cùm in tali procuratore nihil est, in quo

quo dicta verba possent operari: sic intelligitur l. solutū. in §. solutam. ff. de pign. actio. vbi tex. indistinctè dicit, quòd procuratori potest solui, sed vbi mandatum confertur ad iudicia, nisi specialiter dicatur quòd ipse posset solutionem recipere: nunquam poterit exigere solutionem: nam si hoc posset, esset domino magis damnosum: quia posset dictus procurator recedere cum pecunia: ideo non dicitur dominus mandasse, nisi exercitium
2 Perusinus. †Et quod requirātur literæ iudicis qui protulit sententiam ad hoc vt alius iudex posset exequi dicit gl. expressè in l. cùm quædam puella. super parte quod geritur de iurisdic. omn. iudi. Idem tenet glo. in l. ij. ff. si quis in ius voc. non ierit. in parte si quis in ius ex causa: vbi glo. allegat dicta iura quæ Bar. allegauit, & sic intelligit tex. in dicto §. sententiam Romæ. & ibi per docto. Bar. in l. argentarium. §. j. de iudi. & in l. j. ff. de offic. consu. Ang. in l iiij § si ex conuentione. ff. de re iudi. Imo. in l. intra. ff. eod. Alexan. Imo. in d. §. sententiam. prima addit. in iij. & iiij. col. & vide tex. optimū in l. cùm vnus. in §. pe. ff. de

ff. de bon. autho. iudi. posſi. ibi (eo loco iuſſus eſſe videtur, cu ius cura ad iubẽtem pertinet.)
3 † Hoc debes intelligere: vbi imploratur officiũ iudicis pro executione ſententiæ: ſed ſi actio in factum vel actio iudicati intẽtetur hoc bene poteſt etiam coram alio iudice: licet non ad literas, nec ad requiſitionem primi iudicis ſententiantis. ita dicit Bar. notanter in dicto §. ſententiam. rationẽ reddit: quia actionem quam habet vbique exercere poteſt. allegat pro fundamento huius concluſionis. l. fina. in fine. de præſc. longi temp. & dicit quòd in hac actione ſolum ha bebit probare iudicatum eſſe. l. nam & poſtea. §. j. de jureiu ran. de iudi. l. ſi prętor. in prin cip. & illum ſequuntur Bal. & Sali. in d. l. vnica. ad fin. C. de confeſſ. Idem Bald. in l. ij. in princ. ij. col. C. de exec. rei iudic. vbi dicit, quòd eſt vtile ha bere actionem in factum ex ſententia: quia ſi fortè ſententia lata in loco domicilij peta tur executioni mandari in loco idoneo alterum de duobus eſt neceſſarium, aut literæ pri mi iudicis, aut quod agatur actione in factum ex ſententia & cõdemnetur. Hoc idem videtur tenere in d. l. argentarium. ff. de iudi. Idem Ang. in l. iiij. §. ſi ex conuentione. ff. de re iudica. dicens, quòd vbi agitur officio iudicis pro executione ſententiæ requiritur quòd literæ primi iudicis interueniant: ſic dicit ſe intelligere d. §. ſententiam Romæ. ſed vbi agitur actione in factũ vel iudicati non requiruntur literæ, ſicut non requirũtur in qualibet alia actione ex quacunq; diſpoſitione deſcendente. tenet Spec. vbi ſuprà, & dicit quòd Bar. tangit imperfectè in l. intra. ff. eodem debuerat recordari. idẽ Ange. quod Bar. tangit & perfectiſsimè. in d. §. ſentẽtiam. quem ſuperius retuli. & licet Io. de Imo. pugnet contra Bar. in d. §. ſententiam. tamen teneo opin. Bart. tanquam communem & verã
b & [b] illam ferè ſequuntur omnes & Alex. ibi in ij. addit. in
4 ij col. † Ex quo datur regula, ſcilicet quòd regulariter ſententiam latam ab vno iudice non poteſt exequi iudex alterius territorij. l. cùm vnus. in §. pen. cum aliis iuribus, fallit primò niſi ad literas primi iudicis dicto §. contrahentes. & d. §. ſententiam Romæ. fallit ſecundò niſi intẽtaretur actio in factum vel iudicati ex ſententia. nam iſta poteſt intentari in alio quocunque loco. intellige idoneo vel competẽti, puta ratione originis contractus vel domicilij etiam ſine literis ſententiantis. Bar. in d. §. ſententiam. cuius dicta ſequitur

quitur

quitur ad literam Abb. in c. postulasti. de foro compet. excepto in delictis & beneficialibus in quibus absq; literis potest exequi alius: vide eum.

5 † Ego crederem, quòd ipse Bar. intellexit hanc conclusionem secundum opinionē quā ipse tenuit in l. intra. ff. de re iudic. scilicet quòd vbi agitur actione in factum vel iudicati ex sententia non habet sententia executionem paratam: quia tūc cessant rationes quæ fundant quòd sententia non exequatur per alium iudicem quàm per eum qui tulit literas eius. Nā si teneatur aliorū opinio qui dicunt, quòd etiam si agatur actione in factum vel iudicati, habeat sententia executionem paratam quorum opiniones suprà retuli in primo notabili huius l. in materia iuramenti in illa quæstio. vtrum iuramentū habeat executionem paratam in versi. ex prædictis infert Bar. videntur dictæ rationes militare, & sic illo casu videretur idem dicendum, quòd in officio iudicis vt ibi sentit Io. de Imo. Alex. videtur sentire hanc difficultatem in d. §. sententiam. in fine primæ additionis, & etiam hac opinione retenta sequitur Bar. & semper procedit prima ratio Bar. quæ est, quòd officium iudicis quo petitur executio fundatur in ęquitate quę æquitas videtur solum militare in ipso qui iudicauit: quia sibi constat de iudicio & causa & sententia, nec militat in eo qui non iudicauit, cui hæc omnia sunt ignota: & propterea absque literis iudicantis nō potest exequi: sed actio in factum vel iudicati non descendit ab illa ęquitate: sed ex mero rigore, & ex quasi contractu. l. iij. §. idem scribit. ff. de peculio. & sic quando ipsa intentatur pro executione cessat dicta æquitas: & per consequens ratio. hæc ille.

6 † Ista ratio mihi non concludit, videtur verbis potius imposita quàm ponens argumentū necessarium: iura enim quæ prohibent executionem fieri, nisi ad literas iudicantis habeant rectam considerationem, de qua latè Bar. in d. §. sententiā. sed illa consideratio esset posita in verbis sine effectu si teneremus, quòd non haberet locum si intentaretur actio iudicati. vnde dispositio dictorū iurium redderetur inanis & carens effectu posita in nomine libelli, quod non est dicendum: quia iura effectum considerant nō verba, & quod ista fuerit intētio Bar. ipse demōstrat in quantum dicit in d. §. sententiā. in fine quæstionis, quod vbi dicta actio iudicati intentatur solum habebit necesse probare iudicatum esse, vt l.

vt l. si prætor. in prin. ff. de iudi. & l. nam & postea. § j. ff. de iureiuran. & sic etiam tenendo opinionem Bar. quam ipse tenet in d. l. intra. est singulare dictum suum ab eo positum in d. §. sententiam. quod etiam si actio iudicati intentetur, licet non habeat paratam executionem: tamen proceditur summariè ostendendo iudicatũ: vt dicit Bart. in d. §. sententiam. Ang. notanter in d. l. intra. & poterit iste summarius processus fieri in hac actione iudicati etiã sine literis iudicis pronuntiantis. Et si teneas opin. Alexan. adhuc esset magis singulare, scilicet quòd isto casu procedetur etiam via executiua sine aliqua requisitione per dictam actionem in factum vel iudicati quod teneas

7 menti ad practicam. † Fallit tertiò vbicunque iudex alterius territorij coram quo petitur executio esset iudex competens: & haberet iurisdictionem in personam rei, puta ratione originis vel domicilij, quia tunc posset exequi sententiam contra eum latam etiam sine literis, & requisitione primi iudicis sententiantis, & iura quæ requirunt requisitionem & literas intelliguntur quoties iudex alterius territorij nõ haberet iurisdictionem in reũ respectu personæ: sed solũ in rebus, hoc est elegans dictum Bal. in addit. ad Specu. in tit. de senten. in viij. col. in versi. sententia lata per vnum iudicem. Mouetur per tex. in d. l. argẽtarium. de hoc dicto meminit do. Alex. in d. §. sententiam. in prima addit. in v. col. dicit, quòd ab alio nõ repetit scriptum: & sibi videtur non esse tutum hoc affirmare. Primò, quia esset multum restringere iura superius allegata quæ requirunt literas & requisitionem iudicis pronũtiantis. Item, quia illud officium quo petitur executio competit ex æquitate: vt sit litium finis quæ æquitas cessat in alio iudice. ideo requirũtur literæ iudicãtis. Præterea hoc videtur esse contra notata per Bar. in d. §. sententiam. vbi facit maximã differentiã quando executio petitur officio iudicis: & tunc requirantur literæ, aut per actionẽ factum: & tũc secus, sed si vera esset limitatio Bal. nulla esset differentia. hęc sunt motiua quę Alex. titubantem reddiderunt: & sic residet: est iste casus singularis

8 passus. † Ideo considera: quia quod tex. in d. l. argentarium. §. nomine. qui mouet Bal. multũ vrget: nam ibi tex. indistinctè dicit, quòd sententia fuit lata in prouincia, in qua tutores fuerunt cõdemnati nomine pupillæ propter mutuum quod mater sua acceperat Romæ

mæ & tamen text. ibi dicit, ꝙ
iudicatũ Romę facere cogun-
tur, & ibi glo. notanter dicit
quod alibi datur sententia, &
alibi executioni mandatur, est
verum quòd Ia. But. respõdet
huic legi exponendo illa ver-
ba Romæ facere coguntur, sci
licet per actionem in factũ nõ c
officio iudicis quod habet exe
cutionem paratam quæ solu-
tio placet Alex. in d. §. senten-
tiam. mihi tamẽ displicet tan
quam cõtinens diuinationem
ad d. l. quæ indistinctè loqui
tur de executione iudicati nõ
de actione quę non habet exe-
cutionẽ paratã: & hoc innuit
claré litera in quantum dicit
coguntur verbum denotans
executionem l. episcopale. &
auth. si quis litigantium C. de
epis. audi. d. l. cùm vnus. Item
Iaco. But. dicit expressè cõtra
glo. ibi in quantum dicit glo.
not. hic, quod sententia alibi
datur, & alibi executioni man
datur. ecce ergo, quòd glo. in-
telligit illũ tex. quòd senten-
tia Romę mandabatur execu-
tioni quod non esset si intelli-
geretur de actione in factum
quæ non habet viam executi-
uam secundum Bar. opi. hinc
est quòd Ang. in d. l. argenta-
rium. ad finem coactus ex ver-
bis illius tex. tenet indistinctè
quòd in casu d. l. debet incipi
ad executionẽ: & sic tenet in-
distinctè, quòd sentẽtia execu-

tabitur per iudicem Romæ, li
cet lata in prouincia, & sic re-
cedit à dicta expositione Iac.
But. dicit, quòd si obseruat cõ-
suetudo quæ est optima legũ
interpres: sed quia durum est
recedere à communi opinio-
9 ne. †Ego respõdeo [c] quòd d.
l. argentarium. quę indistinctè
dicit sentẽtiam latam in pro-
uincia esse Romæ exequendã
esse intelligendam secundum
distinctionem d. §. sentẽtiam.
scilicet si hoc visum fuerit iu-
dici sententianti: & sic ad eius
requisitionem: quia etiã leges
posteriores limitãtur & distin
guntur per priores & econtra
posteriores ff. de legi. & l. nõ
est dubium. glo. notabilis in l.
sciendum. ff. qui satisd. cog. &
allego ad hoc gl singularem
quam nõ reperio per scriben-
tes ad hoc ponderatam in d. §.
sentẽtiam. super parte in pro-
uinciis, dicit gl. idem est econ-
tra, vt l. argentarium. §. nomi-
ne. ff. de iudi. ecce ergo gl. quę
apertè intelligit d. l. argenta-
rium. in eodem casu, in quo lo
quitur dictus §. sententiam. &
sic sub eadem cõditione, scili-
cet si iudici sentẽtiãti hoc vi-
sum fuerit: vt disponit tex. in
d. § sentẽtiã. Itẽ si vera est om-
niũ opinio tenẽtiũ quod iudex
vnius territorij nõ posset sen-
tentiã ab alio latã exequi, om-
nes illæ rationes ꝑ quas illud
statutum est quas ponit Bar. in
d. §.

d.§.sententiam videntur militare, in casu in quo loquitur Bal. quapropter limitatio sua nō caret scrupulo. hæc principia placuit mihi scribere etiā si videantur extra propositū: vt videas quo fundamēto vadant ea quæ statim subiiciam de instrumenti executione:& quia hæc materia est larga & vulgaris alias limitatiōes videbis per modernos in dict.§. sententiā:& per Abba.& alios in dict. c. postulasti:& de his hactenus vt veniamus ad pro-
10 positū. † Nunc ad intentū sermonis incepti accedēs, scilicet de executione instrumēti guarentigiæ dicit Bar. in d.§ sententiā ad finē: quod vbicūque iudex qui tulit sententiā non potest exequi pro se sententiā quā protulit quicūq; alius iudex cui subest condēnatus potest exequi sententiā alterius sine eius literis,& requisitione. Ex quo infert duo singulariter notanda. Primū, quòd si arbiter tulit sententiam in ciuitate ista quod in alia diuersi territorij, cui subest condēnatus poterit sententia mandari executioni ex mero iudicis officio, nec requiritur arbitri vel alterius iudicis requisitio. Ratio est secūdum eum: quia hoc dictat æquitas: quia cùm arbiter non posset exequi per se nullam iniuriā sibi facit alius
11 iudex exequendo. † Ex hoc infert aliud ad propositum, ꝙ instrumentis in quibus continetur præceptum guarētigiæ secundum cōsuetudinem Tusciæ vt posset vbique executioni mandari à quocunq; iudice idoneo: cui subest condemnatus nullius expectata requisitione. nam notariis cōceditur à statutis iurisdictio præcipiendo partibus, vt obseruent contenta in instrumēto quod præceptum ex forma statutorum mādatur executioni sicut sententia diffinitiua exequēdi nullam habent autoritatem: vt arbiter, quod bene notat Ang. ibi. idem tenet discrepans in vno, quia Bart. dicit: ꝙ hæc exequentur ex mero iudicis officio. Ang. verò dicit: quòd hoc
12 est falsum. † Quia ex sententia arbitri nascūtur tres actiones, actio in factum, actio vtilis in rem,& condictio ex lege, l. ne in arbitris. §.j. C. de arbi. vbi est casus: sed dicit se non inuenisse pro dicta sententia posse iudicis officiū implorari. idē dicit in instrumentis guarentigiis: quod ex eis via executiua per officium iudicis non potest intentari: nam cùm tale remedium executiuū sit proditum à statuto oritur condictio ex statuto quæ personalis actio est: ideò nimirùm si vbique cum suo priuilegio potest intentari. l. fin. §. pen. C. de præscr. xxx. anno. sic ergo isti

isti cōcordant: quòd sententia arbitri vel instrumentum gua reutigium potest exequi per iudicē alterius territorij sine aliqua requisitione: ex quo nulla iniuria ei fit cùm per se non posset exequi: discordant tamen in remedio executiuo: quia secundum Bart. per officium iudicis, sed secundum Ang. condictione ex lege vel statuto: & aliis remediis, de quibus supra, non tamen officio iudicis. Ioan. de Imo. quem sequitur Alex. in d. §. sententiam in iij. additione. ad fin. tenet opinio. Bar. quia ex sen tētia arbitri, licet oriatur actio in factum, vt l. cùm antea. C. de arbit. tamen illa actio in factum, mandabitur executioni per officium iudicis: vt declarat Bar. in l. intra dies. ff. de re iudi. Item quia cùm verba d. l. cùm ante dirigantur ad iudicem: ergo potest implorari officium iudicis, iuxta glos. notab. in l. si soror. C. de colla. & per hoc inferunt idem in instrumento guarentigio: quia cùm statutum dicat: vt mandetur executioni: & sic verba statuti dirigātur ad iudicem, poterimus per officium iudicis exequi. & idē Bal. de Arbitro, in l. fi. C. de exe. rei iud. sufficit q̄ in effectu omnes sunt

13 cōcordes. † Ego de arbitro do text. notab. in l. cùm antea. C. de arbit. ibi. (vel eius cuius sorum pars sequitur.) vbi tex. fin. nulla facta distinctione disponit q̄ sentētię arbitrorū executioni mandentur per iudicē rei: & sic non inspicitur locus arbitrij: sed forus conuenti, quem tex. Bald. ibi ad hoc facit singul. idem ibi Salic. dicens quòd nec locus compromissi, nec in quo latum est arbitrum, sed forus conuenti inspicitur: & sic cùm ille tex. indistinctè loquatur, nulla facta mentione requisitionis, videtur mihi esse ibi casum expressum pro opinione Bar. Ex prædictis pono quandam conclusionem quotidianam: quòd cùm hodie sententia arbitratorum habeat executionem paratam, siue sit emologata expresse, siue tacitè per lapsum decem dierum: vt dicit tex. not. in iij. parti. titu. iiij. l. fina. & est quædam lex facta à rege Henrico in Madrid. anno 1458. quòd hæc sententia mādabitur executioni à quocūq; iudice idoneo seu cōpetenti: cui subest reus condemnatus, nec requiritur requisitio arbitratorum vel alterius iudicis, quod est notandū.

d Ad propositum ergo [d] concludo, quòd instrumentum executorium potest mandari executioni per quencunque iudicem idoneum seu competentem: cui reus subest, nec alicuius requisitio requiritur: hoc

est clarum per ea quæ supra dicta sunt: quia hic cessat materia executionis sententiæ: & etiam aliorum instrumentorum guarētigiorum quæ fiunt in Italia in forma iudicij ex tabellionis præcepto: vnde licet hæc lex mandat exequi instrumenta, non tamen mutat forum à iure statutum: & ad hoc faciunt omnia fundamenta ante posita: & omnia iura quæ loquuntur in materia statuendi forum.
14 † Prædictam doctrinam Bart. in d. §. sententiam. limita & intellige esse veram, si in loco, in quo petitur executio vigebat statutum, quòd talia instrumenta mererentur executionem, nam dictum statutum porrigitur etiam ad instrumenta alibi facta, secus si tale statutum ibi non vigeret, licet esset in loco instrumenti secundum Bal. in l. j. in iij. col. C. ne filius pro patre, & in l. vnica. ad fi. C. de confessis. & Alex. in d. §. sententiam. in iij. addit. in fine. & infra dicetur.
15 † Adde tamen vnum singulare verbum Ang. de Peru. in l. iiij. in §. condemnatum. ad finem. ff. de re iudic. vbi dicit, quòd si petatur executio instrumenti coram iudice seculari, licet pars contra quam petitur executio adeat Episcopum, & coram eo petat declarari instrumentum vsurarium illa petitio, nec impedit, nec retractabit instrumenti executionem coram iudice seculari petitam: propterea inoleuit mos, quòd Episcopi inhibent iudicibus secularibus, & sub excommunicationis pœna, vt supersedeant in executione quòd præceptum refert esse iustum fundamentū istius conclusionis: sumit Ange. ex quodam dicto Innoc. in c. cùm
16 in iure. de offic. deleg. † Vbi dicit, quòd[e] si super retractatione sententiæ pendet lis: puta, quia condemnatus ex aliqua causa, petit sententiam infirmari, illa litis pendentia non habet impedire executionem coram suo iudice, nisi peteretur retractatio per remedium appellationis, supplicationis vel restitutionis. & dixit Inno. ꝙ qui cōtrarium dicit alleget legem: quia ipse non inuenit eam: imò est casus in contrarium in l. fi. in vltimo responso. de ordi. cogn. per quæ infert Ang. ꝙ cùm instrumenta guarentigiæ habeant executionem paratam secundum statuta Italiæ, licet petatur retractatio instrumēti, illa litis pēdentia non impedit executionē dicti præcepti, quod refert
17 notandum. † Sed do. Alex. in d. §. condemnatum. in iiij. additio. non tenet istum dictum Ang. per quandam rationem quam ibi faciebat Raph. dicēs ꝙ aliud est quādo petitur execut

cutio instrumenti vigore statuti, aliud quando petitur executio sententiæ, nam vbi petitur executio instrumenti, exceptio peremptoria non intelligitur reiecta eo: quia ante nō præcesſit aliquod iudiciū, in quo potuit opponi, & super ea discuti: vnde licet exceptio peremptoria non posset opponi post sententiam, tamen ad impediendam executionē instrumenti habentis paratam executionem, bene potest opponi exceptio peremptoria, secundum Bald. in l. peremptorias. C. sen. resc. non posse: & hoc est quod voluit Fede. cons. cxxvj. incipit in quæst. domini Pauli, vbi voluit: quòd iudex secularis non debet procedere interim quando scit quæstionem verti coram ecclesiastico per ea quæ habentur in c. tuā. de ordi. cogn. & istud in nostro proposito videtur verius cùm fiat processus infra x. dies super omnibus legitimis exceptionibus, post illos translatos esset dubium, & ad malitias obuiendas: tunc obseruarem dictum Ang. ex quo nihil probauit in terminis, & postquàm soluerit remanet sibi ius suum saluum ad omnes ex
18 ceptiones probandas. † Quid autem operetur hæc clausula quæ apponitur hodie instrumentis, scilicet, & reus dedit potestatem exequendi hunc contractum omnibus & quibuscunq; iudicibus coram quibus hoc publicum instrumentum ostensum fuerit, & eius executio petita iurisdictioni: quorum se submittit, renuntians suo proprio foro, vt illud executioni mandent, &c. Si potest peti executio vbicunq; inueniatur, vide gl. Bar. Bald. & Ange. in l. j. & in l. iij. §. si quis ita. ff. de eo quod cer. loco. not. tex. & ibi Bar. in l. Lucius. la. j. ff. depo. Bal. in rub. de constitu. pecu. C. & in l. si quis in conscribēdo. C. de epis. & cler. sed quia ibi loquuntur doct. quando in contractu: & in solutione apponitur dicta promisſio, nostra clausula loquitur quando pactum apponitur in iurisdictione, vt in exēplo ante inueniatur vel vbi petita fuerit executio, vide casum ad propositum, & posito, scilicet, respectu iurisdictionis: puta ꝙ fiat executio, & posset cōueniri vbicunq; ibi Bar. Bal. Ang. & elegantius & copiosius Alex. Imo. in l. si conuenerit. ff. de iuris. om. iu. vbi inuenies ad saturitatē, & formā quā debes ponere in instrumēto, vt posset reus cōueniri vbicunq; inueniatur, & cesset d. l. si cōuenerit. s. promittēdo soluere vbicunq; fuerit inuentus, per d. l. Lucius. & d. §. si quis ita. Et sic remaneat hæc regula, ꝙ instrumētū executiuum,

de quo in his partibus, potest exequi per quencunq; iudicē: cui reus subest, & non per aliū.

19 † Fallit primò, nisi quis in contractu promisisset soluere vbicunq; fuerit inuentus: quia tūc vbicunq; inueniatur potest cōueniri & exequi contra eū instrumentum; quia ibi videtur contraxisse, vbi reperitur per dicta verba l. contraxisse. de actio. & oblig. l. Titium & Meuium. de administ. tuto. & sic aliud est promittere quòd quis posset conueniri vbiq; locorū: & tunc disponit l. si conuenerit, de iurisd. om. iu. quod parū operatur, cùm posset pœnitere ante litis contestationem, vt ibi dicit text. vnde ista pacta quæ quotidie apponuntur in instrumentis, ꝙ quis posset vbiq; alium conuenire regulariter, nihil releuat nec operatur ad conuentionem & executionem: ita dicit Bart. in d. l. si conuenerit. aut pactum apponitur solutioni, vt supra dixi: & valet pactum & operatur vt vbicunq; inueniatur posset conueniri: vnde dicit Bart. in d. l. si conuenerit. promitto soluere vbicunque in Tuscia me inueneris, vbicunque in ea prouincia me inueneris, me poteris conuenire. Hoc probatur clarè in l. prima, melius in l. tertia. §. si quis ita. ff. de eo quod certo loco: & ibi docto, & in l. Lucius. ff. deposi. facit l. hæres absens. ff. de iurisdict. omnium iudic. de quo latissimè in locis prædictis videbis: sed hæc est veritas.

20 † Vnde consulo, [f] quòd cùm hodie in omnibus instrumentis apponatur hoc pactum, & dederunt potestatem omnibus iudicibus, coram quibus dictum instrumentum fuerit ostensum: & ex eo petita executio iurisdictioni: quorum se submittunt, vt illud mandent executioni, quod vltra hoc addatur, & promiserunt soluere, & adimplere contenta: & ibi promissa vbicunque inueniantur: nam virtute istius clausulæ finalis poterit peti executio in quocunq; loco inueniatur, etiam si non sortiatur forum in illo loco, quia si hanc clausulam non poneres virtute dicti pacti, cùm tale pactum apponatur super iurisdictione, non posset peti executio cum effectu, nisi in loco idoneo, vbi reus sortiretur forum, cùm posset reus pœnitere ante litis contestationem, dicto pacto non obstante, vt dicta l. si conuenerit. & ibi Bar. & hoc breuiter, quo ad hanc clausulam, ne digrediar vltra quàm opus fuerit, remitto ad loca supra assignata; quia vulgata & longa est materia.

21 † Fallit hoc & secundò, si aliquis reperiatur in curia regis, vel in cancellaria; quia cùm sit com

communis patria, ibi potest conueniri, & exequi contra eum instrumentum, nisi veniret ad curiam necessitatus, seu coactus. Ista est notab. lex partitæ. iij. partita. titu.iij. l. iiij. incipit. responder no deue. argumento eorum quæ de iure communi statuebantur in ciuitate Romæ, quæ communis patria appellabatur. l. Roma. ff. ad municipa.

22 Vnum casum tene menti, instrumētum executorium non potest exequi per diuersi territorij iudicem, etiam ad literas iudicis, vbi confectū est, scilicet, vbi executio instrumēti non sumeret vim de iure communi, sed per formam statuti municipalis. Allego ad hoc notabile verbum Bald. in l. vnica. in final. verbis. C. de confess. vbi dicit, scias vnum quòd si executio non sumeret vim de iure communi, sed per formam statuti municipalis, executio talis per iudicem diuersi territorij fieri non posset etiam per literas remissas ad illum. Ratio est, quia in exequendo suam non alterius iurisdictionem sequi debet. l. missi opinatores. C. de exa. tribu. lib. x. quod refert menti tenendum, & reperio do. Alex. in d §. sententiā. j. ad di. in v. col. de hoc dicto facere mentionem, licet loquatur in sententia, & est cota corrupta: quia alegat Bal. in prin. l. vnicæ de confess. & est in final. verbis. & sequitur hanc sententiam. idem per hæc verba tenet Bald. in l. cunctos populos. xv. colum. C. de summa trinit. versic. viso de iure personæ. allegat d. l. missi opinatores, & loquitur Bal. not. g

g siue tractetur de ordine iudicij, seu de executione, siue fiat ad literas iudicis sententiātis, siue sine eis debet inspici locus, vbi fit executio & statutum illius loci seruandum est. idem tenet Bald. in l. j. in iij. col. C. ne filius pro patre, dicēs ꝙ si est statutum in hac ciuitate: quòd instrumenta vbi est pręceptum guarentigiæ, mandentur executioni viso instrumēto & citatione non præmissa, ꝙ si aliquis producit ad hāc ciuitatem instrumentum, habens pręceptum guarentigiæ, quòd habet paratam executionem, ꝙ instrumentum factum est in loco extra territorium, vbi non viget tale statutum, ꝙ mandabitur executioni ex eo: quia vbi loquimur de ordine iudicario, siue quo ad ordinem processus, siue executionis debemus inspicere locum iudicij. l. ij. C. quemadmodum testamen. aperi. & d.

23 l. missi. † Et per prædicta aliàs dicebam in facto in causa ardua quantitatis decem milliū ducatorum: & plus in quo-

dam mercatore Veneto, qui
produxit quoddam instrumẽ-
tum factum apud Venetias cõ
tra quendam alium mercato-
rem conciuem suum commo-
rantem in hoc regno, quòd
instrumentum habeat execu-
tionem paratam in patria sua
cũ certis limitationibus mul
tis solennitatibus iudiciariis
omissis, vt vidi per quendam
librum statutorum suorum in
quo erat dispositum super exe
cutione instrumẽtorum, dixi
quod in hoc regno non habe-
ret paratam executionẽ secun
dum formam traditam in di-
cto statuto Venetiarũ: sed se-
cundũ dispositionẽ iuris nostri
regni debuit exequi vel pro-
cedi ordinariè sicut esset si in-
strumentum esset celebratum
in hac patria. putà ꝙ si in eo
esset pactum executiuũ secun-
dum nostrum morẽ, puta de-
dit omnibus iudicibus pote-
statem. &c. executaretur alias
non. & idem cõsuluit Ludo.
Rom. in pluribus consiliis: &
sequitur Pau. de Cast. in d. l. ij.
C. quemadmo. test. aperi. & ita
24 obtinui. † Habes etiam ecõ-
tra si producatur aliquod in-
strumentum factum extra re-
h gnum [h] etiam si vbi confectũ
est non habebat paratam exe-
cutionem mandabitur execu-
tioni in nostro regno, si est
exequibile secũdũ dispositio-
nẽ huius legis, de quo pulchre

Bar. in l. cunctos populos in j.
quæst. & hoc intellige quo ad
ordinẽ iudicij, & executionis:
sed quo ad esse contractus &
eius decisionẽ inspicitur loc⁹,
in quo est cõtractus celebrat⁹:
vnde si in loco executiõis nul-
la posset opponi exceptio cõ-
tra instrumentũ si instrumẽ. ũ
est factũ extra territoriũ pote
rit opponi exceptio, & potest
fieri probatio attento iure cõ-
muni per dictã regulã secũdũ
Bald. in d. l. j. C. ne filius ꝓ pa-
tre. idem Bal. in dict. l. cunctos
populos, & Bart. ibi notanter
hæc nota: & tene mẽti ad cõ-
tractus factos extra regnum si
in eis habebit locum huius l.
dispositio. & hanc opinionem
Bald. sequitur Pau. de Castr. &
alij in l. à diuo Pio §. post sen
25 tentiam de re iudicat. † Ex
quo infertur, quòd stante sta-
tuto: prout est in ciuitate Ve-
netiarum quod scripturæ pri-
uatæ mercatorum scriptæ eo-
rum manu vel libri rationum
plenam fidem faciant, stabitur
statuto, seu cõsuetudini illius
loci in priuatis scripturis ibi
factis, quãuis alibi ventiletur
lis & iudiciũ, in quo loco iudi
cij producantur. ita Ioan. An-
dr. in titu. de instru. edit. §. nũc
dicendum in additione ma-
gna, quæ incipit in priuatorũ
circa finem, Anto. in capitu. ij.
in. iij. colum. de fide instrumẽ.
ideo Bal. in l. si non speciali in
ij. co

ij.colũ.C.de testa. dicit,quod scriptura facta in aliquo loco seruatur priuilegiũ illius loci vbicunque,& in l.exemplũ.C. de proba.dicit quod consuetudo loci quę dat robur scripturæ prabationis habet locum: nedum intra illud territoriũ:
26 sed etiam extra. † Et attẽde: quia hæc fuit prima conclusio Cyni de Pistorio in duobus locis,scilicet in d.l.cũctos populos.pe.col.& in l.j.in fi.col. C.quæ sit lon.consue. determinat ibi quod si quærimus de causæ ordinatione,debet seruari statutũ & cõsuetudo loci iudicij.Casus est in l.iij.ad fin. ff.de testi.ibi (quæ cõsuetudo in ea ꝓuincia, in qua iudicatũ fuerit) probatur in l.cum clericis ad finem de epis.& cleri. ibi (in his quæ ex consuetudine probẽtur officio:) & ad hoc ponderatur ibi per Bal.& per Cyn.& d.l. cunctos populos, aut de causæ decisione, & inspicitur locus celebrati cõtractus.est text.notab.in l.si fun-
i dus.[1] ff.de euictio.ibi (ex cõsuetudine eius regni, in quo negotiũ gestũ est) l.j.in princip.ff.de vsu.ibi (ex more regionis,vbi contractum est) l. semper in stipulationibus.ff. de regu.iur.idem Bart.in d.l. si fundus quẽ tex.Ange.ibi dicit valde notab.quod ad contractus validãdos,& cõfirmandos modus & consuetudo loci contractus attenditur. primũ membrũ probatur etiam in l. ij.C.quemadmo.testa. aperiã. ibi.(secundũ leges moresque locorũ insinuẽtur.)& ibi etiã sequuntur hãc distinctionem Cyn.Bar.& Bal.& Ange.idem Ang.qui notanter loquitur in
27 d.l.si fundus. † Sed in hoc de executione,qui est pręsens articulus ad propositum videtur magis notandũ,id quod Bald. dicit,vbi suprà.& eandem opinionem reperio tenere Ange. in di l.si fundus.quod in executione quæ fit ex mero officio inspicitur consuetudo,seu statutum loci,vbi fit executio: vnde infert quòd si in loco cõtractus est statutũ quòd quis capiatur pro debito in loco iudicij est statutum in contrarium debet inspici locus, vbi fit executio.Nec obstat dict.l. si fundus.& l.quod si nolit.§. qui assidua.ff.de ædi.edi. vbi est casus,quod quantum ad cõtractus validationẽ,& confirmationẽ inspicitur locus contractus:quia executio,siue modus exequendi nõ dicitur pertinere ad decisoria causę secũdum Fede.de se.quod reputat notandum:& vltra ea est not. text. in l. si in aliquam.ff.de offic.procon.ibi(& ferias quæ secundum mores & consuetudinem retro obtinuit dare.)
28 † Hanc conclusionẽ reperio notab.tenere Bal.in dict.l.ij.

C.quemadmo.testam. aperiã. vbi dicit hęc verba, vltimo nota in hac lege, quòd testamentum factum Paduæ, vel Bononiæ, & insinuatũ Perusij meretur executionem secundum statuta Perusij: quia has vires assumit mediante insinuatione, quæ fit in foro Perusino: quod dicit esse menti tenendũ Ange. in dict. l. si fundus. limitat hoc esse verum: vbi executio fieret ex mero officio: si autem ad literas & requisitionẽ iudicis sententiantis, & inspicitur consuetudo iubentis allegat l. cum vnus in §. his qui de bonis auto. iudi. possi. quæ nihil facit. Bald. tenet contrarium in d. l. cunctos, nisi diceres, quòd Ang. loquitur quando exequitur de mandato alterius iudicis Bald. quando ex requisitione, seu ad literas.

29 † Et quid si in vno loco cõtraxit, & in alio promisit soluere cum videtur vtrobique contraxisse, quis loc⁹ inspiciatur? Salice. in dicta l. cunctos. concludit quòd contractus, & nõ solutionis. vide Ange. in dicta l. si fundus. & Barto. in dicta l. cunctos. sed tene menti, quod dicta theorica superior fallit in dote: vt est casus famosus, licèt vulgaris in l. exigere dotem de iudicijs.

30 † Et tene menti, quod licet potestas habeat instrumentum habens paratam executionem contra sibi subditum: tamen durante suo officio, non poterit illud petere executioni mandari, sed remediũ est, vt cedat iura sua: ita ꝙ de euictione nõ teneatur k & cessionario nõ obstabit exceptio l. sed si restituat in princip. ff. de iudic. ita dicit Ange. in l. pars literarũ. ff. de iudi. l & hoc probatur apertè ibi in quantum text. dicit, quòd magistratus nõ ingrediuntur iudicium propriũ nec prosequẽdo, nec fugiẽdo. facit l. qui iurisdictioni præest. ff. de iurisd. om. iudi. l. senatuconsulto. ff. de offi. præ. quæ iura extendunt hoc etiam ad eius familiares: & ille casus l. senatuscõsulto semꝑ allegatur ad hoc, quòd illud quod iudicatur de magistratu iudicatur de eius familia: & quod potestas non est iudex cõpetens in causa familiæ suæ nec potest cõdẽnare eum, quæ intulit iniuriam familiæ suæ secundum docto.

31 † Ex quo inferebat Ange. in in d. l. pars literarũ. quod licèt potestas faciat fieri præconiũ, vt omnes debẽtes recipere aliquid à familiaribus suis compareant corã eo infra certum tempus aliàs non audientur, quod per hoc non præiudicatur creditoribus etiã infra dictum tẽpus nõ petẽtibus: imò etiã post tempus veniẽtes audiẽtur cũ potestas nõ sit iudex cõpetens ipsarũ causarum: & sic

sic minùs ad faciendã dicti termini assignationẽ. Et per hoc dixi de facto, cũ corrector cuiusdam ciuitatis fecisset quendam prætorẽ & alguazelũ familiares suos facere eis residẽtiã termino assignato omnibus qui de eis vellent querelare, & cõtra eos petere, vt mos est hodie secundũ leges huius regni & consuetudinem: quia fiunt residentiæ per officiales: quod licet elapso termino aliqui nil ab eis petierunt quod nihilominus audiantur, & ita postea feci eos audiri coram quodã officiali per curiã regis misso ad capiendum residentiam correctorum & officialium eius & fuerũt cõdẽnati, nec eis profuit dicta exceptio de residẽria facta per correctorem, & de termino ab eo

32 assignato transacto. † Et sis tu cautus bene aduocate: vt nõ petas executionẽ instrumenti habentis paratã executionem coram iudice prorsus vetito, ad quem non pertinet executio alias perdes causam. Iste est casus singularis in l. in criminali. C. de iurisdictio. omni. iudi. ibi (aut executionem poposcerit militarẽ.) & ibi Bal. dicit per illum textum: nota quòd si habeo instrumentum sententiæ vel instrumentum guarentigiatum cuius executio pertinet ad potestatem, & non ad capitaneũ: & ego peto executionem corã capitaneo, quod debeo priuari iure meo, & cadere ab ista causa executionis.

SVMMARIVM.

1 *Ab executione instrumenti guarentigij an possit appellari.*

2 *A pronuntiatione de exequendo an admittatur appellatio & nu. 3. & quid si negatiue pronunciatur nume. 4.*

5 *Si oppositis exceptionibus rationabilibus pronunciatur instrumentum executioni mandandum an debeant fructus sequestrari.*

ADDITIO.

a *Adde optime per Phil. cor. in cõsi. lxxj. pen. col. volu. j. & singulariter per Alexã. de Imo. consil. xcv. visis processibus lib. ij. in v. col. dicentem ex pluribus autoritatibus & rationibus quòd est communis opinio, quòd à sententia qua pronuntiatum est sententiam exequẽdam non potest appellari: & dicit quòd ab hac opinio. in iudicando non est recedendũ: & adde Bart. Soci. in tractat. fallentiarũ in regu. xxxiij. incip. appellare ab executione.*

1 QVæro † verũ possit appellari ab executiõe instrumẽti guarẽtigię: & sic instrumenti executorij. Sali. mouet hãc quæstio. in l. ab executore. C. quorũ appella. nõ recipi. in iiij. col. vbi dicit. ꝙ iura quæ dicunt nõ posse appellari ab executione nõ habẽt locũ in executione publici instru-

menti habentis paratã executionẽ, vigore statuti cum ibi nulla præcessit sententia, & cessent omnes rationes, quæ tendunt ad impediendã appellationẽ in executione sententiæ:& hoc sentit quædã.l. huius regni, quã reperies in quadã cõpilatiõe legũ tit. (de las execuciones) idẽ tenet Roma.in l.v.de verb.obli.& hoc est sine magno dubio:& sic cõmuniter practicatur, & hæc practica habet fundamentum iuridicũ, tã per rationẽ Sali.& est notum quia cessant omnes rationes, quæ prohibẽt appellationem in executione sentẽtię, quã etiam ex eo: quia postquã pars se opponit præcepto de exequendo facto à iudice, allegat exceptiones cõtra instrumentũ fertur interlocutoria, in qua admittitur ad probandũ: factis hinc inde probationibus concluditur in causa.
2 † Et iudex profert sententiam, in qua pronunciat executionem fiendã & faciendã à qua sentẽtia appellatur, & hoc fundamento duarũ glosarum quæ cõmuniter reputãtur singulares, vna est in l.ab executore.C.quorũ appellatio. non recipian. alia in l.ab executore.ff.de appel. quæ dicũt, quòd etiã in casu quo ab executiõe nõ potest appellari tamẽ bene admittitur appellatio à pronũtiatiõe de exequendo quas gl. ad hoc allegauit Bar.in l.si cũ exceptione.§.hæc autẽ.ad fin. ff.quod met.cau. quas tenent: & sequuntur Bald. Sali.in d.l. ab executore. sic tenet Ange. in dict.l.ab executore: vbi eleganter dicit, quòd licet in Tuscia sint statuta, quod non possit appellari ab executione instrumenti guarentigiæ: tamẽ si iudex pronuntiat instrumẽtum guarentigiæ exequẽdum esse non obstantibus obiectis per reum oppositis cõtra executionem, quod bene potest appellari:& dicit quod sic practicatur Perusij:& sic practicatur in nostra Hispania. Ideo cõsulit ipse cautum esse aduocatum actoris, vt cum videt iudicem inclinantem pro ea ad executionem faciendam, vt non faciat iudicem pronuntiare super executione, scilicet illam fiẽdam, sed pro executione cõtentorum in instrumento guarentigiæ concedi sibi faciat familiã:& alios executores opportunos, refert ꝙ Perusij sic practicatur. idem Ange.in consilio cxij. incipit quidam petiit: & hoc tenebis menti: quia est singulare consilium ad executionem sentẽtiæ cum habeat executionem paratam vel ad executionem instrumenti guarentigiæ: vbi est statutũ, quod ab eius executionem non possit appellari: quia vbi nõ viget tale statutũ non

non est necessarium, hoc consilium cùm indistinctè ab executione instrumenti guarẽtigiæ potest appellari: vt suprà dictũ est: & huius opinionis est auditor Rotæ nomine Felinus Sandeus in c. quo ad consultationem de re iudic. x. col. versi. limita primò. licet non allegat dicta ab Ange. in d. l. ab executione. quæ superius retuli.

3 †Est verum, quòd illa opinio quæ habet, quòd in mandato de exequẽdo habet locum appellatio, licet non à sententiæ executione non est sine cõtradictione: nam mũlti tenent, ꝙ in casu in quo non habet locum appellatio ab executione sententiæ: nec etiam habeat locum de mãdato ad exequen-

a dum: [a] cùm vnum & idem sint in effectu ne processus vadat in infinitum: ita dicit Cin. in d. l. ab executione. Raph. Cu. in l. ab executore. ff. de appell. & ibi Bar. Maria. de Senis cõsil. xlviij incipit in ciuitate Lucana. sentit glo. in d. §. hæc autem. & ibi Ang. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. de appella. in §. in quibus. versi. v. Aret. latè in d. l. ab executore. dicit se sic vidisse seruari in practica & sic reperij consultum pluries per Alex. & plures opiniones cumulat hinc: vnde prædictus auditor in d. c. cum quibusdã limitationibus per eum datis, quas vide: quia non est propria materia nostræ legis: sed hanc opinionẽ teneo tanquã æquissimam per rationes adductas à prædictis doct. hanc partem tenentibus: excepto in instrumento guarẽtigiæ, vbi cessant dictæ rationes: vt prædixi: & sic ab eius executione appella-

4 tur. †Vnum tamen tene menti, quòd prædicta limitabis, vbi pronuntiatur affirmatiuè, scilicet instrumentum guarentigiæ exequendum vel sententiam exequẽdã intellige præcedente statuto, quòd ab executione instrumenti guarentigiæ non posset appellari: quia in his casibus nec etiam à præcepto de exequẽdo poterit appellari, vt suprà dictum est, & tenuit Ang. sibi contrarius in l. quisquis. C. quor. appell. non recip. si autem negatiue pronũtietur, secus est. vnde si pronuntietur sententiã vel instrumentum exequendum non esse: optimè appellatur per regulam l. & in maioribus. C. de appell. ita dicit Ang. in d. l. quisquis. in fin. verbis referẽs multoties se sic practicasse. Ad vnum aduertas intẽto animo, quòd dixit Bal. in l. ab executore. C. quor. appel. in iij. col. in versic. quæro statuto cauetur, quòd si ex forma statuti instrumenta guarentigiæ executioni mandentur fuit pronuntiatum instrumentum exequendum: cùm tamen essent

sent opposite rationabiles exceptiones appellatur vtrũ debeat fieri sequestrũ fructuum rei promissę: dicit quòd aliqui dicebant quòd sic: si persona est suspecta sicut quando appellatur à sententia. ff. de appella. l. imperatores. cõcludit, quòd cum isto casu mixtim appelletur ab interlocutoria, & ab executione: ideo indistinctè fiat sequestrum, & hoc per d. l. ab executione. quã ad hoc reputat notabilẽ. idem tenet Bal. notab. in c. fin. de sequest. possess. & fru. vbi dicit, quòd in casu in quo potest appellari ab executione instrumẽti guarentigiæ: puta quando aliquid additur vel detrahitur: tunc si appellatur ab executione fiet sequestrum, & si genus est in obligatione fiet sequestrũ de rebus mobilibus æquiualentibus. Item poterunt interdici debitores condemnati, vt non soluant ei, sed in sequestrum teneant ad beneplacitum iudicis, dicit esse textum singularem in l. mulier fundos. ff. de lege commisso. tene mẽti.

SVMMARIVM.

1 *Pignus prætorium & iudiciale differunt.*

2 *An sit idem dicendum in pignoribus captis ex instrumento guarentigiæ quod est in pignore iudiciali: & nu. 3.*

3 *Si plures creditores sunt immissi ex causa iudicati vel instrumento exequibili missio vnius an prosit alys: & nu. 4.*

5 *Quid si sunt creditores pares, quia omnes habent pro se sentẽtiam vel instrumẽtum exequibile, & vnus est missus vsque ad nu. 14.*

15 *Quare hodie nõ practicãtur prædicta communiter nec quod pignora capiantur in causam iudicati.*

ADDITIO.

a *Adde singulariter Franciscum de Ripa in rub. ff. de pigno. in princip. ponẽtem quinque differentias inter pignus prætorium & pignus iudiciale: & vide Panor. & post eum Feli. in c. cum aliquibus. de senten. & re iudicata. & Ias. & scriben. in §. item Seruiana. instit. de actio.*

b *Adde plurima relata per Alex. de Imo. in l. si finita. §. si plures. ff. de damno infe. per eundem Alex. in apostillis ad Bar. in l. cũm vnus. ad finem. ff. de bonis auth. iud. pos.*

c *Conclusio authoris.*

1 Vlterius† nota quòd vbicunque pignus capitur alicui pro executione sententiæ, & sic in causam iudicati quod vocatur pignus iudiciale, de quo in l. j. & per totum. C. si in causam iudica. in tali pignore habet locum regula prior tempore: quia ille cui prius traditum est præfertur: & etiã si alij creditores postea veniant non concurrunt cum eo, vt in pignore prætorio, de quo in l. cùm vnus. de bon. author. iudi. poss. & in l. fina. de

bon.

bon.autho.iudi. poss. & in toto tit.C.de præ.pig.Iste est casus not.in l.ij.C. qui potio. in pigno. hab. & hoc approbat Barto.in dicta l.cùm vnus. ad fin.est etiam casus not.in l.sed & iure.ff.qui potio. in pigno. hab.licet Accursius ibi turbauit illius legis rectum intellectum,& adhuc eam destruxit, vt inquit Bart. in dicta l. cùm vnus. & propter hanc differentiam secundum Bart. fuerunt facti duo tituli diuersi, & separati,vnus de præto.pign.alius
a de iudiciali[a] per titulum.C. si
2 in causam iudi. †Et infert ex hoc, quòd cùm hodie instrumenta confessionata,seu guarantigia habeât executionem paratam,vt sententia,& sic capiuntur ex eis,& pro eorũ executione pignora sicut in causa iudicati,quòd putaret meliori deliberatione salua, quod idem erit in illis pignoribus captis vigore illorum instrumentorum quod esset in pignore iudiciali quod capitur in causam iudicati: & sic habebit locum dicta rubrica qui prior tempore,& non dispositio d. l. cùm vnus. sic inquit Barto. in d. l. cùm vnus. in fi. princ.quod reputat menti tenendum,& est famosa conclusio, & maximæ importantiæ in practicam deducta, hoc dictum Bart.tam de pignore iudiciali, quàm etiam de instrumento habente paratam executionem recitat Bal. & trãsit simpliciter cum Bart. in l.iij. quæ incipit in rem publicam per illum tex. C. qui potio. in pign.hab.& hoc dictum Bart. in vtroque.scilicet,quòd in pignore iudiciali missio vnius
3 nõ prosit aliis. † Et quod idẽ sit in pignoribus captis ex instrumento habente paratam executionem, & habeat locũ regula qui prior tempore,reperio sequutum esse Ang.in l. fin.C.de bon.auth. iudi. poss. in princip. & in l. ij. & iij. C. qui potio.in pign. hab.mouetur:quia creditor qui ex causa iudicati mittitur in possessionem vel ei datur pignus à iudice pro executione sententiæ, vel instrumenti habentis paratam executionẽ possidet realiter:quia ad acquisitionem pignoris ex causa iudicati requiritur missio realiter, & traditio, & aliter non constituitur l.non est mirum. ff. de pigno. actio.in §. sciẽdum.l.ij.C. qui potio.in pigno.hab.ibi (inductæ estis) vnde si diceremus, quod ex hac missione aliis cõsimilibus creditoribus acquireretur possessio,& ius ex dicta missione, & viderentur etiam immissi: sequeretur quòd per istum sic immissum quæreretur possessio alij non immisso,quod lex noluit cùm per liberam personam nobis non

non quæratur possessio sine mandato l.j.C.de acquir.poss.

4 †Ex quo infert, quod si sunt plures creditores ex causa iudicati vel instrumēto exequibili vno immisso in possessionem pignoris pro executione cæteri non intelliguntur missi, nec ei prodest: quia talis immissus possidet verè, & illam possessionem liber homo nō acquirit alteri citra omnem suum propositum, & intentū. Ita dicit ipse in d. l. j. in fi. C. qui potio. in pigno. hab. & in l. iij. vbi dicit esse casum: & istam rationem habuit à Bal. in d.l.iij. & per hāc rationem tenet idem Ang. in l.fin.C. de bon.autho.iud.pos. non habere locum illam legem in pignore iudiciali cùm per illud acquiratur vera possessio immisso incōtinenti: ideo solum sibi prodest, & non aliis: & si dicas obstat d.l.fin.& d.l. cùm vnus. vbi vno ex creditoribus misso in possessionem ex primo decreto pro debito cæteri missi videntur & missio prodest omnibus: & sic cessat regula qui prior tempore: & sic videtur nobis acquiri per liberam personam: quia per primum decretum, nec immisso, nec aliis acquiritur vera possessio, sed solum ex illo potest postea perueniri ad secundum decretū: sic vtūtur alij beneficio primi decreti ad vnius instantiam interpositi: sed non vtentur beneficio secundi decreti, nisi aduersus eos latitasset, vt l. Fulcinus. §. si aduersus. ff. ex qui.cau.in po.ea. hęc fuit mens Ang. in d.l.fi. 5 †Hāc rationē assignat idē Ang. & clarius in l. si finita. §. si plures. ff. de dā. infe. dicit enim ꝙ cùm quis actionē in iudiciū deducit, & ob illā mittitur in possessionē ex primo decreto iudex ei nil acquirit, nec acquirere intēdit: sed tātummodo ius suū exequi: vt dicit tex. in d.l. cùm vnus. secus enim vbi mittitur in possessionē pro executione sentētiæ: quia per illam immissionem incontinenti ei quæritur possessio, & iudex intēdit quęrere aliquid sic immisso, ex quo infert, ꝙ missus in possessionē pro executione sententiæ vel instrumenti habentis paratā executionē nullus alius intelligitur immissus, nec dicta immissio aliis prodest: & si qui creditores postea veniant non possunt se iuuare ex dicta missione: sed seruabitur regula qui prior tēpore, &c. allegat d.l. sed & iure: & quòd ibi est casus expressus si gl. illū nō destrueret allegat etiā d.l.iij. quæ fuerūt fundamenta Bar. hanc opi. sequitur idem Ang. in l. à diuo Pio. in §. si pignora. ff. de re iudi. & in d.l. cùm vnus. 6 † Sed Bald. doct. Perusinus in d.l.fin.C.de

bo-

bo.auth.iud.poss.ij. col. tenet contrarium vbi essent creditores prętendentes paritatē causæ, puta quia omnes habēt sententiam pro se vel habent instrumenta habētia paratā executionem, vel vnus habet sententiam alter instrumētū exequibile quod idē est: quia tunc missio vnius cæteris prodest: per consequens cessabit regula qui prior tēpore: sed si vnus haberet instrumentū alter nō tūc esset vera opinio Bar. mouetur per glo. in l. si & iure. & per not. per Dinum in regula qui prior, de re iudi. qui tenēt quod dispositio l. cùm vnus. habeat locum in pignore iudiciali: & ꝙ non habeat locū regula qui prior tēpore. respondet ad d. l. iij. C. qui po. in pig. hab. ꝙ ibi respublica prætendebat sententiam alius creditor non prætendebat sententiam: & potior est causa iudicati: & hunc dicit esse verum intellectum illius l. secundum quē videtur ibi esse casus pro sua distinctione. Hanc opinionem tenet idem Bal. in auth. ei qui iurat in princ. iiij. col. C. eod. quòd vbi est differentia in modo executiuo vno creditore misso non videtur alius missus, puta vnus est missus ex re iudicata, alter verò sententiam nondum meruit nō prodest illi missio: quia adhuc in dubio est cōstitutus cùm causę missionis sint dispares: & non sint eiusdem rationis, nec conueniunt in tempore. hāc opi. Bal. per omnia recitat: & sequitur Salic. in l. fin. C. de bo. auth. iud. poss. licet confusè loquatur, & quasi per verba Bal. finaliter residet cum Bal. distinctione. Considera quia articulus est singularis: ideo ad eius veritatem aduertendum

7 b est. †Quod[b] vbicunque sunt creditores dispares in modo executiuo: quia vnus habet pro se sentētiam vel instrumentū exequibile alter non sed obligationem & actionem personalem tunc omnes sunt cōcordes, quòd si ille qui habet sententiam vel instrumentū exequibile mittatur in possessionem pro executione sentētiæ vel instrumenti vel sibi à iudice detur pignus pro dicta executione secūdū formā l. à diuo Pio. in §. si pig. quòd talis missio aliis nō prodest: & iste pręfertur aliis ex regula q prior tēpore: & iste est casus ad literam in d. l. iij. sic intellectus à Bal. & à Sal. quem indistinctè Bar. allegauit pro se: & sic intelligūt isti opi. Bar. vbi autē omnes habēt sententiā vel instrumentū exequibile. Bal. & Sal. fatenť ꝙ nō habet locū illa regula qui prior tēpore: imò missio vnius omnibus prodest & om

& omnes videtur missi:& per consequens cessat prioritas:& ita ambo vnanimes impudenter affirmant Barto.in hoc errasse.
8 † Certè Bart.non multum clare affirmat, nec decidit illam quæstionem quando omnes creditores haberēt exequibile instrumentum, vel omnes haberent sententiā pro se. Solum enim dicit, quòd in pignore iudiciali quod capitur pro executione sententiæ vel instrumenti non habet locum dict.l.cum vnus: & missio vnius non prodest cæteris: & quod habet locum regula qui prior tempore, sed nō bene clare aperit: si hoc esset verum etiam si alij creditores prętenderent eandē sententiā vel instrumētū quod habebat missus, licèt Salice.in d.l.fi.in fideliter eū recitet: imò reperio eundē Bart.in d.l.si & iure sentire dictam differentiā: dicit enim ꝙ in pignore iudiciali nō habet locū, id quod dixit in pignore prętorio, vt omnes immissi cæteri videantur immissi sicut in d.l.cùm vnus. dicit tex. subdit rationem in hęc verba: nō enim omnes alij habent sententiam pro eis sicut habet iste: & ideo habet locū regula qui prior tempore: ecce ergo quod Bar. expressè dicit ꝙ tunc in pignore iudiciali missio vnius nō ꝓdest aliis: imò habet locū regula q prior tēpore, quādo vnus habet sententiam pro se, & alij nō: aliàs secus, & miror quomodo non fuerunt ab aliquo hæc verba Bar. ponderata, nec ab his qui eum immeritò reprehēderūt.
9 † Sed etiā si Bar. hoc dixisset posset substineri: primò ꝑ tex. expressum qui indistinctè loquitur in d.l.si & iure. (ibi fortius est hęres eius in cuius persona pignus cōstitutū est) qui tex. sufficeret ad clarā decisionē quæstionis si Accursius illū nō destruxisset, vt Bar. & Ang. dicūt, & Bar. summat illā legē sic in pignoribus captis ex causa iudicati, qui prior est in tempore, potior est in iure: & ibi Bar. indistinctè reprobat glo. imò quod in pignore quod capitur ex causa iudicati, missio vnius non prosit aliis, sed habeat locum d. regula qui prior
10 tempore. † Pręterea hoc etiam probat tex sing. in d.l.iij. quæ incipit cū rē publicā: vbi etiā tex. loquitur indistinctè, licet Bal. assignet rationē specialitatis, ꝙ missus habebat sententiam alij non. Hoc etiā tenet idē Bar. in d.l.à diuo pio., in §. si super rebus. allegat d.l.cùm rem. & d.l. si & iure. Hæc fuit opinio Bar. in d.l.cùm vnus. ad fi. & vtrobiq; sequutus est hāc opinionem, licet (vt dixi) non loquatur expressè eo casu quo alius etiā haberet sententiam. Præterea vbi aliqui vocantur

&

&veniunt per officium iudicis vno immisso, cæteri nõ vident immissi, qui similiter per iudicis officiũ venient. Casus est in l. si finita. §. si plures, de dã, inf. & in l. his cui. in §. si plures. ff. vt in po, lega. est theorica Bar. vbique, & in d. l. cùm vnus. sed cũ habẽtes sentẽtiã ad eius executionẽ vocentur officio iudicis, ergo. Itẽ quãdo plures prætendunt officium iudicis, antequàm perueniãt ad iudicem nõ debent habere aliquid iuris. probat tex. in l. cũ postulassem. ff. de dam. infe. ideò misso vno ex sentẽtia, & pro eius executione, nõ videtur alius missus qui habet sentẽtiã, ex quo officiũ iudicis ad eã exequẽdã, nõ fuit ab ea imploratũ nec petitũ: & ista fuit quædam ratio Bar. in d. l. cũ vnus. in vers. itẽ
11 op. ꝙ vno immisso. † Præterea certũ est ꝙ in missione quę fit pro execu. sententię, vel in adiudicatione pignoris acquiritur vera possessio: & eodẽ modo possidet creditor; sicut creditor conuẽtionalis. Iste est casus not. in l. postquã, in §. imperator. ff. vt leg. nomine cauę. & tenuit Bar. in d. §, super rebus. reprobata gl. illius §. sed si acquiritur vera possessio impossibile est: quòd ista acquiratur aliis creditoribus, cùm possessio per liberam personam alteri non acquiritur citra omnem intentum suum: & ista fuit ratio Ang. in locis superius allegatis: quæ ratio ita concludit quando omnes creditores habent sententias pro se vel instrumenta exiquibilia.
12 † Præterea hoc in terminis tenet Ang. in d. l. iij. C. qui potio. in pig. hab. vbi loquitur expressè quando sunt plures creditores prætendentes sententias vel instrumenta habentia paratam executionẽ. Nec obstat si opponatur de d, l. cùm vnus, & de l. fin. C. eod. vbi missus ex primo decreto prodest aliis, qui etiam videntur missi: & sic aliis acquiritur per missionem alterius: quia ille est casus multum diuersus ad casum vbi fit missio ex causa iudicati: nam missus ex primo decreto non possidet; imò est quædam asinina detẽtatio. Itẽ ibi officium iudicis non tendit ad aliquid acquirẽdum misso, nec aliquid iuris propter hoc sibi acquiritur, sed solùm dicta missio fit ad seruandum ordinem à iure statutum, vt per illum posset peruenire ad ius suum postea consequendum, ex secundo decreto. Hoc dicit clarè text. in d. l. cùm vnus. ibi (nec videtur, nec sibi quicquã acquirit, &c.) & sic intentus prætoris nõ est ad aliquid sibi acquirendum, sed quando imploratur officiũ iudicis pro executione sententiæ prætor agit: vt imploranti: & nõ aliis

13 quærat.†Et sic etiã dicit Bart. in d.l.cũ vnus.in d.l. si & iure: & ex hoc manifeste cõuincitur error Salic.in d.l.fi.nõ intelligentis Bar.dicit enim ibi Sali. in fi.ij.col.ꝙ illa cõclusio Bar. tenentis ꝙ vbi aliquid prætendunt officium iudicis, misio vnius non prodest alteri,est erronea:nã qui prætenditius obligationis implorat iudicis officium pro missione ex primo decreto: quod etiã est nobile nõ mercenariũ, vt ipse Bar.testatur in d.auth.ei qui iurat,& in l.si finita.in §.Iulianus.ff.de dam.inf.& tamen illa missione omnes videtur missi, & sic ipse Sali. cogitauit reprehendere Bar.ex suomet fundamẽto.Bar.enim loquitur de quolibet officio iudicis:sed solũ de illo officio iudicis quod imploratur ad aliquid acquirendũ, & per quod aliquid acquiritur, & de quo est intentus iudicis acquirere, vt in missione ex causa iudicati,vel in instrumẽto exequibile: & de isto tali loquitur Bar.expressè.sed officiũ iudicis imploratum ad missionem ex primo decreto, nõ est huiusmodi,cũ ex illo nõ intendit prætor aliquid acquirere misso,nec aliquid iuris acquiritur. vt dicit text. in d. l. cùm vnus.solũ agitur ad iuris ordinẽ seruandum:vt super dictum est:& sic clarè dicit Bar.in d.l. cùm vnus.& in d.l.si in iure,& ita hoc arg.nihil est,licet Sali. inaduertenter reprobet Bart. ex dicto argumẽto illum non intelligens,& sic potes defensare d.opi.pro qua facit tex. in l.si decreto.C.qui potio.in pi-

14 gno.hab.†Ex prædictis[c] ergo

c conclude, quòd missus in possessionem ex sententia vel instrumento exequibili pro eius executione, missio illa aliis nõ prodest:& qui prior missus est aliis præfertur,etiam si habeant alij consimilia instrumenta,vel sententias, secundũ vnam opi.Ang.& Bar.& secundum aliam opi. erit limitatio. s.nisi alij habeant sententias vel instrumenta executiua, & sic erit differentia in creditoribus ex causa lucratiua,& onerosa. Bart. & Ang. fuerunt in opinione ꝙ non, Sali. & Bald. contra, & quia non multũ cõfert ad propositum,omitto remittens ad Bar. & modernos in d.§.si plures.l.si finita. & §. plures. l. is cui. & in d. l.cùm vnus.& Sali. & alios in d. l. fi. de bo.aut.iu.poss.& in l. ij. C.

15 qui potio. in pign. hab.†Raro hęc deueniẽt in practicã hodie propter duo:primò,quia in omnibus instrumentis ferè est hypothecaria pro obseruatione contentorũ in instrumẽto, & in hypothecaria conuentionali, habet locum regula qui prior tempore, de q ua in l. j & per totum. C. qui potio. in pig.

pig.hab.& ita non est necessarium insistere in prædicta difficultate. Secundò, quia hodie non multum practicatur, quòd pignora in causa iudicati assignentur, nec pro executione sententiæ vel instrumenti mittatur quis in possessionē: quia pro executione sententiæ quatuor remedia sunt prodita, de quibus Bar. notanter in l. à diuo pio, in §. si pigno. ff. de re iud, vnum est, ꝙ possideat creditor loco pignoris res à iudice captas pro executione sententiæ: & de his loquitur tit. C. si in causam iudic. & secundum hoc remedium adaptantur prædicta: aliud est, ꝙ vendantur dicta bona, & de precio satisfiat creditori: & hoc præcipuè est in vsu, sed poterit esse, quòd creditori non conuenit, vt fiat venditio propter aliquam causam, & vult quòd pro executione loco pignoris res debitoris sibi assignentur, quo casu practicabūtur supradicta: & iam ego practicaui in quodam negotio arduo in ciuitate Toleti curia ibi existente. & habui honorem, & commodum ex negotio.

SVMMARIVM.

1 *Si ex instrumento guarentigiato debeantur vinum, oleum, & similia, an propter moram possit æstimatio crescere, per totum §.*

ADDITIO.

a *Adde quòd hanc opin. sequitur Ias. in l. vnum. in xij. col. nu. 22. ff. si cert. pet. & vide Lud. Bolog. in additione ad consi. v. Ioan. de Anan.*

b *Practica quæ seruatur in regno.*

1 Quæritur vlterius, aliquis petit contra aliū executionē instrumenti, in quo continetur debitum vini, olei, vel frumenti, vtrum in his instrumentis executoriis extimatio vini vel frumēti debiti, si crescit propter morā commissam post instrumentum cōfectum? & videbatur ꝙ non, nā quoddam est tēpus à quo: & istud est semper tēpus moræ, aliud est tēpus ad quod, & istud est vsq; ad tempus sententię. Est casus in l. in hac. ff. de triti. & in l. iij. §. in hac. ff. commod. & sic inspicitur quanti plurimi fuit à tempore moræ, vsque ad sententiam, nō post secundum quosdam, vnde Bar, in l. vinū. iij. col. ff. si cer. peta. dicebat hoc esse multū vtile scire cum secundū statuta Italiæ instrumenta guarētigiata. & alia instrumēta habeāt vim sentētiæ diffinitiuæ, & ita mādātur executioni sicut sentētia diffinitiua: ergo secundū hanc opi. videtur, ꝙ extimatio vini vel frumēti debiti, ex quo tale instrumentū apparet, nō posset crescere propter morā post instrumentū confectum ex tali con-

tractu: cũ videatur condemnatus à die celebrati contractus: & sic se expedit Bart. aliquid certi non affirmans. † Sed contrariũ est verũ:[a] imò ꝙ crescit vsq; ad executionẽ, nã in casu quo habeť ratio interesse, seu extimationis iudicis officio, tunc potest crescere quousque iudicis officiũ durat, quod est non solùm vsq; ad sententiã, sed etiã vsq; ad executionem, hoc probat tex. not. in l. in fideicõmissi, in prin. ff. de vsur. ibi (cum post iudicis sententiã moram fecisset hęres) idẽ probatur in l. ratio, in §. si per venditorem. ff. de actio. emp. & hanc opi. sequitur Bar. in l. iij. in §. in hac. ff. commoda. in v. col. in vers. quæro, vidi quæ extimatio. exquo refert duas cõclusiones: prima dicit statutũ ꝙ emendetur damnũ à rusticis: & ꝙ de extimatione damni credatur damnum passo, vsq; ad certam quantitatem, nam cùm hoc interesse veniat iure actionis, iudex debet deferre iuramentum, quantum damnum ipse est passus tempore damni dati, nec valeret iuramentũ, si diceret, iuro me tantum damnum passum esse ex tali facto, nisi referret se ad tempus dãni dati: potest enim esse ꝙ hodie interest eius in plus, quàm tempore dãni dati, sed hoc nõ debet inspici, vt d. l. vbi. §. j. de edend. & l. qui id quod. §. si. cum l. seq. ff. de cõst. pecu. Secunda conclusio est ad practicam communem secundum eum: nam secundum statuta & consuetudines Tusciæ, instrumenta cõfessionata mandantur executioni, ꝙ si petitur executio instrumẽti continentis debitum frumenti, vini, vel olei: nam secundum communem opi. non habetur ratio extimationis à tempore moræ: quia officium iudicis exequentis se ad hoc non extendit, sed super instrumento solùm petitur executio, & tempore facti instrumenti videtur lata sententia, ergo, &c. contrarium decidit: imò quod etiam post dictum contractum vsque ad executionem crescat extimatio, sicut crescit post sententiam vsque ad executionem: & sic dicit seruari[b] & ita etiam seruatur in hoc regno, & adhuc in casu nostro est minus dubium, attenta huius legis dispositione.

SVMMARIVM.

1 *Debitor ad instantiam creditoris an teneatur facere instrumentum quod habeat paratam executionem.*

ADDITIO.

a *Adde singulariter per Felin. in c. significauit. de testibus. fina. col. vbi plura de materia; & vide etiam conclusiones quas tradit ibi dem Fel. in c. ij. vt lite non conte.*

Item

1 Item † quæritur, aliquis est obligatus alicui sine instrumento, creditor ad habẽdum probationẽ super debito, vult compellere debitorem vt faciat sibi instrumentum debiti in publicam formam, vt suo loco & tempore habeat suas probationes in aperto & in promptu: nam ad hoc auditur creditor sicut auditur debitor qui soluit si petit vt fiat sibi instrumentum quietationis. l. dissolutæ. C. de condit. sine causa. cum aliis. sed nũquid debitor tenetur se obligare, & facere instrumentum, quòd habeat paratam executionem? certe
a non: [a] quia grauaretur debitor ad id quod obligatus non erat. ita dicit Ang. in l. si Stichũ. §. si pupillus. ff. de noua. ego allego casum sing. ad hoc in l. ij. in § j. ff. solut. matrim. ibi (dumtamen ei nil noceat.) vbi casus, quòd non compellitur creditor id facere perquod ius suum sit deterius, quàm ex prima obligatione ad quam se obligauit. quem text. ibi ad hoc allegauit Ang. in l. omnibus. ad fin. de iud. idem sequitur Alex. de Imo. in l. si finita. in §. elegãter. ff. de dam. infe.

SVMMARIVM.

1 *Executio qualiter sit petenda, & qualiter replicandum contra exceptiones debitoris.*

2 *An si pars petat aduersarium condemnari propterea perdat priuilegium executiuum. & nume. 3. & 4.*

ADDITIO.

a *Adde quod ideò est summè aduertendum ad conclusionem libelli, de qua conclu. libellorũ, vide Inno. & doct. in c. super literas de rescript. plura per Ias. §. omnium. hic allegat. nume. 128. cum seq. Alex. de Imo. in consil. 121. vol. j. Philip. Dec. in consil. lxij. col. ij.*

1 Finaliter † aduertas aduocate in forma practicandi, quando pars tua habet instrumentum habens paratam executionem, quòd petas à iudice: vt dictum instrumentum mandet executioni, seruando viam executiuam: ego vltra hoc addebam, vt in totum obseruaret tenorẽ, & formã legis Toleti, quæ disponit super instrumẽtorũ executionibus offerendo partẽ meã esse paratã statim dare fideiussores: prout hæc lex disponit, & dum pars aduersa opponit cõtra executionẽ, eam dilatando per exceptionis oppositionem semper insistas, replicando ꝙ non admittantur, nec executionẽ impediant, sed eis non obstantibus exequatur iuxta huius l. te-
2 norem. † Nam si peteres aduersarium simpliciter cõdemnari, perderes priuilegiũ executiuum per hanc legem concessum in instrumentis. allego

ad hoc Ang.Are.in §.omniū. Instit.de acti.xiij.col.vers.sed
a pro opini.Bar.vbi dicit[a] quod ex conclusione libelli cōprehē
ditur an executiuè vel ordinariè petierit pars procedi:& sic in instrumento guarētigiato, quod habet paratā executionē ex forma statuti si pars petijt condēnari nō procederetur executiuè:prout est natura dicti instrumēti,sed ordinariè refert Bald.sic singulariter dixisse in l.ij.C.de executio. rei iudi.voluit allegare Bal.in
3 l.j eiusdē tit. † Ego addo prędicto Ang.singu.gl.& ad hoc expressam in l.proinde la ij.in gl.fin.ff.ad l.aquiliā.text.ibi dicit, quod in actione legis Aquiliæ quæ datur contra cōfitentem iudex nō rei iudicādæ datur,sed extimandæ,id est in cōfessum partes iudicis debēt esse extimando dānū dicit ibi gl.& in hoc facit id esse intelligendū cū reus confitetur se dedisse damnū sine libello & simpliciter ad instantiā actoris iudice interrogāte,si autē solēniter inchoatur,& solēniter est per sententiā finiēdam illā gl.facit Bal.singularem l. diffamari in ij.col.C.de inge.
4 & manu.† Ex qua infert,ꝙ si est casus aliquis in quo potest dupliciter procedi,scilicet de plano & extraordinariè si actor diceret in libello ago nō in modū libelli, sed simplicis petitionis potest procedi de plano,secus si ordinariè petiisset quod est not. bene facit l. certum in §.fin.ff.de confess. iunctis his quæ dixi supra in secundo notabili tractando, quādo confessio habet executionē paratā. Et quia aliæ occupationes contra me clamāt facio finem huius cōmenti,in quo alia plura superaddi possent si otium superesset: ideo ante dicta vt frequētiora placuit reponere. Habuit hęc scriptura paupercula finē die Veneris quinta die Maij in decima hora noctis anno millesimo ccccxcvij. ad honorem omnipotentis eiúsque gloriosę matris & beatissimæ Crucis cuius festiuitas die sequēti celebratur. (Additio mea.) In quadā l.huius regni cauetur quòd debitor quādo petit executionem instrumenti debet iurare quæ quantitas sibi debetur:credo quòd ista l.habuit fundamētum à quodam eleganti dicto Bald. in l.age cum geminiano.C.de transac. vbi dicit ista verba,quòd quādo generali petitioni opponitur exceptio generalis,iudex ex officio potest compellere partes ad declarandū:& ideo potest compellere reū, vt declaret an opponat exceptionem super toto quod petitur an super parte,exceptio enim generalis ratione suæ ambiguita

güitatis & indefinitatis est declaranda, & ad id cogitur excipiens text. est hic nota. & si hoc est in reo multò magis est in actore: vnde si quis petit executioné instrumenti tenetur declarare an petat in totum vel pro parte. Si tamen non declaret non propterea est processus nullus. l. fi. de anna. exceptio. Hæc ille.

FINIS.

SEQVITVR SINGVLARIS DECLARATIO EIVSDEM famosissimi aduocati Roderici Suares in l. ij. titulo de los emplazamientos Foro legum. libr. secundo, cuius tenor talis est.



SI algun home ouiere, demanda cótra otro que sea arraygado demande le ansi como es fuero: y si no fuere arraygado, de fiador al demádador que le cumpla fuero: y si fiador no diere, vaya luego con el ante el alcalde a fazer le derecho: y si fazar no lo quisiere recaude lo por si, si quisiere, o si pudiere: y si no diga lo al merino, o al juez, o a qualquier de los que tuuieren sus lugares: y aquel á quien lo dixeren recaude se lo de guisa que le faga derecho: si fazer no lo quisiere; y el demandado se fuere peche la demanda que auia contra el demandado, por que no se lo quiso recaudar.

SVMMARIVM.

1 *Summarium legis.*
2 *Reus conuentus quam satisdationem debet præstare.*
3 *Possidens immobilia an teneatur satisdare, & quid si illa non possideat nume. 4. & qualis debeat esse cautio nume. 5.*
6 *Iuramento illius qui propter eius mores corruptus non potest satisdare an debeat credi.*

7 *De iure regio an sit carcerandus qui nō potest satisdare nec possidet immobilia.*
8 *Nuntius vel officialis quādo possit aliquem capere personaliter.*
9 *An satisfaciat dādo pignora qui non potest præstare fideiussorem: & nu.10.*
11 *Sequestrū an debeat relaxari sub cautione iuratoria propter impotentiam cauendi.*
12 *Ratio differentiæ de iure cōmuni, & de iure regni inter possidentē, & non possidentem immobilia: & nume.13.*
14 *Possidens multa mobilia quæ facilè nō possunt occultari an teneatur satisdare: & ibi generaliter quid si non est præsumptio fugæ.*
15 *Semel cōtumax in præstando satisdationem an possit iterum ab aduersario illam petere.*
16 *Quæ & quantā immobilia bona debeat quis possidere vt excusetur à satisdatione vsque ad nume. 20.*
20 *Possessio rei litigiosæ an releuet ab onere satisdandi, & quid si est appellatio deserta: numero 21. & 22.*
23 *Possidens cum mala fide immobilia an euitet satisdationem.*
24 *Fundum dotalem, quis coniugū dicatur possidere ad euitandum satisdationem.*
25 *Possidens bona vinculata, seu maioriæ vel subiecta restitutioni an euitet satisdationem.*
26 *Quid in creditore pignus possidente.*
27 *Quid in vsufructuario.*
28 *Quid in possidente annuos redditus, & quādo illi computentur inter immobilia.*
29 *Fideiubens pro fisco an videatur renuntiare beneficio excussionis.*
30 *Possessiones immobiles patris an releuent filium ab onere satisdandi.*
31 *Si aliquis conuenitur super aliqua re immobili quā solam possidet an releuetur satisdatione.*

ADDITIO.

a *Adde quod illam glo. dicit ordinariam & approbatā Ias. in l. omnes populi in repeti. ff. de iustitia & iu. nu. 61. de qua vid. Bar. Socin. in ead. l. sciendū in fine. vbi singulariter Ias. ampliat & limitat in iij. col. nu. 4. qui etiam in princ. ponit considerationē quā ipse appellat neuā in hac materia.*

b *Adde plura circa hos nuncios & eorū potestatem & fidem eis adhibendā per scrib. maxime per Ias. §. quadrupli. in j. & ij. col. instit. de actio. & per eundē Ias. l. properandum. §. & siquidē in c. notab. C. de iudi. & per Phil. Deciū post alios in ca. cū parati de appel.*

c *Adde quod hæc opinio est communiter approbata secundum Bart. Soc. in l. j. col. ij. & secundum Ias. colum. iij. ff. qui satisdare cogantur: & vi. Fran. Ripam in rub. ff. de pig. colum. iij.*

d *Adde quod hāc rationem plenius explicat, & dicit esse communiter appro*

approbatam per Barto. Soci. in l. sciendum hic allega. in princ. contra glo. & ex hac communi ratione vi. quæ dicit Ias. in §. si fundũ eiusdem legis in princ.

e *Adde quòd hoc idem sequuntur ibi moderni vbi Soc. col. ij. dicebat generaliter limitandũ hoc quando reus possideret tales res mobiles propter quas iudex verisimiliter arbitraretur reum nõ recessurum quod totum est committẽdum arbitri iudicantis.*

f *Adde quòd hanc opinio. post alios quod contra glo. approbat ibidem Soc. in penul. col. in iij. limitatione licèt Ias. nu. 21. alleget pro opi. glo. duo iura.*

g *Consilium authoris.*

h *Adde quòd illa glo. licet singularis reprob. communiter secũdum Ias. fi. verb. per illum tex. à cõtrario sensu in verbo appellauerint, licèt aliqui punctuauerint saluare gl. quando tantum esset lapsus primus annus, id est primũ fatale secus si biennium.*

i *Adde fortius quòd ille text. procedit etiam in conditione quæ est omnino extitura: quia moriẽte marito quod omnino futurum est debet fieri restitutio dotis; tamẽ quia dies incerta est quando suspendit: & interim releuat ab onere satisdãdi per illũ tex. notandũ ad hoc.*

k *Adde q͛ hæc opinio q͛ possessor malæ fidei nõ euitat satisdationẽ magis cõmuniter approbatur & tex. in §. si fundum. super quæ se fundant. Ang. loquitur in mala fide præsumpta. Barto. authoritas & sequaciũ loquuntur de vera mala fide: & sic possent concordari opiniones.*

l *Adde in materia tex. nota. in cle. exiui de paradiso. §. cũque annus redditus de verb. sig. Panor. & additionatorẽ illius in ca. nulli in pen. col. de rebus eccle. Ias. in l. sciendũ nu. 23. in prin. vbi ponit regulam cũ tribus limitationibus ff. qui satisda. cogãtur hic allegatã.*

m *Adde plura quæ scribit Ias. dixisse doct. per hãc gl. quã ipse appellat verã & cõmuniter approbatã in l. sciendũ pe. & fi. col ff. hic allegatam: & adde eundẽ Ias. in l filius paciscendo. C. de pact. late per docto. Didacũ de Segu. in repe. l. imperator. ff. ad trebellia. c har. lxiiij. in vol. repe.*

1 Haec lex situata est ĩ foro in lib. ij. in titu. iij. (de los emplazamientos) est l. ij. incipit (si algun home) est valde singularis continens nouam dispositionem atque diuersam à regulis iuris ciuilis asiduè practicatur in iudiciis, vt quotidie videbis dũ in gurgitibus causarũ versaberis, & breuiter secundum intellectũ communem hoc dicit. Conuentus qui nõ possidet immobilia si non satisdat, capi & incarcerari debet donec præstet dictam satisdationem. hoc dicit, licet nõ multũ clarè. Antequam aggrediar legis intellectum præmittendum est

ꝙ in hoc de iure ciuili sit statutũ. nam hoc semper fiendũ ante omnia destinaui, vt facilius materiã legis, & eius intellectũ capere possis. † Præmittendum est, quod regulariter ius commune volens litium fini prouidere disposuit quòd reus postquam sibi libellus oblatus est, præstaret satisdationem, ꝙ in iudicio vsque ad terminum litis sisteret & permaneret. in authen. offeratur. C. de litis contest. §. sed hodie. Insti. de satisda. & in §. suscepto. in authen. de exhiben. reis. colla. v. ibi (sola personali fideiussione ab eo data) prouisum fuit hoc nè reus fugeret ante litis contestationem: & sic non posset ferri diffinitiua: sed deberet perueniri ad missionem vt colligitur clare ex §. si vero etiam quidã iurẽt. in d. authen. ibi (nè causa maneat actori vndique desolata &c.) Et hæc fuit omnium scribentium intentio vt infra dicam. vnde si ibi concurrebant aliqua ex quibus cessaret suspitio fugæ cessabat satisdatio. † Hinc est igitur quòd cõuentus de iure communi possidens immobilia nõ tenetur satisdare. iste est casus in l. sciẽdũ. ff. qui satisda. cog. ibi (sciẽdum est possessorẽ immobiliũ rerũ satisdare nõ cõpelli) & in §. sed hodie. Instit. de satisda. néc obstat tex. in authen. offeratur de litis cõte. vbi indistincte videtur requirere satisdationẽ. nã illa authen. licet sit lex noua, tamen distinguitur secundum d. l. sciendũ, scilicet nisi possideat immobilia. ita dicit gl. notata in d. l. sciendũ in glo. j.[a] quam Bar. vocat ibi notabi. pro reformatione statutorum vt inuicem determinentur simi. glo. in d. §. sed hodie ibi pro rei qualitate. facit l. posteriores. ff. de legi. & est hoc multum no. ad quam plures leges huius libri quæ indistincte loquũtur: vt licet nouæ determinentur & distinguantur per ll. iuris communis l. sed & posteriores. l. non est nouũ. ff. de legi. de quo latius scripsi in procemio huius fori in secundo præsupposito. † Si non possidet immobilia tenetur satisdare de iudicio sisti vt est expressum in dictis ll. si non potest dare fideiussorem de iudicio sisti committitur suæ iuratoriæ cautioni. ita dicit glo. approbata à Bart. & Bald. in l. j. ff. qui satisda. cogã. & est casus in §. sed hodie. insti. de satisda. & in authen. generaliter. C. de episco. & cleri. † Item satisdatio ista quã præstabat non possidens immobilia est de iudicio sisti non de iudicato solui. ita dicit gl. in dict. l. sciendum in princip. quam ibi approbat Barto. & Bal. de hoc toto est tex. melior quam

Margin numbers: 2 (beside "intellectũ capere possis. † Præmittendum"), a (beside "litium fini prouidere"), 3 (beside "tio. † Hinc est"), 4 (beside "† Si non possidet"), 5 (beside "† Item satisdatio")

quàm sit in iure. in d. §. sed hodie. ibi (nullam satisdationem pro litis extimatione dare cōpellitur: sed pro sua tantū persona quod in iudicio permaneat vsque ad terminum litis) & ibi (cum iureiuran.) iuncta glo. super parte permaneat. cum his omnibus concordat quædam l. in ij parti. tit. ij. l. xlj. vbi tex. dicit quòd si in terra non possidet immobilia tenetur satisdare conuentus de iudicio sisti si nō potest cōmittitur suæ iuratoriæ cautioni.

6 † Vnum nota quod licet propter paupertatem & impotentiam prestandi fideiussores de iudicio sisti sufficiat de iure communi iuratoria cautio vt ante dictum est: tamen secus si propter suā dolositatē & corruptos mores non inueniat fideiussorem: quia corrupto moribus non est credendum suo iuramēto. ita notan. dicit Bal. in authen. cui relictum. in iij. col. C. de ind. vidui. tollen. hec sufficit pro aliquali principio iuris communis. Sed per hanc legem aliter disponitur: imò quòd si reus nō possidens immobilia non prestat dictos fideiussores, non remittitur suæ iuratoriæ cautioni: sed ponitur in carcerē: & hoc sufficiat pro summario. † Not. primò

7 quòd conuentus qui nō possidet immobilia si non præstat satisdationem, debet poni in carcerem. est verum quòd iste tex. non disponit hoc multum clare. nam dicit (recaude gelo de guisa que le faga derecho.) probatur etiam in l. vj. inc. (todo home) infrà tit. (de los testimonios) ibi (& fiador o penos no diere. faga derecho assi como lo manda la ley.) clarius dispo nitur tex. in l. j. infra tit. (de las ferias) & sic habes hic casum singularē quod reus conuentus qui non est (arraygado) id est qui nō possidet immobilia si nō satisdat cum fideiussoribus debet capi, in personam & duci ad carcerē: etiā si propter impotentiam non præstet fideiussores secundum Vincentium hic quod est contra ius commune, & tex. hoc disponit clarius aliquo alio modo in d. l. j. titu. (de las ferias) ibi (& si dixere que no puede auer fiador jurelo & meta su cuerpo en poder del merino) & ibi (& toda via sea tenudo el deudor hasta que cumpla sobre la demanda) vbi apertè loquitur text. quando propter importantiam nō potuit fideiussorē inuenire. Et hoc practicatur hodie sine scrupulo vt infinitis vicibus vidi.

Plus probatur hic quòd author potest propria authoritatē si vult ducere reum ad iudicem ad hoc vt illum compellat

lat vt faciat sibi ius, scilicet dādo fideiussorem vel ponendo eū in carcere de quo latius infrà insistam. †Sed vnum tenementi quòd nūquam nuntius seu officialis potest aliquem personaliter capere b & ducere ad iudicem, nisi super hoc ostendat licentiam & commissionem iudicis in scriptis: ita inquit Bal. in authē. cessante. vij. col. C. quo. & quan. iudex. per l. neminem. C. de exhib. reis. idem tenet in c. cùm parati. in ij. col. de appell. per l. missi opinatores. C. de actio. trib. & l. prohibitum. & l. defensionis facultas. C. de iu. fisci. sunt leges expressè hoc disponentes in ordine regis Alfonsi de Alcala vbi Algazelo cōtrariū facięti imponitur pœna. †Attende tamen quod si nō potest dare fideiussorē satisfacit dando pignora, hoc sentit gl. quā ibi sequitur Bal. in d. authent. offeratur in iiij. col. quod intelligit ibi Bal. si non inuenit fideiussorem: quia si inuenit illum tenetur dare, nec sufficit dare fideiussorem cum inuito creditore non potest forma mutari etiam in melius. ff. de solut. l. Paulus. ergo cùm sit data forma vt fideiussores de iudicio sisti dentur ab eo qui nō possidet immobilia, vt d. authen. offeratur: ergo hanc opi. scilicet, quòd satisfaciat dādo pignora c qui ex edicto prætoris à lege tenetur satisdare tenet gl. & ibi probat tex. secundum vnā lecturam in l. prætoriæ. de præt. stip. gl. iij. l. j. qui satisd. cog. & in §. suscepto. in auth. de exhib. reis. & hoc sequitur Bart. in d. §. prætoriæ. probatur notanter in l. j. §. an pignoribus. ff. de colla. bon. & in l. fi. in §. si legatarij. ff. quorum leg. & in l. habere. in §. j. ff. de verb. sig. & in l. plus cautionis. ff. de reg. iur. est verum quòd Sal. in l. j. C. de procur. & in auth. offeratur. C. de lit. contest. tenet quòd hoc est verum quando lex vtitur verbo satisdare solum simpliciter, secus si requirat satisdationē cum fideiussore: nam tunc non satisfacit dādo pignora cum aliud pro alio inuito creditori solui nō posset, quam opin. etiam sequitur Alex. in d. l. j. ff. qui satisd. cog. in ij. col. & in l. j. C. de proc. & sic dicit debere intelligi tex. & gl. in d. auth. offeratur. & gl. in l. in eo. in §. nemo. ff. de reg. iur. idē Alex. in apostillis. in d. l. prætoriæ. vnde secundū hanc opin. videtur expressè quo ad hanc l. non satisfacere dando pignora cum tex. iste expressè requirat ꝙ det fideiussorē ibi (de fiador al demandador) & ibi (& si fiador no diere) †Nihilominus quo ad dispositionē huius l. dico esse approbatā opi. Bar. & aliarū gl. imò satisfacit dando pi-

do pignora si voluerit & propter hoc euitabit carcerationē. iste est casus ad literā l.vj. inci. (todo home) infra tit. (de los testimonios) vbi tex. dicit (& si aquel a quien demandaren no fuere arraygado de fiador de la demāda o peños que lo vala, & si fiador o peños no diere faga derecho asi como lo manda la ley) vnde mihi videtur iā nō esse quæst. de hoc imò siue cōuētus velit siue nō possit dare fideiussorē satisfacit dando pignora, quod not.

11 †Aduerte etiā quod etiā de iure cōmuni nō semper est verū quòd si ille qui tenetur satisda re nō posset remittatur suæ iuratoriç cautioni, nam si res alicuius est sequestrata licet tale d sequestrū datis fideiussoribus debeat relaxari, tamē si nō potest non remittetur suæ iuratoriæ cautioni est casus & ibi Bal. in ij. & iij. not. in l. fin. C. de ord. cog. de quo latius infrà

12 dicam. †Sed quæro quç fuit ratio quare fuit de iure cōmuni inuenta & requisita hæc satisdatio à reo conuento qui non possidet immobilia, & quod possessor immobilium non cogatur satisdare glo. non mouet clarè in d. l. sciendum. in j. gl. magna ad finem: sed sentit esse rationem, scilicet quia per possessionē immobiliū est satis cautum actori idē Guliel. nam dicit glo. quod possessio immobilium debet esse commēsurata quātitati super qua est lis, sentit ergo esse rationē quia per eam est cautum petitori pro executione sententiæ: sed hæc ratio est apertè contra casum. §. si fundus. d. l. sciendum. vbi vxor non possidet fundū dotalem, & tamen habetur pro possidente, vt eui tet satisdationem: & constat quòd agenti nō erit in executione sententiæ consultū cùm possessio & dominiū sit apud virum. l. in rebus. & l. vbi adhuc. C. de iure dot. l. doce. C. de rei vend. quapropter hanc rationem reprobat Bar. in d. l. sciendum. in ij. col. in princip. in versic. quæro extra glo. dicens quòd illa est [d] ratio, quia reus conuentus non possidens immobilia præsumitur fugere per l. j. & secundam. & quæ ibi notantur. ff. vt in ius voc. eant aut satisdent. idem Cin. in l j. in ij. opposi. C. vti possi. hanc rationem admittūt Bal. & Ang. in d. l. sciendū. in prin. ergo per possessionem immobilium cessat præsumptio fugæ vt in d. l. j. & ij. ergo vt cessaret ista prçsumptio fugç per consequens cessat onus satisdationis secundum prædictos doct. & hoc probatur in l. sciēdū. in §. si fundus. vbi mulier dici

dicitur fundum dotalem possidere tamen per hoc non est consultum actori: idem decidi tur si possessor rei est victus per sententiam: vt in §. si fundum eiusdem l. sciendũ. quia vt dixit Cin. post pe. col. in d. l. j. in iij. col. in ij. op. C. vti poss. præsumptio est quòd ratione affectionis quam quis habet ad res suas stabit in iudicio: & non recedet: videmus etiã admitti fideiussorẽ minus idoneum cùm est de cõiunctis eo quod cessat præsumptio & suspitio prædicta & tamen per talem fideiussorẽ non est consultum in executione, vt in l. j. ff. in ius voc. vt eant. in glo. magna de iure communi hæc ratio habetur pro veritate.

13 †Sed de iure huius regni cre do verissimam opi. gl. scilicet quod ideo requiritur possessio immobilium & in eorum defectum satisdatio vt sit cautũ petitori in executione sententiæ. Mouent me ad hoc primo verba istius l. ibi (& si no fuere arraigado de fiador al demandador que le cũpla fuero, &c.) l. j. infra titu. (de las ferias) ibi (en raiz q̃ valaciẽt marauedis) clarius in l. vj. tit. (de los testimonios) in fi. ibi (& si no fuere arraigado de fiador de la demanda, o peños q̃ lo vala, &c.) Quæ iura vidẽtur requirere à non possidente immobilia fideiussionẽ non de fideiussione de iudicio sisti: sed (de la demanda) & sic iudicatum solui: sed possessio immobilium loco satisdationis succedit vt dicit gl. & doc. in d. l. sciendum. in princ. quia si succedit in locum satisdationis, & satisdatio requiritur secundum dictas leges pro securitate debiti: & vt debitor sit securus in exigendo debito & executione sententiæ: ita eodẽ modo possessio immobilium. Item quia ratio istorum doct. concludit in casu quo de iure requirebatur & sufficiebat satisdatio de iudicio sisti. nam tũc sufficit talis possessio propter quam præsumitur quòd sistet & nõ fugiet, sed cùm hodie istæ leges requirere videãtur ampliorem satisdationem ergo, &c. Item quia de iure cõmuni solum non possidere immobilia nõ faciebat quẽ suspectum ad capturam, nisi quo ad satisdationem de iudicio sisti, vt inquit Bal. in d. l. sciendum. quod secus est secundùm dispositionem huius l & sic crederem quòd satisdatio & possessio immobilium requisita hodie videtur requisita ad hoc vt creditori possit esse cautũ & cesset præsumptio fugæ de quo latius infrà dicam. Vnde magno studio ponderandũ est si quo ad dispositionem huius legis obtinebũt limitationes

nes sequẽtes quæ dantur ad d.
14 l. sciendũ. † Prima quòd etiã
si aliquis nõ possideat immo-
bilia tamen si possideat mul-
ta mobilia talia quæ de facili
occultari vel moueri non pos
sunt vt puta magnas segetes
& magnam apothecam habet
in platea: ita quòd propter ista
cesset præsumptio fugę vel re-
cessus nõ cogitur satisdare &
per consequens euitabit pœ-
nam carcerationis, hęc Bar. in
e d. §. sciendum. in ij. col. [e] in
versi. ex hoc. sequitur post Gu-
liel. Pe. & alios antiquos facit
l. iij. & l. vinũ. ff. de vino triti.
& oleo lega. hoc idem sequi-
tur Ang. in d. l. sciendum. §. j.
in princ. dicens quod vbicun-
que cessat suspitio cessat satis-
dationis onus: vnde infert ꝙ
non satisdabit existens in car-
cere iustè qui recedere nõ po-
test non mercator possidens
mobilia multa, & intricatus
nominibus debitorum cui de
facili non est recessus possibi-
lis propter multitudinẽ mer-
cantiarũ vel grauitatem ipsa-
rum, idẽ sequitur Io. de Imo.
in l. facere posse. ff. sol. ma. vn-
de dicebat Bald. ibi ꝙ illi qui
habent iura debitorum nõ di-
cũtur suspecti, nec inopes, sed
Io. de Imo. notanter illud in-
tellexit quando essent debito
res magnarum quantitatum
& tales quòd facilis sit exactio
vt quia boni campsores. ita
quòd non est verisimile quod
ipse fugeret dimittendo talia
debita: nam tunc dicit satisfa-
ctum esse dictæ legi sciedum.
nõ alias per supradictam do-
ctrinam Bart. idem in effectu
Alex. in d. l. sciendum. & hæc
limitatio videtur satis adapta
bilis huic legi: nam per talem
possessionem videtur consul-
tum & cautum petitori: & vi-
detur cessare præsumptio fu-
gę. Vnde propter ista bona nõ
est præsumendũ quòd fugiet
non fugiendo satisfaciet cum
bonis, & in defectũ cum perso
na, vt carceratus ponatur in
potestatem creditoris ad ser-
uiendum illi secũdum formã
l. ij. infra tit. (de los gouier-
15 nos.) † Secundò limita. nisi
ego egissem contra te, & quia
nõ possidebas immobilia pe-
tij satisdationem secundum
formam d. l. sciẽdum. & huius
l. sed tu fuisti contumax, nec
pręstitisti dictam satisdationẽ
quia si tu me conuenias iterũ
& petis à me satisdationẽ non
teneor præstare, hoc decidit
Iaco. de Aret. Ange. & Roma.
in l. qui bona. in §. si quis quia.
ff. de damno infe. per tex. ibi,
qui disponit quòd non potest
quis petere ab alio illud quòd
ille facere denegauit. idem se
quitur Alexand. in dicta l.
sciendum. Bene facit tex. sin-
gul. in l. sed & si per prætorẽ.
§. sed si dũ decreto. ff. ex quib.
cau

16 causa maio. † Quærit & vtiliter quanta immobilia debet possidere, vt euitet hanc satisdationē, & per cōsequens carcerationē gl. singu. in d. l. sciendum in princi. dicit ꝙ debent esse tanta ꝙ æquiualeāt & cōmensurentur quātitati rei petitæ. & in hoc residet ibi gl. in fin. clarius tenet glo. in §. sed hodie insti. de satisda. in gl. super parte ad terminum in fin. glo. idem voluit in §. hinc nobis in authen. de hære. & falci. dominus Vincentius Arias episcopus Palentinus in apostillis suis tam in l j. (titulo de las ferias) & in l. (si algū home) isto titu. licèt nō allegauerit dictas gl. sequitur hāc opi. postillādo dicta verba (si no fuere arraigado) dicit ipse (en la quantidad del deudo) allegat l. vj. infra (titulo de las testimonias) licèt postea in eadē l. super parte (por fiador) mouet quæstionem, nec ausus fuit illam determinare, nisi remittendo se ad l. v. titu. (de las testimonias) Bar. in d. l. sciendum. in iij. col. in prin. versi. quantum ad quæstionem principalē nō bene se determinat; sed dicit quòd possesio modicæ rei nō sufficit ad euitandum satisdationem; quia per hoc non est actori cautum. Item per hoc non cessat præsumptio fugæ. poterat Bar. allegare glo. singu. in l. fideiussor. in §. fina. ff. qui satisd. cog. vbi glo. dicit, quòd pauca immobilia faciūt quem suspectum Bal. in auth. cui relictum. in iiij. col. C. de indic. vidui. toll. loquitur satis indeterminatè & confusè: dicit enim quod debet esse valde & notoriè locuples quis vt habeatur perinde ac si cum fideiussore satisdaret per tex. ibi (qui dicit si verò non valde

17 locuples, &c.) † Veritas est ꝙ nō est necesse, quod possideat tanta immobilia, ꝙ æquiualeant quantitati petitæ, vt dicebant Accurs. & Vincen. nec sufficeret possidere tam pauca ꝙ non cesset suspicio fugę: sed sufficiet bona immobilia tanta possidere propter quę cesset suspicio fugæ, ꝙ arbitrio boni iudicis relinquendum est, hoc est de mente Bart, rectè considerarus in d. l. sciendū. in quītum dicit non sufficere possessionem modicæ rei, cùm per hoc non esset suspicio fugæ: ergo si tanta possideret propter quæ præsumptio fugę cesset, licet nō æquiualentia quātitati petitæ, illud sufficiet secundū intellectū Bar. licet hoc de arbitrio iudicis nō ita specificè declaret: sed satis colligitur ex mente sua. hoc clarius decidit Ioan. Fab. in §. sed hodie. instit. de satisd. vbi sumit medium dicens, quòd non sufficit quòd reus conuentus possider

ſideret immobilia etiam debito æquiualentia, ſi fortè illa deberent vendi pro executionis condẽnatione, & factis ſubaſtationibus & aliis expenſis executionis, non remaneret ſatis: ideò arbitrari concludit, nec requiret tanta ꝙ æquiualeant debito: ſed illud eſt determinandũ arbitrio iudicis. Mouetur quia fideiuſſor datur pro rei qualitate. ff. qui ſatiſd. cog. l. ſi non pro condẽnato, ſed poſſeſsio immobiliũ eſt loco ſatiſdationis, ergo ſic debet iudicari ſi reſidet. Hanc opin. ſequitur Bal. in d. l. ſciendum. ij. col. §. j. dicens non eſſe opus vt poſſeſsio immobiliũ ſit ita cõmenſurata ꝙ proportionetur debito: ſed ſufficit ꝙ ſit talis & tanta ꝙ ceſſet ſuſpicio fugæ: quod arbitrio iudicis dicit eſſe relinquendũ, quod eſt notandum. idẽ Ang. ibi in j. col. idem Cyn. in l. vnica. in iij. oppoſit.
28 C. vti poſsi. ¶ Idem Alex. in d. l. ſciendum. §. j in iiij. col. concludens eſſe cõmunẽ omnium
f opi.[f] vt ſufficiat poſsidere tãta immobilia propter quæ ceſſet ſuſpicio fugę. veriſimiliter hinc dicebat Ang. in §. hinc nobis. in auth. de hęre. & fal. coll. j. ſtatutum dicit ꝙ nullus habens apothecã poſſet capi tan quam ſuſpectus, quod non extenditur ad habentem apothecam viliſsimam, per gl. ibi, & in d. l. ſciendum. quæ loquitur in vili ceſpite terræ, non excuſante à dicta ſatiſdatione. videtur caſus de hoc in l. j. infra tit. de las ferias. vbi text. dicit ꝙ ſi reus non fuerit arraigado en raiz que vale ciẽt marauedis, debet dare dictã ſatiſdationẽ. ſequitur tex. ſcilicet, illud habere locum ſi la demãda fuere de cient marauedis, o dende arriba. vbi videtur expreſſum non requiri, ꝙ bona immobilia com mẽſurẽtur quãtitati petitæ, & illa extimatio morapetinorũ, de quibus in d. l. erat grandis quantitas, attento ꝙ erant aurei tempore quo fuit condita lex, & per conſequens erat grãdis ſumma quæ videbatur legiſlatori ſufficere ad excuſandam ſuſpicionem fugæ: vnde ſatis æquum & conſonum iuri videtur mihi quòd hoc remanere debeat iudicantis arbitrio, nec obſtat text. in l. vj. titu. de las teſtimonias. per quam ſe fundabat Vinc. quia illa lex ſi rectè inſpiciatur non diſponit in quantam ſum mam debet poſsidere immobilia, vt dicatur arraigado. eſt verum quòd determinat, quòd debeat dare fideiuſſorem ſuper quantitate petita, vel pignora ſufficientia ad quantitatem petitam: ſed reſpondeo quòd illa lex continet caſum ſpecialem, ſcilicet, quando debitor confeſſus eſt

debitum: sed allegat solutionem, quia tunc debet deponere pecuniã vel pignora æquiualentia debito petito transacto termino sibi assignato ad solutionem probãdam, quam non probauit, & sic nihil ad propositum: & de intellectu illius quæstionis dicam infrà in illa q. quæ satisdatio debeat esse ista.† Vnde g resideo semper in hac cõclusione hoc esse arbitrarium: sed hoc abitrium iudicãtis debet esse diuersum. Hodie de iure regni ab illo arbitrio requisito de iure cõmuni: nã de iure cõmuni requirebatur, ꝙ possideret tãta bona propter quæ secundũ iudicãtis arbitriũ iste conuentus non recederet ante litem contestatã: imò sisteret in iudiciũ vsq; ad terminum litis: ita ꝙ posset contra eum pronunciari sententia diffinitiua: & sic nõ frustraretur sententia propter eius absentiam cùm non poterat de iure communi ferri sententia diffinitiua lite non contestata, & melius & breuius lis finiretur reo præsente, quàm absente, quæ fuit ratio huius satisdationis. De iure communi, & ad hunc finem requirebatur quòd præsumptio fugæ cessaret, vt ante dictum est, & colligitur clarè ex §. sed hodie. insti. de satisd. & clarius ex his quæ dicit Ang. in l. Iulianus. in final. verbis. ff. qui satisd.

19

g

cogan. & Alex. in d. l. sciendum. in princ. eod. tit. & dicam infrà. Sed hodie secundum leges huius regni hoc arbitrium debet esse in hoc, ꝙ possideat conuentus tanta & talia bona, cum quibus iuncta persona sua videatur esse cautum actori: ita ꝙ bona sint tanta & talis qualitatis, propter quæ cesset suspicio fugæ, & sit præsumendum ꝙ debitor non recedet, & sic poterit capi & carcerari pro executione sententiæ, in defectum bonorum tradi ad seruiendũ creditori secundũ formã d. l. ij. tit. de los gouiernos. & sic deberet esse talis præsumptio ꝙ cesset suspicio fugę vsq; ad executionẽ, & hoc causatur à diuersitate rationis, quæ de iure cõmuni est ad hanc satisdationem requirendam de iure huius regni, vt dixit paulò ante: & latius declarabitur infrà in aliis quæstionbus, maximè in illa quæstione. s. quæ satisdatio sit ista quæ hodie requiritur ab hac lege, & ab aliis huius regni, & hoc nota: quia non reperies apud plures: & est subtile, nec gustatum ab aliquo quem viderim. Corroborantur supradicta sequentibus, quorum aliqua licet vera de iure communi, non concludunt de iure istius regni: nam dicitur quis
20 esse (arraigado)† Et possidere immobilia ad satisdationẽ

vitand

vitandam, & per consequens carcerationem etiam si super immobilibus ab eo possessis, sit sibi mota controuersia, & contra se habeat vnam sententiam. Iste est casus not. in d. l. sciendum.in §.si fundũ.vbi casus secundum omnes,ꝙ possessio rei litigiosæ releuat possessorẽ ab onere satisdandi. Plus dicebat gl. not. ibi illud obtinere etiam si appellatio sit deserta illius sententiæ à qua appellauit reus: & licet eam non teneat Bar.tamen approbatur
h à Bald.[h] ex eo quia licet sit prædo & malæ fidei possessor, tamen habet plenã possessionem, nec potest sibi fieri quæstio dominij nisi à domino. l. indebiti.in §.fin. ff.de condit. inde. l. vt mihi donans. ff. de don.facit l.habere licere. ff.de euict. Ang.in d.§.si fundum.vi
21 detur approbare d. gl.† Dicit illam esse perpetuò menti tenendam, ad hoc ꝙ per lapsum fatalium,non intelligitur quis renunciare possessioni rei, de qua succubuit, licet videatur renuntiare liti & instãtiæ.l.ij. & fi.de tẽp.appel.C. vnde non poterit victor authoritate propria ingredi possessionẽ: imò authoritate prætoria debet ingredi.l.à diuo pio. in §.fin autẽ.& §.exequatur. ff. de re iu. l.iustæ. de acquir. possess. l.qui restituere. de rei vendic. hæc Ang. quod intellige quando fit executio in re corporali auferenda à condemnato, secus in iure incorporali auferendo eidem solùm per denegationẽ aduersarij,vt si lata est sentẽtia in negatoria pro libertate,vel iure subiectionis, similiter pro libertate, vt pulchrè decidit Inno.in c.cũ nostris.de cõcess.præb.& sequitur Ang.in d.§.si fundũ.Pro primo est casus in l.habere licere. ff.de eui. ꝙ per sententiam nõ perditur possessio:& ibi hoc totũ tenet Ang. & sequitur Alex. in d.§. si fundum.dicens illud dictum Innoc.esse singulare, & ibi allegat plures cotas circa hoc, quas omitto, quia extra ma-
22 teriam.† Sed quo ad quæstionem de qua agimus: Bar.in d. §. si fundum. reprobat d. glo. & hanc opi.sequitur ibi Alex. quam etiam sequor per eorum fundamenta quæ vrgent: nam tex. in d.§.si fundum. ibi (deinde cùm secũdum te esset iudicatum appellauerim) fundat se in appellatione, ergo à contrario sensu sentit,ꝙ si non appellassem à sententia: & sic transiret in rem iudicatã, non haberem commodum possessionis,quo ad satisdationẽ euitandam,ergo idem si appellatio esset deserta,cùm fingatur nunquam esse appellatum.l.fi. in §. illud. C.de temp.appell. Item postquàm reus scit cõtra eum esse latam sententiã, atq;

debitum: sed allegat solutionem, quia tunc debet deponere pecuniā vel pignorā æquiualentia debito petito transacto termino sibi assignato ad solutionem probādam, quam non probauit, & sic nihil ad propositum: & de intellectu illius quæstionis dicam infrà in illa q. quæ satisdatio debeat esse ista.† Vnde [g] resideo semper in hac cōclusione hoc esse arbitrarium: sed hoc abitrium iudicātis debet esse diuersum. Hodie de iure regni ab illo arbitrio requisito de iure cōmuni: nā de iure cōmuni requirebatur, ꝙ posideret tāta bona propter quæ secundū iudicātis arbitriū iste conuentus non recederet ante litem contestatā: imò sisteret in iudiciū vsq; ad terminum litis: ita ꝙ posset contra eum pronunciari sententia diffinitiua: & sic nō frustraretur sententia propter eius absentiam cùm non poterat de iure communi ferri sententia diffinitiua lite non contestata, & melius & breuius lis finiretur reo præsente, quàm absente, quæ fuit ratio huius satisdationis. De iure communi, & ad hunc finem requirebatur quòd præsumptio fugæ cessaret, vt ante dictum est, & colligitur clarè ex §. sed hodie. insti. de satisd. & clarius ex his quæ dicit Ang. in l. Iulianus. in final. verbis. ff. qui satisd. cogan. & Alex. in d. l. sciendum. in princ. eod. tit. & dicam infrà. Sed hodie secundum leges huius regni hoc arbitrium debet esse in hoc, ꝙ possideat conuentus tanta & talia bona, cum quibus iuncta persona sua videatur esse cautum actori: ita ꝙ bona sint tanta & talis qualitatis, propter quæ cesset suspicio fugæ, & sit præsumendum ꝙ debitor non recedet, & sic poterit capi & carcerari pro executione sententiæ, in defectum bonorum tradi ad seruiendū creditori secundū formā d. l. ij. tit. de los gouiernos. & sic deberet esse talis præsumptio ꝙ cesset suspicio fugę vsq; ad executionē, & hoc causatur à diuersitate rationis, quæ de iure cōmuni est ad hanc satisdationem requirendam de iure huius regni, vt dixit paulò ante: & latius declarabitur infrà in aliis quæstionbus, maximè in illa quæstione. s. quæ satisdatio sit ista quæ hodie requiritur ab hac lege, & ab aliis huius regni, & hoc nota: quia non reperies apud plures: & est subtile, nec gustatum ab aliquo quem viderim. Corroborantur supradicta sequentibus, quorum aliqua licet vera de iure communi, non concludunt de iure istius regni: nam dicitur quis

19 g

20 esse (arraigado)† Et posidere immobilia ad satisdationē

vitand

vitandam, & per consequens carcerationem etiam si super immobilibus ab eo possessis, sit sibi mota controuersia, & contra se habeat vnam sententiam. Iste est casus not. in d. l. sciendum. in §. si fundũ. vbi casus secundum omnes, ꝙ possessio rei litigiosæ releuat possessorẽ ab onere satisdandi. Plus dicebat gl. not. ibi illud obtinere etiam si appellatio sit deserta illius sententiæ à qua appellauit reus: & licet eam non teneat Bar. tamen approbatur
h à Bald.[h] ex eo quia licet sit prædo & malæ fidei possessor, tamen habet plenã possessionem, nec potest sibi fieri quæstio dominij nisi à domino. l. indebiti. in §. fin. ff. de condit. inde. l. vt mihi donans. ff. de don. facit l. habere licere. ff. de euict. Ang. in d. §. si fundum. vi
21 detur approbare d. gl. † Dicit illam esse perpetuò menti tenendam, ad hoc ꝙ per lapsum fatalium, non intelligitur quis renunciare possessioni rei, de qua succubuit, licet videatur renuntiare liti & instãtiæ. l. ij. & fi. de tẽp. appel. C. vnde non poterit victor authoritate propria ingredi possessionẽ: imò authoritate prætoria debet ingredi. l. à diuo pio. in §. fin autẽ. & §. exequatur. ff. de re iu. l. iustæ. de acquir. possess. l. qui restituere. de rei vendic. hæc Ang. quod intellige quando sit executio in re corporali auferenda à condemnato, secus in iure incorporali auferendo eidem solùm per denegationẽ aduersarij, vt si lata est sentẽtia in negatoria pro libertate, vel iure subiectionis, similiter pro libertate, vt pulchrè decidit Inno. in c. cũ nostris. de cõcess. præb. & sequitur Ang. in d. §. si fundũ. Pro primo est casus in l. habere licere. ff. de eui. ꝙ per sententiam nõ perditur possessio: & ibi hoc totũ tenet Ang. & sequitur Alex. in d. §. si fundum. dicens illud dictum Innoc. esse singulare, & ibi allegat plures cotas circa hoc, quas omitto, quia extra ma-
22 teriam. † Sed quo ad quæstionem de qua agimus: Bar. in d. §. si fundum. reprobat d. glo. & hanc opi. sequitur ibi Alex. quam etiam sequor per eorum fundamenta quæ vrgent: nam tex. in d. §. si fundum. ibi (deinde cùm secũdum te esset iudicatum appellauerim) fundat se in appellatione, ergo à contrario sensu sentit, ꝙ si non appellassem à sententia: & sic transiret in rem iudicatã, non haberem commodum possessionis, quo ad satisdationẽ euitandam, ergo idem si appellatio esset deserta, cùm fingatur nunquam esse appellatum. l. fi. in §. illud. C. de temp. appell. Item postquàm reus scit cõtra eum esse latam sententiã, atq;

illam transactam esse in rem iudicatam per desertionem appellationis, multum subest suspicio fugæ, quæ est causa finalis propter quam inuenta est hæc satisdatio, saltem de iure communi, vt ante dictum est, & ꝙ si esset vera opin. Bal. sequeretur ꝙ creditor & vsu- i fructuarius qui possiderent, deberent releuari à satisdatione, si verum esset, quòd petens satisdationem non posset opponere ꝙ dominium est alterius. Item, dato & posset dici possessor non sequitur, ergo euitat satisdationem, cùm eo modo sit possessor, ꝙ subest contra eum suspicio fugæ propter sententiam, quam contra se habet transactam in rem iudicatam, & sic concludo, quòd possessio rei litigiosæ sufficit ad euitandam satisdationem, dato ꝙ reus habeat vnam sententiam cõtra se, à qua extitit appellatũ, nisi talis appellatio esset deserta, remittendo semper hoc iudicantis arbitrio, de quo ante dictum est. † Et per
23 d. §. si fundum, dicit Ang. ibi esse casum expressum contra Bar. qui tenuit ꝙ possessor malæ fidei non euitet satisdationem: nam in d. §. effectus erat malę fidei per contestationẽ litis, l. certũ. C. de rei vend. imò quodãmodo suspectus de dilapidatione fructuũ post sententiã, l. Imperatores ad fin. ff. de appel. & sic concludit possessorẽ malæ fidei euitare satisdationem. Ex quo infert, ꝙ rogatus restituere in conditionis euentum, dicitur possidere immobilia ad euitandam satisdationem. Est casus expressus de hoc in §. si fundus [i] eiusdem l. de quo statim subiiciam. Contrarium tenet Bar. in d. l. sciẽdum, in §. sed & qui vectigal. imò ꝙ & si aliquis possideat fundũ mala fide talis possessio non releuet eũ ab onere satisdandi. Mouetur duobus fundamentis. Primò, per illũ tex. qui habet, ꝙ ad hoc vt dicatur possessor, requiritur ꝙ possideat iure directi vel vtilis dominij. Secundò, quia cùm sciat rẽ alienam esse, de facili eam dimitteret; ideò non cessat præsumptio fugæ; sed quando bona fide possidet, credit eã esse suã, & per consequens cessat suspicio fugæ, & ista opinio videtur esse sustentabilior [k] considera- k to principio, de quo ante, scilicet, quòd præsumptio fugæ est causa principalis propter quam requiritur satisdatio de iure communi, & de iure regni, vt sit cautum creditori: sed cũ quis habet malã fidem: ita ꝙ credit rẽ immobilẽ, quã possidet esse alienã, satis subest hæc pręsumptio fugæ quæ ratio potest cessare in casu, quo res est litigiosa, & ipse cõuenitur super ea; nã etiã si habeat vnam

vnam sententiam pro se potest habere iustam causam credentiæ rem esse suã & habere ius ad eam, cogitans & credens fouere iustitiam in causa, & sententiam contra eum latã esse iniquã. Vnde credo Bar. intellexisse de illa mala fide, quę cõsistit in animo possidẽtis, non ex aliis actibus ex quibus inducitur mala fides, si ipse credit semper habere ius ad rem, & ita potest saluari Bart. cùm in vno casu subsit suspicio fu-
24 gæ, in alio non. † Firmantur etiam supradicta, scilicet, considerandum esse semper dictã suspicionem fugæ abesse vel adesse, saltem de iure communi. tex. sing. d. l. sciendum. §. si fundus. vbi est casus, quòd maritus & vxor dicuntur possidere dotem ad euitãdam dictam satisdationem. Et ista est not. limitatio ad l. Pomponius. §. in dote. ff. de acquir. possess. vbi est casus, quod maritus dicitur possidere fundum dotalem, nam quo ad euitandam satisdationem etiam mulier dicitur possidere, cùm cesset præsumptio fugæ, habendo fundum dotalem in loco, secundum Bart. & intellige secundum Ang. ibi. de fundo dotali inextimato: nam si extimaretur ea extimatione, quæ faceret emptionem sine dubio nõ prodesset vxori, idẽ Ale. in d. §. possessio. & hæc limitatio satis æqua videtur, etiam quo ad terminos huius l. cogita.
25 † Et per d. §. si fundus. ibi Ang. infert ꝙ possidens bona subiecta restitutioni, euitabit onus satisdationis, quod est notandum ad possidentes bona maioriæ & alia bona vinculata & restitutioni subiecta post mortem suam. Et quo ad munera & alia, vtrum maritus & vxor dicantur possidere bona dotalia. vide Bal. notabiliter in d. §. si fundus. tex. valdè not. & ibi Bar. in l. Lucius. in §. idem
26 respõdet. ff. ad munici. † Quid in creditore pignus possidente & in vsufructuario, vtrũ isti dicuntur possidere ad euitandam satisdationem? dic quòd non. est casus in l. sciendum. §. eum vero. & §. creditor. ff. qui satisd. cog. Sed de creditore limita dupliciter. Primò, nisi pignus esset pro tanto pignoratus, quòd cessaret spes luitionis seu recuperationis. Iste est casus in l. qui habebat. ff. de leg. iij. Bal. & Alex. per illum tex. in d. §. creditor. Imol. in l. j. in §. per seruum corporaliter. ff. de acqui. poss. facit l. legata. in §. fi. ff. de supp. leg. Secundò limita, nisi creditor cõueniretur solũ super re pignorata: ita dicit Ang. in d. §. creditor. quãquã aliter sentiat Ale.
27 † De vsufructuario etiã intellige, nisi vsufructus esset ita abundans & pinguis, & tan-

tus quòd cessaret suspicio fuge: quod totum committendũ est arbitrio iudicis, cũ hæc cautio sit iudicialis. l. arbitro. ff. qui satisd. cog. l. prætoriæ. ff. de præt. stipul. hæc Ang. in d. l. sciendũ in §. j. & in §. possessor (el primero.) Idẽ Alex. in
28 ij. col. †Diuersum est in pos-
l sidẽte annuos reddit[l] quia si illos habet super re immobili bene euitabit satisdationẽ, aliàs secus: ita dicit Bart. in d. l. sciẽdum. §. j. & ibi Ange. clare licet Bal. non bene se determinet referendo Guil. facit l. hac edictali in §. is illud. & ꝑ ibi per Cyn. C. de secun. nup. l. iubemus in §. sanè. C. de sacro sanc. eccle. Alex. de Imo. in d. l. sciendũ. rationẽ differentiæ inter vsufructuarium & habẽtem annuos redditus. vide ibi per docto. Attende tamẽ hoc esse intelligendũ quando isti annui redditus debentur ad longum tempus: nam tunc cõputantur inter immobilia secus si ad modicum, quia tunc videntur esse nomina debitorũ, vt consuluit Federic. consi. xij. incipienti fratres prædicatores Domi. in capitulo secundo. in princip. de re. eccle. non alie. lib. vj. probatur in clemẽ. j. eiusdem tit. in versic. fructuũ ad modicum tempus. idẽ Alexan. in dict. l. sciendum, quasi ad fin. §. j. Vnum rene menti quòd annui redditus licèt non debeantur ex immobilibus computantur inter immobilia. ita quod euitabunt satisdationem si à fisco debentur. Sic dicunt Fulgo. & Alexand. in dict. l. sciendum in §. j. ad fi. Mouentur propter l. ij. ff. de fund. dota. ibi (quamuis fiscus semper idoneus successor sit & soluendo) bene facit etiam di. l. iubemus. Quod nota pro mercedibus annuis quæ à rege debentur alicui ad vitam quod vulgariter dicimus (di-
29 neros de por vida.) †Et per hoc dicebat Bald. vnum famosum verbum quod habui de facto in causa valde importantiæ quod ille qui à principio fideiusit pro fisco videtur renuntiare beneficio de fideiussoribus: id est beneficio excussionis. Mouetur: quia cùm fiscus dicatur esse soluendo si necessaria esset excussio contra fiscum, nunquã posset conueniri fideiussor: quod nõ videtur esse de mente cõtrahentiũ. ita dicit Bal. in l. j. vij. col. C. de conueni. fisc. debi. lib. x. & reperio Alexã. illud notasse in l. fi. in iij. col. ff. si cer. pet. & ibi probat text. verb. alioquin declaratus à Bar. refert. Alex. non meminisse alibi se legisse
30 ꝑ ꝑ nũc nõ examino. †Quid in possessiõe patris diuitis nũquid releuet filiũ à præstatiõe dictę satisdatiõis? dic quod nõ, secundũ Bar. & doct. in dict. l. scien

sciendum.§.j.vnde diuitię patris non reddunt filiũ non suspectum secũdũ Guil de Cug. est verũ quod glo.valde singularis in l.ij.C.qui ęta.lib.x.dicit quicquid est in extimo patris intelligitur esse in extimo filij:& secundum hunc extimum fungitur filius muneribus & honoribus. Ex quo Bal.in dic.l.sciendum.§.j. infert ad statutũ,ꝗ nullus posset esse prior,nisi habeat in bonis mille libras quod extimũ patris patrocinatur filio,sed respondet Bal.dictã gl.intelligi in muneribꝰ publicis secus in debitis priuatis,& sic habebit locum conclusio ante dicta & dicit Bal.ꝗ nullus fuit recordatus de dict.gl.

31 †Supra dicta sunt vera vbi aliquis conueniatur ad quãtitatem,vel ad aliquam rem quã non posidet.

Sed pone,quod aliquis cõuenitur super aliqua re immobili,quam posidet nunquid euitabit satisdationem etiam si alia bona non posideat est q̃sti.quotidiana:& solemus vulgariter dicere (la mesma cosa le abona) quædam glo.in l.sciendum in prima glo.sentit quod euitabit satisdationem.idẽ sentit glo.in l.de die in §.quendam & in l.Iulianus eodem titu. Barto.in l.sciendum.simpliciter & indistinctè reprobat dictas gloss. dicens, quod quantum ad actorem,qui illam petit non euitabit satisdationẽ quoad aliũ sic & hoc secundum satis probatur in dict.l.sciendum. § si fundum probatur in dict.l.de die in §.quædam & in l.Iulianus eod.titu.quæ fuerunt fundamenta Bart.idem Bart.in l. Iulianus (la primera) eod. titu.in fin.Hanc opi.Bar.simpliciter sequitur Alexã.in d.l. sciendum.allegãs vltra fundamenta Bar.l.quoties.C.de digni.lib.xij.vbi personæ constitutæ in dignitate de quibus ibi si conueniantur super possessione rerũ, per eos possessarum releuãtur à satisdatione iudicio sisti priuilegio dignitatis dũ modo pręstent iuratoriam cautionẽ:sed si vera esset opinio dictarũ gl.releuarentur à iure cõmuni sine alio iuramento.idem Bar.in l.j.C. vti poss.per illũ tex.

32 † Sed reperio Ang.in d.l.sciendum.in ij.co.cõcordare gl.& Bar.quadã cõcordia quæ videtur satis ęqua:dicit em̃ quod si aliqs cõueniebatur sup ipsa re immobili quã posidet & pro qua cõuenitur,si de alio nõ conueniatur,nec teneatur nõ satisdat: qa nõ est verisimile ꝗ fugiat cũ semper posset liberari tradendo,sed si vltra rem conueniretur ad accesiones rei & essent tot quod induceret suspicio fugæ,bene tenetur cauere iudicio sisti pro his acces-

sionibus fructib⁹, & interesse, pro quibus cõuenitur. idẽ Ange. in §. si creditor. eiusdem l. in fine quod mihi videtur rectè dictũ, & licet videatur hoc ex capite suo dicere tamẽ fuit expresse de mente Bart. in d. l Iulianus in fina. verbis quod nota.

SVMMARIVM.

1 *An sufficiat ad euitandum satisdationem poßidere bona immobilia in alio loco extra locũ contractus & nu. 2.*

3 *Quid si conuentus poßideat immobilia in diuersa iurisdictione.*

4 *Excußio an debeat fieri etiam in bonis existentibus extra territoriũ iudicis cognoscentis de causa.*

5 *Quando bona sunt extra territoriũ iudicis, an sit differentia quod sint in loco propinquo vel remoto & nume. 6.*

7 *Cautela quæ ex prædictis sequitur contra procuratorem & numero 10.*

8 *Aduocati debent cauere à cautelis contra conscientiam.*

9 *Aduena statim recessurus an ratione contractus sortiatur forum.*

11 *Si conuentus non potest satisdare in loco in quo conuenitur, an sufficiat alibi satisdare. vide regulam cũ quinque limitationibus vsque ad nume. 12.*

13 *De ciuitatibus habentibus separatum districtum an iudicetur idem quod de prouincia.*

18 *Satisdatio voluntaria & satisdatio necessaria quid sint.*

ADDITIO.

a *Adde expressè Bar. Soc. in l. sciẽdum in prin. col. ij. ff. qui satisda. cogan. in prima limitatione regulæ negatiuæ dicentem communiter tenere modernos sufficere quod sint bona sub eodem præside per tex. in l. si fideiussor. §. si necessaria hic allegat.*

b *Adde eundem Bal. in l. si fideicõmis. §. tractatum per illum textũ de iud. ff. Bar. Soci. in l. sciendum in princ. hic allegat. col. ij. & Ias. in §. possess. eiusdem legis.*

c *Adde quòd hanc cautelam sequitur Bar. Soci. l. sciendũ pen. colũ. ff. qui satisda. cogan. & Ias. in l. filius hic allega. & vide infra numero 10.*

d *Adde gl. illam not. in cap. cupientes verbo malignantium de elec. libr. vj.*

e *Adde eundem autorem in §. seq. numero 5.*

f *Adde singulariter Alex. de Imo. in consi. lvij. ponderatis verbis volu. iij. vbi in facto consuluit quando quis vult præstare fideiussorem in alia ciuitate eiusdem prouinciæ: quæ tamen ciuitas sub alio præside est de qua consultatione dubitauit Ias. in l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisda. cog. & vide Bar. Soci. in l. de die. §. tutor. ff. eod. titu. in vj. not. & vi. Nicola. boe. in decisione aurea. xcix.*

g *Adde quod hãc cõclusionẽ Alex. tẽtauit Ias. §. si necessaria hic allega. pulchre limitare ex cõclusione eiusdẽ Alex. in consi. lvij. vol. iij. super*

super alleg. videlicet nisi venditor emerit prædia in alia ciuitate dũ modo non remota etiam si sub diuerso principe adde Hipp. de Mar si. l. de minore. §. plurimũ nu. 35. ff. de quæst. & Nico. boë. in decisione aurea xcix.

1 Vlteri⁹ † quærit̃ de quęstione quotidiana, quá multoties habui de facto in Cãcellaria reus in loco in quo conuenitur nõ possidet bona immobilia, & sic nõ est arraigado in loco in quo cõuenit̃: sed possidet ea in alio loco, vtrũ hoc sufficiet ad euitandã satisdationẽ? Practicatur hoc multoties: quia fortè aliquis celebrauit contractũ extra patriã & domiciliũ suũ, vbi possidet bona sua: nunc reperit in loco contractus celebrati, vbi nulla possidet bona & ibi conuenitur vel cõuenitur in Cancellaria per aliquẽ causam curiæ vbi nulla bona possidet: sed possidet illa in patria sua vtrũ hoc sufficiat ad euitandã satisdationem quædã glo. solet allegari pro singulari in l. fi. C. de princ. agen. in re. libr. xij. quę tenet quòd requiritur quòd possideat immobilia in loco in quo cõuenit̃, nec sufficiat alibi illa possidere. Illam gl. approbat Bar. in dict. l. fin. dicens per illam ꝙ ad euitãdã satisdationẽ debet possidere immobilia in loco in quo conuenitur, nec sufficit alio loco possidere: ideo si aliquis conuenitur Perusij nõ sufficit habere Senis immobilia bona. dictã gl. approbat Bald. & illã sequitur indistincte in dict. l. sciendum in §. j. in ij. colũ. pro hac opinione videtur casus in dict. l. sciendum in §. possessor (el primero.) iuncta gl. vbi text. dicit (qui in agro vel in ciuitate rem soli possidet,) & ibi gl. dicit in agro: scilicet in villa.
2 † Veritas[a] est vt potui colligere & cõprehendere ex communi mente scribentium quod si reus possideat immobilia nõ in loco iudicij: sed in alio loco diuersi territorij & iurisdictionis à loco iudicij, non sufficit talis possessio ad euitandam satisdationẽ: si tamen in alio loco possideat tamen eiusdem territorij & iurisdictionis, cujus est locus iudicij sufficiet talis possessio, nec tenetur præstare aliam satisdationem. sic intelligit Ange. dictam glo. in l. sciendũ. §. j. finalibus verbis postillans quandam gl. quæ est in dict. l. sciendum in princ. super parte quæ in agro dicit gl. j. in villa postillat Ang. in villa eiusdem territorij: licèt non possideat in loco iudicij: hæc est etiã intentio Bar. in d. l. sciendũ in §. possessor (el primero) hanc opi. sequitur Io. Fa. in §. sed hodie insti. de satis. dicẽs, ꝙ sufficit possidere bona immobilia

in eadē iurisdictione. videt casus singularis in l. fideiussor in §. necessaria. ff. qui satisd. cogā. vbi est casus quod sufficit si aliquis dat fideiussorē in ciuitate eiusdē prouinciæ licèt nō det in loco in quo cōuenitur. Sed ista satisdatio succedit in locū possesionis bonorū immobiliū: ergo sic sufficiet possidere immobilia in eadē iurisdictione, q̄ lex ad hoc fuit allegata per Fabrū: & hoc mēbrū est mihi absq; dubio & est cōmunis opinio à multis tradita scilicet quòd sufficit posidere immobilia sub eadē iurisdictione, licèt nō in loco iudicij.

Ex quo infertur ad eos, qui cōueniūtur in Cancellaria vt sufficiat posidere immobilia in loco quocunq; eidē iurisdi-

3 ctioni subdito † Vbi autem posidet in diuerso territorio & iurisdictione non releuatur à p̄statione satisdationis, vt tenent omnes vbi supra probatur in l. si fideiussor in principio. ff. qui satis. cog. vbi casus quod fideiussor qui habet exceptionē fori, non est idoneus & ibi glo. super parte præscri. metuat: dicit fore quoad iudicem nō quoad locū cū vbi contrahat se obligando: & ita debeat intelligi gl. in d. l. fin. C. de prin. agen. in re. lib. xij. super parte adiuratoriæ cautioni vbi gl. dicit, quòd si aliquis posidet immobilia in prouincia non euitabit satisdationē si Romæ conueniatur & econtra & Bald. in l. qui crimen in iiij. quæstio. C. qui accusa. nō poss. allegat dict. gloss. dicens quod debet immobilia posidere in eodē foro.

4 † Accidit quod per illā gl infert Bal. in d. l. sciendū in §. j. in ij. colum. quod dicitur excusio legitime facta licèt non sit facta de

b bōis positis extra territoriū b vbi debitor cōuenitur seu cōmoratur, quia possesio illorū bonorū nō repræsentat debitorem idoneū in loco iudicij, & sicut non est excutiendus reus alterius domicilij: ita nec res arguendo de personis ad res. authē. præsente de fideius. quod refert valde notandū & in veritate sic est: & ita practicaui in quodā negotio ponderoso contra quendā mercatorem Burgēsem cōmorantē in villa Vali soliti, quia cōueniebatur quidā tertius possessor quorūdā rerū pignoratarum, qui allegat principalē debitorē excutiendū dicens illū esse idoneū & soluēdo & posidere bona: opponebat extra territoriū: & sic non esse fiēdā excusionē quod nota ad multa.

5 † Sed reperio eundem Bal. in l. fina. ff si certum peta. in fin. col. pulchrè intelligenrē hoc vbi reus posideret talia bona in lōginquo. Mouet ipse quæstionem quotidianam in his termi

terminis, pone quod scholaris de Alemania studens Perusij dedit Perusij fideiussorē: Iste scholaris in proprio domicilio est soluendo & idoneus: Perusij vbi agitur nihil habet, nunquid tanquam facta excussione poterit fideiussor conueniri? refert Iac. de Are. tenere ꝙ non, quia vbicunq; bona sunt posita debet prius fieri missio in bonis rei, antequam veniat ad fideiussorem vel pignorum possessorem, arg. ff. de bo. aut. iud. poss. l. cùm vnus. in §. pen. & C. de iud. l. properādū. in §. sinautem reus. ideo vbicūq; habebit bona dicitur soluendo, quod intelligit Bal. quādo facilis est exactio, aliàs nō dicitur reus idoneus propter difficultatem cōueniēdi: & sic meritò deuenitur ad fideiussorē. l. j. ff. qui satisda. cog. absurdū enim esset quòd actor cogeretur peregrinari. ff. de procu. l. sed hoc. §. ij. bene facit quod notatur in § suscepto. in auth. de exhi. re. Itē quia sicut propter absentiā personæ potest fideiussor cōueniri reo nō excusso. authē. hoc si debitor. C. de pig. in auth. de fideiuss. §. j. ita propter absentiam bonorum arguendo de re ad personam, quia paratio est in executione reali & personali secundum eum: vnde intētio sua videtur finaliter ad hoc tendere quòd etiā si reus possideat bona in alio loco quàm vbi agitur sit necessaria excussio, si facilis esset exactio, quod erit quando non in loco multū remoto & vbi faciliter fiet executio illa possidet. Quod not. & optimè faciūt sequētia. Esto ergo in hac conclusione, quod vbi aliquis possidet bona in diuerso territorio, & nō sub eadē iurisdictione, in qua conuenitur nō releuatur à præstāda satisdatione.

6 † Hoc limita, nisi haberet bona in diuerso territorio, tamen hoc diuersum territoriū est tam vicinum seu propinquum, quod cessat omnis suspitio fuge: ita dicit Ange. in d. l. sciendū. §. j. in fi. verbis. per l. iiij. §. si ita vicinū. ff. de dam. infe. l. de die. in §. tutor. & l. fideiussor. in §. si necessaria. ff. qui satisda. cog. quod est notandū. Idē sentit Bar. in d. l. sciendū. §. possessor. (el primero.) dicēs quod sufficit possidere immobilia in prouincia propinqua etiā si territoriū sit diuersum. Mouetur quia cùm ista possessio cedat loco satisdationis, sicut sufficeret ex causa dare satisdationē ex prouincia propinqua: ita sufficiat possidere in loco propinquo licet diuersi territorij secus tamen dicit si locus esset multū lóginquus ꝙ talis possessio nō releuaret arg. auth. præsente. C. de fideius. & in corpore eo. tit. in gl. præsentes. idē dicit si possideret

deret in loco propinquo tamẽ
per illã poſſeſsionẽ actori non
eſſe plenè conſultum, quia ibi
reus nõ poterat faciliter cõue-
niri, vt quia erat multũ potẽs
per ea quæ notantur in l.ij.ff.
qui ſatiſda.cog. & quanquam
Bal.Iac.de Are.& Fulg.in d.§.
poſſeſſor. ſimpliciter requirãt
quòd reus cõuentus poſsideat
in loco iudicij nec ſufficiat in
dicto territorio etiam propin
quo. Pro quibus videtur gl.in
d.§.præſentes.ſed alia opinio
eſt verior quam ſequitur Bar.
& Ang. & ſequitur etiã Alex.
7 in d §.poſſeſſor. †Prędictam
differentiam de poſsidẽte im-
mobilia in loco valde remoto
ſequitur idẽ Ang in l. ſi filius.
c ff.qui ſatiſd. cog.[c] ex quo in-
fert quandam cautelam in hęc
verba. Sis ergo cautus qui cõ-
ueniris per procuratorem in
loco valde longinquo puta in
Alemania per procuratorem
Florentinũ, vt obiicias quòd
ſatiſdet de iudicio ſiſti in cau-
ſa recõuentionis:nam fideiuſ
ſorem non inueniet, nec rele-
uabit eum procuratoriũ ſuũ,
in quo eſt releuatus ab onere
ſatiſdandi: quia replicatur ꝙ
dominus eius nõ poſsidet im-
mobilia,vel ſi poſsidet in loco
ita remoto quòd non ſufficit
per dicta per ſe in d.l. ſcien-
8 dum. †Sed[d] ſemper conſulo,
d quod dũ fueris aduocatus non
vtaris cautela hac, nec ſimili

quæ principaliter inuẽta ſit ad
alios fraudandũ iure ſuo,quia
in quantum damnificas aduer
ſariũ maliciosè ſimilibus cau-
telis damnas animam & con-
ſcientiam tuam ſub onere re-
ſtitutionis. De hac cautela fa-
cit mentionem Alex. Imol. in
d.l.ſciendum.§.poſſeſſore (el
primero)quam commendat.
9 †Hæc[e] omnia ego limitarẽ,
e niſi aliquis contraxiſſet cum
aduena & ſtatim receſſuro,
quẽ ipſe ſciebat ſtatim receſſu
rum:nam ratione talis cõtra-
ctus nõ ſortitur forũ, vt eſt ca-
ſus famoſus in l. hęres abſens.
in §.proinde.ff. de iud. facit c.
Romana. in §.contrahẽtes. de
fo.comp.lib.vj. vnde, nec etiã
ab eo poſſet petere aliquẽ cau
tionẽ vel ſatiſdationẽ:ita dicit
Bar. ibi reprobata quadã glo.
quæ cõtrariũ ibi ſentit,& opi.
Bar.tenet gl.in l.ij. §. ſi dubi-
tetur.ff. de iud. de quo dicam
latius infrà in illa quæſt. vtrũ
aduena tenetur ſatiſdare iudi-
catum ſolui.& in illa quæſtio-
ne vtrũ debitor fugitiuus poſ-
ſet capi ſi nõ ſuperueniſſet cau
10 ſa de nouo. † Sed aduerte ꝙ
ſupradicta cautela Ang. vide-
tur tolli ex quodam eleganti
verbo Bar.in l.ſeruum quoq;.
in §.ait pręt or.ff.de procu.vbi
apertè ſentit quòd vbicunque
aliquis debet ſatiſdare ad arbi
trium iudicis, iudex poteſt eũ
releuare à ſatiſdando vbicũq;
ei vi

ei videtur æquum. V. g. si forensis in prouincia lõginqua, vbi similiter non reperiret fideiussorem deberet satisdare. & illa cõclusio Bar. extollitur per Aret. in l. ij in prin. in iiij. col. ff. qui satisd cog. & profectò est singularis: sed licet per dictum modernum non allegetur ista pulchrius à radice examinabũtur in sequẽti quę-
11 stione. † Vlterius accedit quęstio notabilis his proximè dictis contigua, aliquis cõuenitur, qui non est arraigo, scilicet nõ possidens bona immobilia, petitur satisdatio ab eo ipse non potest satisdare in loco. in quo conuenitur cùm forte non habeat notos, nec propinquos, nec amicos, vt accidit in his qui cõueniuntur in Cancellaria, qui vt in plurimum sunt alienigenæ trahuntur de domiciliis suis offert se dare dictos fideiussores in alio loco, nunquid est audiendus etiã si non offerat in loco iudicij vbi conuenitur? dico quòd sic, & satisfacit legi requirenti dictam satisdationem: cùm hæc satisdatio sit necessaria. Iste est casus singularis quẽ Bal. vocat notabilissimum in l. si fideiussor. in §. si necessaria. ff. qui satisd. cog. ibi (non facilè.) plus probat tex. singul. in l. de die. in §. tutor. & in §. iubetur. ibi (mittendi sunt in municipiũ) & ibi (posse quo postulat remitti.) ff. qui satisda. cog. quòd vbicunque in loco iudicij quis nõ potest præstare dictam satisdationem remittendus est ad locũ, quem ipse reus elegerit, vbi posset præstare dictam satisdationẽ præstito iuramẽto, quòd nõ potest prçstare in loco vbi petitur: sed in loco vbi petit se remitti. Et ille casus est singu. secundũ Bar. ibi qui dicit nota diligẽter, ꝙ primò debet quis satisdare si potest in loco, vbi litigatur si ibi nõ potest de quo statur iuramẽto suo debet satisdare alibi in loco, in quo ipse elegerit & sunt notabiles casus secun-
12 dum omnes. † Hoc intellige dum tamen nõ peteret seu eligeret dare fideiussorem in loco multum distanti, quia non audiretur: ita dicit Bart. in d. § iubetur. probat tex. sing. in d. l. si fideiussor. in §. si necessaria. ibi (si in alia eiusdem prouinciæ ciuitate.) Ex quo infert idem Bar. in d. §. iubetur. quòd si reus peteret se remitti ad dandam talem satisdationem ad talem locum, vbi posito quod daret fideiussorem tamen non esset cõsultum actori propter conueniendi difficultatem, non audiretur per l. ij. ff. qui satisda. cog. ideo secundum eum debet eligi locus actori cõueniens. & idem in effectu sequitur Alex. in d. §. tutor. & est de mente Bar. in l. scien

l.ſciendum.in §.j.ff. eod. titu.
13 †Vnde hodie in ciuitatibus
habentibus diſtrictum & ſepa
ratum regimẽ ac territorium
& quæ non ſubeſſent vni præ-
ſidi multarum ciuitatum idẽ
iudicaretur de tali ciuitate ſi-
cut de vna prouincia. Iſta eſt
gl.ſing.in l.fin. in princ.C. de
f præſc.lon.temp.[f] Ang.in d.§.
tutor.& ibi, Alex.clarius Bar.
notanter ſuper illius gl.in ex
trauagãti ad reprimendã qui
ſint rebelles in parte Lombar-
diæ & in l. j. C. de Metropo.
lib.xij.quod nota ad iura non
admittẽtia ſatiſdationem ex-
tra prouinciam vel quæ requi-
rũt poſsidere bona in prouin-
14 cia. †Fallit ſecundò regula
poſita in d.l.de die.§. tutor.&
§.iubetur. & d. l. ſi fideiuſſor.
in §.ſi neceſſaria.ſcilicet quòd
debet remitti ad locum quem
elegerit pro danda ſatiſdatio-
ne,quando velit ſatiſdare pro
purganda contumacia vel re-
cuperãda tenuta data propter
eius cõtumaciam vel culpam.
Iſte eſt caſus vnicus ſecundum
Ang.in verbo planè.d.l.de die.
15 quẽ omnes ſic ſummãt. †Fal-
lit tertiò quando ſemel potuit
ſatiſdare in loco ad quem nũc
petit ſe remitti & noluit. hoc
16 probatur in d.§.tutor. †Fal-
lit quartò in delictis vnde vbi-
cũque quis tenetur in delictis
ſatiſdare de iudicio ſiſti debet
ſatiſdare in iudicij loco, nec

remittẽdus eſt ad aliũ locum, quem elegerit ad præſtandam ſatiſdationem etiam ſi nõ poſſet ſatiſdare in loco iudicij, imò in loco iudicij ſatiſdandũ eſt de ciue vel de forenſi idoneo:nõ enim repellitur forenſis ſi ſit idoneus : ita dicit Bal. in d.§. ſi neceſſaria. notabile verbum eſt & quotidianũ fundatur Bal. arg. d.§. ſi neceſſaria.in quãtum tex. dicit quòd ſi aliquis arctatur ad ſatiſdandum ſua promiſsione non eſt remittendus, vt alibi ſatiſdet quam vbi promiſit: & ſic ſua culpa arctatus ſit: ſed cùm delinquens ſit in culpa ergo,&c. Alex.ibi tenet contrariũ cùm ſit ſatiſdatio neceſſaria & quia d.§. per quẽ ſe fundat Bal. loquitur in ſatiſdatione volũtaria ad quã quis ſe arctauit culpa ſua,nec culpa delinquẽtis erat principaliter ordinata ad præſtandã dictã ſatiſdationẽ: & quia ſi vera eſſet opinio Bal. ſequeretur ꝙ ille qui conuenitur ratione contractus hic celebrati, & qui conuenitur ad præſtãdam ſatiſdationẽ ratione vſusfructus vel legati per eum hic acquiſiti teneretur ſatiſdare in loco iudicij, nec alibi remittendus eſſet etiam ſi non poſſet ibi ſatiſdare : quod eſt falſum cùm dicatur ſatiſdationẽ eſſe neceſſariã,vt d.§.tutor.& d.§.ſi neceſſaria. in glo. adducit quod no.Bar. in l.ij.§. fin.&

fin. & ibi Barto. & in l.iiij. in prin.ff.si quis cau.nec tex.in d. §.si necessaria.loquitur de totaliter se arctāte. Itē quia illa est satisdatio necessaria,quæ à lege inducta est, vt dicit gl. & doctores ibi,sed ista est huiusmodi:ergo,&c. Propter quod putat nō esse tutum tenere di-
17 ctum Bal. †Fallit quintò dicta regula in satisdatione voluntaria,in qua non est remittendus ad illam præstandā ad aliū locū,nisi in quo promisit. Iste est casus singularis in d.§. si necessaria.vers.si autem.ibi (nec enim id meretur qui ipse sibi necessitatē satisdationis imposuit) probatur etiā in d. §.tutor.ibi(quia necessaria est satisdatio) vnde ille qui promittit, intelligitur in eadem ciuitate in qua promittit & de omnibus eiusdē ciuitatis, seu qui ibi sunt idonei & alibi nō admittitur secundum Bart. in d. §. si necessaria. quod dicit menti tenendum idē ibi Ang. tacita authoritate Bart. vnde non dabit forenses, aut peregrinos fideiussores,nec audietur si alibi velit satisdare facit l.si cùm dies. in §. si aliter. ff. de arb. hoc idē sequitur Alex. in d. § si necessaria. & infert per hanc doctrinam: aliàs de facto respondisse in quadam
g quæst. g Titius vendidit domū emptori in ciuitate Bononiæ & fuit cōuētū inter eos, quòd vēditor deberet pretiū cōuertere in emptionē prædiorū & hoc ꝓ securitate emptoris fortè vt haberet regressum de euictione volebat dict' Titius vēditor emere prędia in alio territorio quàm Bononiēsi:se dicit respōdisse ꝙ nō poterat attēto, ꝙ cōuētū fuerat ꝙ dicta prędia emerent ꝓ cautione dicti emptoris dom' in causa e-
18 uictionis qđ est notādū.†Quæ autē sit satisdatio volūtaria & quę necessaria dic ꝙ satisdatio necessaria est ad quā quis à lege astringit,licet causa sit volūtaria Iste est casus no. Et ibi summariū Bart. in l.de die.in §.tutori.superius alleg.gl.no. quæ hoc tenet & ponit exēpla in d l.si fideiussor.in §.si necessaria.in gl. super parte necessaria.Idē gl.in d.§.tutor. in parte necessaria idē Bal. postillando d.§.si necessaria. postillans partē volūtaria dicit,id est cōuētionalis:vt quia promissum est de dādo fideiussorem.idem Ang.in d.§.si necessaria. dicēs quòd omnis satisdatio est necessaria quæ ex legis dispositione debet præstari,quatumcunq; causa propter quam inducitur necessitas præstādi sit volūtaria. Idem summat in d. §.tutor.communis est sententia,& lege determinata & per hoc habebis,quę sit volūtaria, scilicet ad quā quis nō astringitur à lege,sed à conuētione.

SVMMARIVM.

1 *Reus conuentus non possidens immobilia an teneatur praestare fideiussorem de iudicato soluendo, vel sufficiat de iudicio sisti, vel de repraesentãdo reũ & nu.2.& 3.*

4 *Debitor captus ratione suspicionis vel fugae an sit relaxãdus sub fideiussore de iudicio sisti.*

5 *Forensis recessurus quam satisdationẽ teneatur praestare & nu.7.*

6 *Aduena qui promisit statim soluere an possit conueniri.*

8 *Carcerationem quando possit euitare cõuẽtus propter satisdationẽ.*

9 *A possessione in qua quis est missus an debeat recedere antequam sibi soluatur & nu.11.*

10 *Contumax vt possit recuperare rẽ in tenutam acceptam pro pecunia an debeat primo satisfacere.*

12 *Cõdemnatus vel confessus vt possit habere dilationem à iure cõcessam qualiter teneatur cauere.*

13 *Reus condemnatus pro debito an possit capi infra tempus miserationis causa concessum.*

14 *An ipse reus condemnatus teneatur offerre fideiussores ad hoc vt possit gaudere dilatione legali.*

15 *Distinguuntur tria tempora circa satisdationem praestandam.*

16 *Debitor an sit carcerandus quando non possidet immobilia, tamen eius fideiussor est idoneus.*

17 *Confessus debitum qui non possidet immobilia quam fideiussionem teneatur praestare.*

18 *Carceratus & condemnatus, qui cedit bonis suis sub qua fideiussione sit relaxandus à carceribus.*

19 *Captus pro debito ex instrumento habente paratam executionem sub qua fideiussione sit relaxandus.*

ADDITIO.

a *Quae satisdatio debeat esse ista an iudicium sisti vel iudicatum solui* ande la faz.

b *Adde quindecim quaest. in materia debitoris suspecti conclusiuè & breuiter decisas per Bar. Soci. in l. si ab arbitro. ff. qui satis. cog.*

c *Adde singulariter pro declaratione huius conclusionis Iacobinum de sancto Georgio in l. heres absens. §. si quis tutelam. hic alleg. in iiij. not. per eundem in iiij. col. vbi ordinauit regulam cum quatuor limitationibus, quando aduena vel viator in loco contractus sortiatur forum: & vide* Panor. *& moder. in c. fin. de foro compet. & per Marian. Socin. in c. dilecti. eodem tit. in iiij. col. quando contrahens in vno loco simpliciter promittit soluere pecuniam non designando locum.*

d *Adde quòd per illum text. solet communiter reprehendi gl. in l. properandum. §. sin autem reus. C. de iudi. quae dicebat quòd quando est facta executio sententiae, potest victus perpetuò recuperare possessionem, praestita satisdatione, licet secundũ Ias. ibi in fi. col. gl. nõ sit reprehensione digna: & vide modern. in §. Iulianus, l. si finita: hic alleg. pro intellectu l. si pecuniae. & Bart. Soci. Ias. & scribentes in l. nec impuberes. §. qui in ius. ff. de* in

in ius vocando.

e *Adde quòd per illum tex. dicit ibidem Angel. fuisse condemnatum quendã officialem, qui captum & condemnatum pro delicto propter pendentiam termini infra quem debebat soluere relaxauit: quẽ etiã sequitur ibid. Iacobinus in ij, col.*

f *Adde quòd hanc doctrinã Bart. contra Panor. in c. quòd ad consultationem. de sent. & re iud., sequitur Iacobinus in ead. l. si debitori. ij. col. dicens non esse tutum in iudicando recedere à dicto Bar. communiter tenetur, & idẽ sequitur ibidem Lance. Decius. de quo vide Barba. & moder. in c. querenti. de offic. deleg.*

g *Adde pragmaticam lxxx. fol. 66. in volu. pragmaticarum, de debitoribus qui cedunt bonis.*

1 VLterius † nota istũ tex.[a]
2 ibi. (de fiador ad demandador que le cumpla fuero, quòd reus conuentus non possidens immobilia, debet satisdare actori. s. (que le cumpla fuero,) & sic loquitur tex. obscurè quæ satisdatio debeat esse ista, s. iudiciũ sisti vel iudicatũ solui. Vinc. hic dicit, ꝙ de iure communi hęc satisdatio debet esse de iudicio sisti: sed de iure huius fori iudicatum solui, concludens, ꝙ de iure huius regni teneṫ pręstare satisdationẽ iudicatũ solui per l. vj. infrà, tit. (de las testimonias) quę incipit (todo home.) famosum profecto & quotidianũ est dubiũ, & hucusq; non bene determinatũ: & de iure cõmuni est indubitatũ: quia suo nomine cõuentus non præstabat satisdationẽ iudicatũ solui: sed iudicio sisti, quę ad hoc pręstabatur, vt reus oblato libello non fugeret, & sic iudiciũ non posset terminari in absentia sua, nec diffinitiua ferri, si ante lites cõte. fugeret, & sic satisdabat ꝙ vsq; ad terminũ litis in iudiciũ sisteret, vt in auth. offeraṫ. sed hodie videtur ꝙ hæc satisdatio non ad hunc finẽ & effectũ requiratur. & sic videtur opinio Vinc. habere fundamentũ ex hoc iure regni. & ꝙ non sufficiat dare fideiussorem de iudicio sisti, prout de iure communi requirebatur. probat l. nostra ibi. (de fiador al demãdador que le cumpla fuero.) & vltra ibi. (& recaudegelo de guisa que le faga derecho.) & tex. in l. j. infra, ti. (de las ferias,) ibi, (de fiador que haga derecho.) iunctis aliis verbis positis in medio ibi. (& si el fiador pechare la demãda.) l, vj. infra, tit. (de las testimonias.) in fin. ibi. (& si aquel a quien demandaren no fuere arraigado de fiador de la demãda o penos que lo vala.) & sic ista iura satis videntur concludere opinionem & intellectum domini Episcopi, nec

obstat tex. in l. v. incipit (quando el home doliente.) infra isto tit. vbi tex. dicit. (de buen fiador que este a derecho.) & sic loquitur de fideiussore de iudicio sisti: quia ibi loquitur in casu diuerso. s. quando quis vult recuperare bona in quibus actor fuit missus ex primo decreto: quia non potest nisi pręstita dicta satisdatione, vt dicit tex. in §. si verò. in authen. de exhi. reis. collat. iiij.

2 † Et satis ad hanc opinionem do. Episcopi, vrgent iura superiora, maximè tex. noster in d. l. vj. tit. (de las testimonias.) est verum quòd vidi quendam doctorem auditorem Cancellariæ dicentem, quod d. l. tit. (de las testimonias.) loquitur in casu speciali, sed verum est quod in principio d. l. loquitur in casu speciali. scilicet, quando debitor confessus est debitum, nec potuit probare solutionē per eum allegatam in termino sibi asignato: quia tunc dicit tex. (meta el auer o peños que lo vala en poder de fiel.) sed in fine vbi tex. loquitur indistinctè in nostra quæst. generaliter loquitur & generaliter disponit in casu, quo reus non possidet immobilia. (de fiador de la demāda.) & ibi impossibile est, quod loquatur in casu speciali, de quo in princi. aliàs esset notoria repugnantia ex eo, quia in primo casu specialiter prouidet text. que meta el auer o peños que lo vala en manos de fiel.) & sic non sufficeret fideiussor de iudicato soluendo, & prædicta vrgent nimis ad coadiuuandam opinionem domini Episcopi.

3 † Audeo tamen dicere, quòd sufficiat debitori conuento ad euitandam satisdationem dare fideiussores (de la haz.) id est, quòd reum repræsentabunt, & iudici exhibebunt, quoties ab eis fuerit petitum, aliàs soluent iudicatum. Moueor ad hoc: quia siue fateamur de iure communi satisdationem requiri, vt reus non fugiat, siue de iure regni: vt per eam sit cautum actori, & ad debiti securitatem videtur satisdatum per hanc satisdationem. Item videtur casus hic de ista consideratione: vbi text. dicit. (de fiador que le cumpla fuero.) sed dando fideiussorem (de la haz.) impletur forus iste: quia de iure istius fori si debitor nō habet vnde soluat: debet tradi creditori incarceratus, vt ei seruiat donec debitum extenuatum sit secundum formam l. ij. infrà tit. (de los gouiernos.) & sic per dictam satisdationem est cautum actori de remedio satisdationis debiti eo modo, & forma, quibus debitor est obligatus, secundum leges huius fori. Item quasi

quasi eadem verba ponit text. infrà lib. iiij. tit. (de las fuerças.) l. iij. incipit. (todo home.) ibi. (de buen fiador quanto fuere derecho que lo cumpla:) & in l. infrà. tit. (de las ferias.) dicit text. de fiador que faga derecho.) Præterea regulariter iura non astringunt aliquem dare fideiussorem in plus quàm ipse sit obligatus: sed non habens vnde solueret, implet cum persona, vt supra dixi: ergo dando fideiussorẽ de ea sufficiet.

4 † Præterea vbicunque de iure communi aliquis debitor est captus, & carceratus ratione b suspicionis vel fugæ, [b] secundum formam l. ait prætor. in §. si debitorem. ff. de his quæ in frau credi. vel ratione contumaciæ satisfacit dando fideiussorem de iudicio sisti: etiam si non caueat de iudicato soluendo, & cum dicta satisdatione relaxabitur à carcere: ita dicit Ang. in l. si ab arbitro. §. fin. ff. qui satisd. cog. & in repetitione l. nemo carcerem. C. de exact. trib. lib. x. tenet Bal. in l. fin. in §. & si præfatam. C. de iure delib. Alex. in l. neque. §. qui in ius. ad fi. ff. de in ius vocan. probatur bene in auth. ei qui. C. de bon. aut. iud. possi. iuncto §. sed hodie. inst. de satisd. facit l. sciendum. in princi. ff. qui satisd. cog. Possent hæc adiuuari ex his quæ infra dicam, quæ satisdatio est sufficiens ad tollendum sequestrum: & ita credo ꝙ sufficiat hodie satisdatio (de la haz.) nec obstat tex. in l. vj. (de las testimonias.) vbi tex. dicit (de fiador de la demanda) nam satisdicitur dare, cùm dat fideiussorem (de la haz.) & audio sic pronunciatũ fuisse pridie secundum hãc meam opinionem. per prædicta excludes quasdam ineptias positas hic à Doctore Alfonso de

5 Montaluo. † Fideiussorem autem de iudicato soluendo non tenebitur dare, cùm regulariter sit prohibitum in tantum: & hoc est notandum ꝙ hoc obtinebit etiam in forensi: allego ad hoc Bal. in l. cùm proponas. C. de bon. aut. iud. possid. in fin. verbis, vbi dicit quòd si aliquis est forensis recessurus forsitan hospite insalutato, ꝙ non tenetur præstare satisdationem iudicatum solui, si ab eo petitur genus vel quantitas motus ex eo: quia suo nomine conuentus non satisdat iudicatum solui, sed si ibi habet res immobiles, poterũt sequestrari si suspectus est: & non vult satisdare. l. si fideiussor. in §. si. ff. qui satisd. cog. & authen. ei qui iurat, loquitur de satisdatione iudicio sisti, non iudicatum solui, hęc Bal. in d. auth. cũ proponas, quod refert perpetuo tenendũ: hanc sententiam

sic in forensi sequuntur Ioan. Fab.& Ang.in §.sed hodie.instit.de satisd, fuit ante dictum ad Speç. in tit.de satisd. §. dicto.versic.sed pone Titius, vbi dicit, ꝙ si Titius in curia Romana petiit à B,angelico, 100. marchas, sciens autem ipsum, B. recessurum, petit ꝙ deponat 100. marchas penes iudicem,vel quòd prestet idoneam cautionem.s.pignora vel fideiussores, quòd ei soluet si vincat: quòd non debet audiri: mouetur quia hodie nemo suo nomine conuentus præsta satisdationem iudicatum solui, vt in d. §, sed hodie.Item quia Papa suam vel auditoris sententiam, vbiq; potest executioni mandare: refert sic se obtinuisse. allego famosum tex.in l. hæres absens.ff.de iudi.in §. si quis tutelam.ibi(nunquid dicimus eum qui à mercatore quid comparauit aduenā vel ei vendidit, quem scit inde confestim profecturum non oportet ibi bona posideri, sed domicilium ejus sequi) quæ verba sunt satis notanda:& est casus ibi,quòd licet regulariter quis sortiatur forum ratione contractus,hoc est verum, nisi quis contraxisset cum aduena, seu viatore, sciens eum aduenā statim recessurū: quia talis nō sortitur forū ratione cōtractus, secus si de proximo recessurū ignorabatur:vt ibi est casus, vnde infert ibi Bal. in fin. verb. ꝙ cū isti aduenæ & viatores præsumantur recessuri, vt ibi est casus,& Bar.ꝙ non possunt iurari,vt suspecti ratione recessus, Hoc etiam probatur optimè in c.Romana.in §. cōtrahentes.de foro compe. lib. vj.

6 †Quod limita,nisi talis aduena ibi soluere promisisset, exemplū in mercatore Perusino veniente Venetias, emente multas mercantias ad credentiā, ꝙ non cōuenitur pro precio,nisi Perusij,& nō Venetiis: sed si emisset vnum equū vel vnam petiam drapi à venditore credēte illico solui pecuniā, tunc sine dubio Venetiis poterit conueniri pro precio, ita dicit Ang.in d.§.si quis tutelam. sic est intelligenda glos. ibi in quantū dicit legatum,& aduenam ibi conueniri posse,quod intelligitur super eo quod ibi erat soluendum.Bene facit l.si quasi,ff.de pig.actio.& inst.de rerum diui.§. interdum. & licet Ang.taceat Bar.tamen hęc fuit doctrina Bart. qui famosè loquitur, dicit enim in d. §. ꝙ quædā sunt expediēda tēpore contractus,vt traditio rei emptæ, puta si ab aduena aliquis emit equū vel aliā rē credēs se statim recessurū:tunc talis aduena si nō dat,nec implet,videtur aliū decipere; & sic delinquit.l.iij.de pig.act. vnde non solū ratione contractus: sed ratione

tione delicti ibi commissi, potest ibi conueniri, sed si qua essent expedienda aliàs: vt puta, dedi tibi pecuniã habita fide de re, vel dedi rem habita fide de pecunia: tunc habet locum
7 dispositio d. §. † Et per prædicta dicit gl. sing. in l. ij. §. si dubitetur. ff. de iudic. quòd si aduena conueniatur in loco: vbi tanquam aduena, & statim recessurus contraxit, quòd non tenetur cauere etiam de iudicio sisti in loco sui domicilij: & illam approbat Bar. in d. §. proinde. eo quia ibi de iure cõmuni non posset conueniri. reprobat gl. contrarium tenentem in d. §. proinde. Adde etiã quòd per prædicta opin. Spec. videtur gl. expressa in d. §. si dubitetur in parte sola promissione, & in parte accipere. & ibi docto. præsertim Angel. sentit opinio. Specul. vide ibi doct. reperio etiam quendam doctorem magnæ famæ apud nationem suam, nomine Frãc. Iacob. de Are. in l. ij in prin. in iiij. col. ff. solu. matr. expressè tenentem, quasi opinionem Spec. scilicet, ꝙ ille qui contrahit cum aduena & forensi, non poterit petere ab eo, vt antequam recedat satisdet de soluendo sibi pecuniã ex eo ꝙ lex quæ dicit, ꝙ satisdatio non posset peti, nisi ex causa superuenienti, ostẽdi quãdo causa vel conditio personæ erat eadem tempore contractus, persona videtur approbata per l. fi. C. de spõ. si enim non sequeretur fidẽ aduenæ, ille qui cõtraxit cũ eo petiisset securitatẽ à principio, de quo dicã latius infrà in illa q. verũ ad hoc, vt posset debitor fugitiuus capi sit necesse conditionem eius mutatam esse. Vnde regulariter fit conclusio, quòd non tenetur satisdare de iudicato soluendo, etiam de iure huius fori, & ita teneo, scilicet, quòd satisfaciat dando fideiussorẽ (de la haz.)
8 † Manet igitur conclusio, ꝙ conuentus, qui non possidet immobilia, tenetur satisdare, aliàs carceratur, sed per dictã satisdationem euitabitur carceratio: sed hoc intellige, quãdo quis esset captus vel incarceratus à principio litis: & ad hãc euitandã carcerationẽ petitur ab eo satisdatio secundũ formã, de qua hic, quia tũc euitabit carcerationẽ satisdando: vt supra dictũ est. Si tamẽ esset condẽnatus, & pro executione carceraretur, vel si cõfessus est debitũ, & nullã exceptionẽ allegasset, nõ liberaretur dando fideiussorẽ de iudicato soluẽdo, nec extrahitur de carcere, nec ab ea excusatur dãdo fideiussorem, sed præcisè compellitur soluere: nã quid prodest fideiussori de iudicato soluendo: cũ iam ipse condemnatus sit vel ex sententia, vel ex sua

confessione? Allego ad hoc quoddã elegãs verbũ Bal.in l. neque in §.ij.ff.de in ius vocã. postillãdo tex.super parte defendat:vbi tex.dicit,ꝙ qui in ius vocatus est duobus casibus dimittẽdus est.primus si quis eius personam defendat dicit Bald. super parte defendat,s. vt satisdet vt in l.nemo alienę de regu.iur.subdit tamen eleganter verba ad propositum hoc esse verum, quando quis est captus pro causæ cognitione,vt cognoscatur de lite aliqua,sed si esset captus pro debiti pronunciati executione: tunc non debet dimitti defensori,vel fideiussori: quia tunc non cadit defensio, sed debet detineri donec soluat secundũ Odofre.in quadã sua additione ꝙ Bal.refert bene notãdũ. Poterat allegare Bald. in sui fundamentum glo. valde singularẽ in l.fin.ff. si cert.peta. super parte cogendum vbi gl. dicit, ꝙ si aliquis promisisset simpliciter x. non liberatur dando fideiussorẽ.l.promissor in fin.de consti.pec. nam creditori satisfieri debet quemadmodum voluit.l.si rem in §.omnis.ff.de pigno.acti.

9 †Accedat elegans text.ad multa.in l.si pecuniæ in fi.ff.vt in posse.lega.[d] in fine ibi (nã quod id si integra re fuerit) vbi casus ꝙ aliquis missus est in possessionẽ pro eo ꝙ sibi soluatur non debet ab ea discedere, nisi solutione sibi facta: vnde respice modũ,& causam propter quam missio facta est,& illum text.dicit Bart.alibi nõ esse in l.consentaneum in fin. col.C.quomodo & quando iu. ad hoc quòd si aliquis post sententiã in eius executione missus est in possessionẽ bonorũ, non recuperat eius possessionem,nisi soluat:nã ad hoc facta est missio,vnde secundum Bart.& doc.in d.l.si pecuniæ. est ibi casus famosus,quod tũc receditur à possessione,quando fit illud quod si factũ fuisset ab initio possessio nõ fuisset data:ideo si missio in possessionẽ est facta:qa nõ soluitur nõ recedit ab ea,nisi soluatur.l.si aduersus.ff.vt lega.nomine caue. & sic de singulis, idẽ Bar.per illũ tex.in l.properandũ in §.fin autẽ reus.C. de iudi.idẽ Bar.in l.eũ qui.& ibi aliqui moderni de priui.credi.idẽ Bart.in l.si finita in §. Iulianus.ff.de dã.infec.vj.col. Pau.de Cast.& Alex.in l.fideiussor.in §.si satisdatũ ij.colũ. dicentes,ꝙ etiã si sequestrum reuocatur per satisdationẽ:vt ibi est casus est verum,quando fieret ob securitatẽ litis agitandæ secus si fuit factũ,vt debitũ soluat per d.l.si pecunia. quia necessario soluere debet Alex.in d.§.Iul.xxv.col.

10 †Hoc optimẽ probatur in d.l. properan

perãdũ.§.si autem reus:& ibi est casus singu.in parte,nec si reuersus.& Bald.ibi dicit casum esse,ꝙ quando fit missio ex causa iudicati cõtumax nõ potest recuperare tenutã per oblationẽ fideiussoris & sumptuum,sed solũmodo per verã satisfactionẽ debiti quãdo res est accepta in tenutam pro pecunia,seu alia re: sed quando pro seipsa: quia in rem petitã est facta executio tunc irreuocabilis, & irrecuperabilis est talis tenuta per dict.l.si pecu. & l.eum qui de priui.credi. ff. & l.is cui in §.Imperator.ff.vt in posse. lega. nec obstat authen.ei qui. C. de bon.autho. iudi.possi.quia ibi erat facta missio ante sententiam diffinitiuam:& sic erat dubiũ de debito:ideo admittitur satisdatio,sed quando post sententiã debitum est certum,ideo cessat satisdatio. Hæc Bald.benefacit text.in capit.ex parte de verborum significatio.in primo respõso.& in l.statu liber rationum.ff.de statu libe. idẽ Bald.loquitur & nota in dict. authen.ei qui iurat viij.colũ. versicu. quæro nunquid hæc authen.C.de bon.autho. iudi. possi.fuit secundum cum conclusio Butri.in l.his cõsequẽter in §.& cum vous. ff. fami. ercisc.concludens,quòd missus in possessionẽ debitoris:quia non soluit non debet discedere,nisi per verã solutionẽ non per satisfactionem:idem Bar. in l.nec impuberis.ff.de in ius vocã.est casus expressus in d. l.his consequenter.§. fin. ibi. (quam si totũ ei legatum fuisset exsolutũ.)

11 † Sed dict.l.pecuniæ.limita quãdo quis vult satisfacere: prout tenetur de iure cõmuni,sed si ex priuilegio nullo modo auditur. Ista est mirabilis limitatio: vt Ange.verbis vtar in l.si finita in §.videamus.ff.de dam.infe.ex quo infert ad quæstionẽ quam ibi vide. Prima cõclusio Bal. satis corroboratur ex d.l. (de las testimonias) infra vbi tex.dicit,ꝙ si reus nõ probauerit solutionẽ ponat pignora &c. de his alibi fiet sermo prolixior si fata concedẽt accedere ad glosandũ l.ij.infra (titu.de los gouiernos.)

12 † Poteris etiã addere & singula ad limitãdum primam principalem conclusionem,in qua continetur reum non esse obligatum ad præstandum fideiussorem de iudicato soluendo: nã hoc est verum,nisi sit iam post sententiam:tamen intra tempus quod dat iudicatis ad soluendum miserationis causa,ꝙ olim erat quatuor mensium hodie x. dierum vel arbitrarium vt in l.si debitori. ff. de iudi.nam tũc tenetur præstare de iudicato soluẽdo vel dare pignora,aliàs nõ gaudebit

dicto tẽpore sibi indulto. Iste est casus singularis in l si debito ri.ff.de iudi.ibi (dãdũq; diẽ cũ cõpetenti cautela ad soluẽdum pecuniã) iũcta gl.ibi super parte competenti quæ dicit cum fideiussoribus vel pi-
e gnoribus:[e] & sic infert Bart. ibi ꝙ ad hoc vt cõdẽnatus habeat dilationẽ quatuor mensium vel confessus x.dierũ habet necesse satisdare de soluẽda dictá quãtitate in tempore statuto, nec obstat secundum eum quòd nemo cõuentus suo nomine tenetur satisdare iudicatum solui,vt in §.sed hodie instit.de satisda.quia illud est verum pendẽte iudicio,sed post latam sententiã debet cauere de iudicato soluẽdo,quia cautio de iudicio sisti:iam tũc videtur frustratoria,quia ipsa permittitur sentẽtia vt l.Grece.in §.post litẽ.ff.de fideiusso. Item,quia dilatio quæ datur iudicatis datur miserationis causa.l.si cum militi.ff.de compen . ergo interim debet satisdare.l.vniuersas.C.de diuer.rescriptis.esset enim iniquũ si pendente illa dilatione debitor aufugerit,& res suas forsitan exportaret.l.si lõgius in §.j.ff de iudi.ita dicit Bart.
13 in di. l.si debitori. † Ex quo infert quòd infra illud tẽpus quod miseratiõis causa datur ad soluendũ confesso vel condẽnato nõ possit ipse debitor capi,& incarcerari,nisi caueat cũ fideiussoribus de soluendo vel cum pignoribus vel bonis cedat.l.j.C.qui bo. ce. po. idẽ Bald.in effectu in dict.l.si debitori.dicit tamen quòd illud quod Bar.dicit de captura debet intelligi nõ ratione debiti,sed ratione satisdationis nõ præstitæ,vnde priùs debet cõstitui in mora sup satisdatione,nisi debitor esset suspectus de fuga:nã tunc etiam ratione debiti Ange.etiã in d.l.si debitor.sequit indistincte doctri-
f nam Batt.scilicet [f] ꝙ poterit debitor condẽnatus vel cõfessus capi infra dictũ tempus ei indultum miserationis causa nisi satisdat:nam cum ista dilatio indulgeatur miserationis causa l.si qua militi de cõpensa.non debet esse nociua creditori imo debet esse cautus:& securus quòd adueniente tempore sibi satisfiet. Vnde infert,ꝙ sit cautus iudex malefi ciorum,vt si tali dilatione concessa pendente condẽnato pro crimine ad soluendum posset capere ipsum condẽnatum , ꝙ non tardet eum capere,nec timeat propter pendentiã dilatiõis:& ita dicit se vidisse obseruari de facto in quodã rectore qui ceperat malefactorẽ dicta dilatione pendẽte,& eũ relaxauit propter quòd tempore syndicatus fuit condẽna
14 tus,& iuste secũdũ eũ. † Adde tamen,

tamē, quòd ad hoc vt gaudeat dicta dilatione nō est necesse, vt ipse offerat fideiussores, nisi iudex ei præcipiat: quia si esset euidentissime locuples posset iudex tunc arbitrari in mente sua ne faceret huiusmodi mādatum de fideiussoribus dandis, quo casu deberet bona sua obligare, & etiam precario cōstituere vsque ad debiti satisfactionem: nam hypotheca cum precario loco pignoris est. facit l. ij. §. si dubitetur. ff de iudi. ita dicit Bald. in l. fin. C. de
15 exe. rei iudi. ij. col. † Vnde in effectu cōclusiuè cōsidera tria tempora vnū pēdente iudicio, & tunc habet locū satisdatio: de qua supra dictum est: aliud post condemnationē vel confessionem. sed infra tempus quod datur iudicatis ad soluendum miserationis causa: & tunc debet præstare fideiussorem de iudicato soluendo vel pignora l. si debitori de iudi. tertiū tempus est post dictum tēpus translactū: & tūc omnino soluere compellendus est, nec satisfacit dando fideiussorem de iudicato soluendo, & sic intelligitur Bald. in d. l. neque. de hoc tertio tempore deo fauēte dicam in d. l. ij. infra titul. (de los gouiernos) vbi proprius cadit materia huius ter-
16 tij tēporis. † Considera etiā, quòd vbicunque aliquis in cōtractu dedit fideiussorē ad soluendum etiam si super tali cōtractu cōueniat nō sit (arraigado) vt hic disponit text. si fideiussor est idoneus & soluēdo nō debet capi nec carcerari: nā antequā fiat captura de debitore debet fieri excussio non solum bonorū ipsius, sed etiam sui fideiussoris. Iste est casus singularis in l. plures la ij. ff. de fideiuss. & ad hoc cōmēdatur per Aretinum in l. maritum in §. elegāter. ff. sol. ma tri. iiij. col. per verba supra dicta: & nil plus dicit: tu dic, quod d. l. incipit si plures in §. præterea, & Bar. ibi summat illum tex. quod in bonis principalis cōputantur vires fideiussoris, & est §. præterea (el segundo) vbi hoc probatur in quātū text. dicit (vires sequentes fideiussoris ei aggregandæ sunt) & gl. ibi eleganter dicit, quod principalis dicit esse soluēdo, si fideiussor est soluendo, & adde etiā Bal. qui dicit nō esse alibi dictā gl. cū tex. in l. mulier. C. de iure do. ad hoc quod si fideiussor est idoneus multum & principalis nō per fideiussorē suppleri videtur patrimoniū debitoris, & idem dicit ecōtra idē Bal. in authen. sed hodie in princip. C. de acti. & oblig. cōmendat ad hoc dictū §. & quo ad propositū istius l. satis probatur hic: nam si iste text. satisdando mandat euitari carcerationem satisfieri videtur

huic legi si in cõtractu ab initio datus est fideiussor qui nũc est idoneus.
17 † Adde tamen duas elegãtissimas limitationes ad supra dicta. Prima est ad regulam in qua dixi, quòd regulariter conuentus, qui nõ possidet immobilia, scilicet ꝙ non est arraigado, nõ tenetur præstare, nisi fideiussorem de la haz, vt procedat nisi ipse cõfessus esset debitũ: nam tũc si dicit debitor, quòd soluit, seu allegat aliam exceptionem si assignato termino illam non probauit (mete el auer, o peños que lo vala en minos de fiel) sed ante assignationem termini, seu antequã sit transactus, videtur ꝙ tunc teneatur fideiussorem dare de iudicato soluendo, aut pignora. Ista est l. nota. in hoc foro lib.ij. (titulo de las testimonias) l. vj. incipit (todo home:) & vidi quendam doctorem antiquum asserentem, ꝙ illa lex inducit casum specialẽ contra eum, qui debitum confessus fuit, sed verior intellectus est à me datus.
18 † Secunda limitatio ad regulam ante dictã, in qua tenui quòd postquam quis est condemnatus non satisfacit dando fideiussorem, nec ob hoc extrahitur de carcere, nisi soluat: nam dico, quòd hoc est verum, nisi talis debitor condẽnatus non haberet bona aliqua ad soluẽdum & cedit omnibus bonis suis: ita quod necessario debet dari creditori ad seruiendum sibi secundũ formam l.ij. infra (titu. de los gouiernos:) nã dico, quod ad euitandum hoc nè creditori detur ad seruiendum g si iam cessit omnibus bonis suis sufficiet dare fideiussorem idoneum de iudicato facto soluendo: hæc est lex mirabilis in dict. l.ij. (titu. de los gouiernos.) ibi (ni auer fiador) & est iustum, & etiam creditori vtile: nam cum dicta lex sit exorbitans inducens quandam speciem seruitutis contra l. ob æs de præ. mi. licitum est vt talis pœna ibi inducta euitetur per dationem fideiussoris, nec hoc est contra dictum Bald. in dict. l. neque. quia ibi non loquitur Bald. in casu quo debitor vellet cedere bonis, quia per cessionem de iure communi cessabat carceratio, sed si aliquis esset capt⁹ pro debito ex instrumento habente paratam executionem allegãs in termino legitimas exceptiones etiam crederem, quòd deberet dari sub fideiussoribus (de la haz:) quia licèt instrumentum habeat paratã executionem tamẽ legitimæ exceptiones admittuntur cõtra eum in termino decẽ dierum: & sic cessant omnes rationes assignatæ per Bald. in dicta l. neque.

Summa

SVMMARIVM.

1 Fideiussor idoneus quas facultates debet habere.

2 Fideiussor idoneus an debeat possidere immobilia.

3 Satisdatio domini quando releuet procuratorem.

4 Quid si conuentus non potest inuenire, nisi possessorem bonorum mobilium puta mercatorem, nu. 5.

6 Quae seu quot immobilia debet fideiussor idoneus possidere.

7 Quid si reus dat fideiussorem aliquem coniunctum suũ minus idoneum, & nu. 10. & 11.

8 Qui tenetur dare obsidẽ an dãdo quẽlibet de sanguine suo liberetur.

9 Filius an sit idoneus fideiussor pro patre.

12 Quãdo litigatur inter cõiũctos an sufficiat fideiussor minus idoneus.

13 Quid si fideiussor inops est tamen fidelis & legalis persona.

14 Fideiussor tutoris vel curatoris an debeat esse locuples sicut pupillus & qualiter hoc intelligatur vsque ad nu. 18.

15 Intellectus plures ad l. mulier. C. de iure dot. vsque ad num. 18.

19 Fideiussor de iudicio sisti an debeat esse idoneus ex facilitate conueniendi & qualiter hoc intelligatur, nume. 20.

21 Fideiussor de iudicio sisti qui non fecit sistere reũ ad quid teneatur.

ADDITIO.

a Adde plura quae scribunt Soc. Ia. & Moder. in l. ij. in princ. ff. qui satisda. cog. & vide Alex. de Imo. in cõsi. clx. vol. v. viso processu: vbi etiam de intellectu verborũ Bar. in l. si defunctus. ff. de procur. quẽ allegauit author nu. seq.

b Adde de hac limitatione: & sequen. moder. maxime Soc. & Ia. in l. ij. ff. qui satisdare cogan. vbi ordinauit regulas cum limitationibus.

c Adde plurima quae scribit Nico. Boer. in decisione aurea ccxxj. de obligatione fideiussoria facta à filio pro patre: & econuerso.

d Adde plura quae in iure propter legalitatem & fidelitatem personae sunt introducta & permissa contra regulas iuris per Hippo. de Marsi. in l. j. §. ad quaestionem. ff. de quaest. in v. col. & per eundem in §. si quis vltro. eiusdem l. nume. 11. col. vj.

e Adde quòd dicit Barto. per illum tex. in l. quicunque. la ij. C. de fundis patrim. lib. xj. quod si ex forma statuti tenetur quis satisdare: tamen si est euidenter idoneus sufficit nuda cautio cum hypotheca bonorum, & est text. iuncta glo. in l. de creationibus. C. de speciali audientia. de quo per scrib. in l. j. ff. qui satisdare cogantur. & latius per Alexan. de Imo. Francis. de Aret. & alios in l. diuortio. §. interdum. ff. soluto matrimonio. vbi latè Ias. in ij. & iij. col. ex septem fundamentis defendit opinionem Bartoli contra plures doctores.

f Adde glo. not. quae frequenter allegatur in l. ij. ff. solu. matrimo. in verbo

verbo suspectum. quod est incommodum contrahere cum homine rixoso: & vi. tex. not. in l. si conuenerit. ff. pro socio. p quē tex. dicit Barto. ibi, quòd si pupillus habet rē cōmunem cum rixoso potest prouocare ad diuisionem: & quod in simili dicit idem Bar. in l. cùm sciētes. C. de agrico. & censi. lib. xj.

1 NVnc † opportunè restat aliqua inuestigare circa personā fideiussoris: & primò cōsidera, quòd fideiussor de iudicio sisti debet esse idoneus facultatibus, tex. est in l. ij. quę incipit fideiussor. ff. qui satisd. cog. in prin. ibi (non tantum facultatibus) est simi. tex. in l. j. & ij. ff. vt in ius voc. eant, aut

2 satisdent. †Sed in qua quantitate debeant esse istæ facultates glo. in d. l. si fideiussor. in parte facultatibus sentit, quòd debent esse æquales ad quantitatē petitam à reo. l. quos nos. in §. j. ff. de verb. sign. & in l. j. in ius voc. vt eant. nihil plus dicit gl. in d. l. ij. nisi, quòd istę facultates considerentur vsq; ad magnitudinem rei petitæ: cum qua opinione videtur cōcordare quædam l. fori. in l. j. lib. iij. tit. (de las fiadorias.)

a ibi (que aya la valia.) [a] Alia gl. est quæ tradit aliam doctrinā, scilicet in auth. de eui. rei. in §. suscepto. colla. v. & est gl. super parte suscepto: vbi gl. dicit, ꝙ iste fideiussor debet possidere immobilia concludens quòd scholaris nō potest darē in fideiussorem alium scholarem, qui immobilia non possideat. Mouetur glo. per tex. in §. j. instit. de fideiusso. vbi tex. dicit, quòd propterea homines accipiunt fideiussores, vt diligentius sibi cautū sit: ergo si ipse principalis debet possidere immobilia idē in fideiussore, aliàs non esset cautum diligentius: imò negligentius quàm glo. sequitur Ang. in d. §. fideiussor. in prin. illam approbat Bar. in d. l. sciendum. in §. j. in fin. verbis. ff. qui satisd. cog. dicens, ꝙ nō dicitur idoneus fideiussor, qui non possidet immobilia. idē Ang. in l. si filius. in prin. ff. qui satis. cog. licet ibi nō allegauerit d. glo. Bar. in l. prætoriæ. la fin. ff. de præt. stip. post Din. allegat gl. in d. §. suscepto. & simpliciter transit cum ea remittendo se ad illā, & nihil plus dicit. hāc sententiam videtur sequi Spe. vnde reperio eū in ti. de satisda. in §. ij. incip. viso de actoris satisdatione. in ij. col. in versi. quid si scholaris. mouet quęst. vtrum scholaris possit dare in fideiussorē aliū scholarem? cōcludit quòd non duplici ratione motus. Prima quia habet priuilegium fori, & sic non est idoneus cōueniendi facultate, vt d. l. fideiussor. Secunda, quia non possidet immobilia, & in hoc facit: & certè ipse tacuit gl. in

glo.in d.§.suscepto.cuius fuerunt verba,& fundaméta Spec. nam ibi gl.mouet quęstionem in scholari,vt loquitur Spec.& allegat eadé fundamenta quæ Spec.ponit.& etiam opi.Spec. ad literam sequitur Io.Fab.in §.sed hodie. instit. de satisda. Alex.in d.l.si fideiussor.in §.j. col.j.
3 †Accedit illud quod eleganter dicit Bar.in l.si defunctus.ff.de proc. & clarius Angel. quòd satisdatio domini, tunc releuat procuratorem, quando ipse dominus per se litigando nõ tenetur satisdare. puta quia posside at immobilia,sed vbi dominus per se litigando teneretur satisdare; vt quia non possideat immobilia,tunc talis releuatio domini non esset sufficiens, quod ostenditur claré ad sensum:nõ enim potest dominus plus per procuratoré agẽdo, quàm per seipsum posset, sed si per se ageret sua promissio non esset sufficiens ergo nec nunc.ita dicit Ang.in d.l.si defunctus.dicens, quòd cùm semel occurrisset de facto: ita obiecit, & ita fuit judicatum,& vt moris sui est non facit aliquam mentionem de Bart. sed loquitur, quasi à seipso, sed certe Bart. ibi hoc tenet expressè. Idem Bar.in rub.iud.sol.fi.col.quod tene menti: quia nunquã vidi ab aliquo aduocato hoc deductum in practicam,quod inaduertentiæ attribuendum censeo:& sic maneo in hac cõclusione, quòd ad hoc vt fideiussor dicatur idoneus requiritur quòd possideat immobilia.

4 †Quod limita primò,nisi alium inuenire nõ posset: quia tunc bene accipietur possessor mobiliũ [b] vt mercator: ita dicit Ang.in d.l.fideiussor. allegat Spec.in d.tit.de satisda.§. viso,versi.quid si scholaris.idẽ Io.Fab.in §.sed hodie.Alex.in d.l. fideiussor, & nimirum secundum eum:quia videmus q̃ quando fideiussor inueniri nõ potest statur suæ iuratorię cautioni.l.j.cum aliis.ff. qui satisf. cog. omnes isti fundantur solum authoritate Spec.sed tam ipse quàm Specu. supprimunt authoritaté Accursij, qui mouet quæstionem in d.§. suscepto.Quid si talem fideiussoré dare non potest dicit gl. quòd jurat se fideiussorem dare non posse, & se sistere, vt in auth. de litig.in §.ad excludẽdas. & sic melius prouidet gl. ergo à fortiori in casu quo ipsi loquũtur.
5 †Sed cùm hodie de iure huius regni si quis non potest dare fideiussorem,nõ cõmittitur suæ iuratoriæ cautioni: imò carceratur,vt est casus hic nõ credere ſtãdũ esse huic opi. scilicet quòd si nõ potest dare fideiussoré immobilia possidẽté sufficiat dare talẽ qui possideat mobilia, nisi possideret tanta

tāta mobilia propter quę præsumēdum esset, quod cessaret suspicio fugæ, vt dixi suprà in persona principali: & hoc teneo cùm ista satisdatio successit loco possessionis immobilium.
6 †Secundò limita d. gl. vt mihi videtur ex omnibus quę dixi in principali persona quo ad possessionē immobiliū:& sic nō requirā, quòd possideat immobilia æquiualentia quātitati petitę. Sed tanta, quòd nō præsumatur fugere, & quòd sufficiat posidere tāta mobilia,quod sit cautū actori propter quæ cesset suspicio fugæ, vt latius dixi suprà in
7 persona principali. †Tertiò limita d.gl.d.§. suscepto. non habere locū in cōiunctis personis:ita dicit Bar.in d.l.sciendum.in fi. verbis principij. ff. qui satisd.cog.debes sic intelligere,quòd si reus dat fideiussorem aliquem cōiunctum suū: licet talis fideiussor sit minus idoneus, & non posideat immobilia nō debet repelli,imò admitti.Hanc cōclusionē Bar. sequitur Ale.in d.l. fideiussor. eiusdem tit. hoc probatur expressè in l.j.& ij.& iij.ff.in ius voc.vt eant.asignat gl.rationem in d. l. ij. quia habuit ius pro cōstāti, quòd necessarius, id est cōiunctus necessariū illaqueatū nō finat ideòq; se iudicio pręsentabit: nā quis carnem suam odio habuit l. ij. de recep.facit l.filius.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.& ibi Bal. ad fi.dicit nota coniunctos sanguine,affinitate vel beneficio, vt patroni idonei semper cen-
8 seri. †Ex quo infert vnū verbū satis notādū, quòd ille qui tenetur dare obsidē liberatur dando quemlibet de sanguine suo:licet nō sit locuples: quod reputat not.dignum, & nō solum in coniunctis, sed in affinibus ponit tex.hāc prærogatiuam in d.l.ij.ff.in ius voc.vt eant.ibi (vel vxore nurúve) & licet tex.ibi exēplificet in quibusdā cōiunctis,scilicet in patribus & liberis,&c. tamē hoc extēdetur ad omnes illos cōiunctos qui inuiti nō cogūtur dicere testimoniū qui enumerantur.ff. de testimo.l.nec inuiti.aliàs l.Iulia. ita dicit Bar. quē cōmuniter omnes sequuntur in d.l.j.& ibi gl.not.super parte necesitudinem extēdit d.l.ad cōiūctos similes. Et aduerte,quia propriè d.l.j.in ius voc.vt eant. loquitur in satisdatione de iudicio sisti, & de aliquo repręsentando in iudicio: prout est satisdatio quam dixi desiderari ab hac l. & in hac tali sufficit dare fideiussorem coniunctam personam:licet minus idoneam,sed cùm satisdatio,de qua in hac l.requiratur principaliter, vt sit cautum actori ad sui debiti securitatem, vt ante dixi: licet inter

terminis iuris cõmunis obtineret: hæc limitatio tamẽ quo ad hanc legem habeo eam pro dubia, pro quo facit, quia licet in dicto fideiussore de iudicio sisti obtineat dicta regula: sed in aliis casibus vbicunq; quis tenetur dare fideiussorẽ nõ satisfacit dando coniunctã personam minus idoneam, ita dicit Bar. post Guliel. in d. l. j. ratio. quia dictum edictũ loquitur in casu speciali: ideo nõ extenditur l. singulare. & l. qui cõtra. de legi. C. idem Bal. ibi dicens, quòd vbi fideiussio nõ impletur mero facto sistendi, sed desiderat solutionẽ pecuniæ fideiussor debet esse idoneus & soluendo: quia cùm sit speciale in fideiussore de repręsentando: ergo in cõtrariũ est ius commune: & hęc verba iũcta cum dictis legibus multum inferunt in proposito: nã secundum opi. quam tenui suprà, quod nõ teneatur præstare fideiussorẽ de iudicato soluendo, sed solum de la faz: & sic impletur fideiussio mero facto sistendi videtur obtinere hæc limitatio ad hanc legẽ cogita: quia ego dubito: idem sequitur ibi Ange. dicẽs illum titulum debere strictè intelligi in fideiussore de repręsentando aliquem in iudicio, & sic de cautione de iudicio sisti: secus tamen dicit esse seruandum in fideiussore de iudicato soluendo: nam tunc coniuncta persona nõ reputatur idonea eo: quia coniuncta, nisi fuisset in facultatibus sufficiẽs per l. iij. de fideiussor. & per l. ij. qui satisd cog. iij. q. iij. c. offeratur. & ibi per Arch. ad fin.

9 †Hinc dicebat Ange. in l. ij. in §. filius. ff. qui satisda. cog. quòd licet filius sit idoneus fideiussor pro parte: [c] vt ibi est casus, hoc est verum quo ad illud edictum: in aliis casibus dicit contrarium esse seruandum per locum à speciali.

10 †Ex quo infert, quòd venditor qui emptori vult dare filium in fideiussorem non auditur: nam per interuentum eius persona noua nõ videtur accedere: cùm persona patris, & filij intelligãtur eadem. C. de imp. & aliis. l. pe. C. de agri. & cẽ. l. cùm satis. lib. x. qđ est valde vtile secũdũ eũ fuit antea dictũ. Gul. de Cu. secũdũ eũ in l. j. ff. de in ius voc. sed Bal. in d. l. ij. §. si quis. tenet cõtrariũ: licet nõ multũ clarè dicit enim ꝙ filius potest esse fideiussor cõtractus: sed nõ loquitur ibi Bal. quãdo fideiuberet pro patre sed Fulgo. in §. prætor ait. quẽ ibi sequitur Pau. de Ca. cũ quibus trãsit Alex. in d. §. si qs. d. l. ij. apertè firmãt cõtra Ang. mouẽtur: quia ibi est speciale, vt filius nõ idoneus facultatibus accipiatur pro fideiussore: ideo qa litigatur inter cõiunctos:

ctos: ergo vbi alias esset idone' indistincte reciperetur in fideiussorem: licet ipsi non re-
11 spōdeāt rationibus Ang. †Et in tantū admittitur pro cōiuncto fideiussor eius coniunctus non idoneus: quòd etiam hoc obtinebit non in subsidiū, si alios fideiussores dare nō potest: sed etiā si alios dare posset alias nullum esset priuilegiū: quia tunc sufficeret nuda cautio iuratoria, vt in authen. generaliter. C. de episc. & cleri. sic dicit Bal. post Guil. in d. l. j. sed cū hodie per hanc l. cesset cautio iuratoria: per cōsequēs videtur cessare fundamētum Bart. & non haberet locū hodie hæc determinatio.
12 † Quartò limita dictā gl. nisi litigaretur inter cōiunctos: nā tūc admittitur fideiussor, etiā non idoneus. Iste est casus singu. in dict. l. ij. §. prætor ait. ibi (qualiscūq; fideiussor iudicio
13 sistēdi causa accipiat.) †Quintò limita, nisi fideiussor inops, & nō possidēs immobilia esset multū fidelis persona & cōsueta seruare promissa: nam talis
d habetur pro idoneo: [d] ita eleganter dicit Pau. de Cast. in l. si quis stipulatus sit Stichū. §. j. per illū tex. ff. de verb. obli. & sic dicit debere limitari d. l. fideiussor. probat hoc per tex. in d. l. si quis stipulatus sit Stichum. in fina. verbis. ibi (nisi quod plerūque idonei: nō tam patrimonio, quàm fide quoq; extimarentur) hoc improbat Alex. de Imo. & bene in d. l. fideiussor. §. j. versi. item limita d. gl. nam tex. ibi rectè ponderatus vltra legalitatē & fidelitatē personæ requirit abūdantiā patrimonij, quod clarè demonstrat tex. in quantū dicit: (nō tam patrimonio) & verus sensus illius literæ est, quod qui promisit satisdare, si nō satisdat tenetur ad interesse, qđ interesse cōsideratur, siue ex eo ꝙ principalis nō est soluendo: siue quia licet sit soluendo, nō est homo legalis opinionis, sed fortè litigiosus, & talis qui non habet cōueniendi facilitatē: vnde ad hoc, vt tale interesse cesset, requiruntur duo copulatiuè. s. esse soluendo, & habere facilitatē cōueniendi: nō ergo rectè potuit Paulus sumere argumentū ad hoc. s. ꝙ vnū sufficeret. s. esse hominē legalis opinionis, dato ꝙ esset inops. Itē sequeretur absurdum ex cōsideratione Pau. de Cast. ꝙ si talis fideiussor inops decederet, nō esset cautū ei qui illum ceperat, licet esset fidelis persona, secundum Alex. cuius
14 fuit hęc ratio. †Adde prędictis alium casum, in quo fideiussor etiam non æquè idoneus admittitur, scilicet, in fideiussore tutoris vel. curatoris: nam non requiritur, quòd sit ita locuples sicut pupillus. Iste est casus

sus sing.in l.mulier.C. de iure dot. ibi (licet ipse tempore creationis fideiussorem in minorem, quàm dos est quantitatem dicitur prestitisse.)vbi est casus valdè not.ꝙ valet cõstitutio dotis facta à muliere minore cum autoritate curatoris generalis vel specialis: licet tẽpore quo fuit creatus dictus dedit fideiussorẽ qui non habebat facultates æquiualentes doti à dicta minore constitutæ,&per illũ tex.dicit Bart. in l.ij.§.idoneos.ff.ad Tertul. ꝙ licet tutor ad hoc,vt dicatur idoneus, debet esse ita locuples sicut pupillus,tamen in fideiussore dato à tutore, nõ requiriturꝙ sit ita locuples sicut & pupillus,& allegat d.l. mulier.illam etiam allegat Bart. ad hoc in l.Romanus.ff.de tu. & curat.dat. ab his.s.quòd paupertas fideiussoris non vitiat tutelam eius tutoris: pro quo fideiussit. idem Bar.in l. legitimos.quasi ad fin.principij.ff. de legit.tut. allego alium tex. qui hoc probat in l.fi.C.de magist.conue.ibi.(in quo casu nõ erit curatoris ratio reprehendenda.) & ibi Bal.in v.not. dicit notab.quòd non vitiatur tutela:licet fideiussor nõ sit idoneus nisi tutori posset opponi dolus. Et Bald. in d.l. mulier. in lectura ij. quam fecit super lib. v.dicit d.l.esse mirabilẽ ad hoc,ꝙ si curator datur ad consentiendum super contractu, & dat fideiussorem,qui nõ habet tantũ in bonis,quantũ vertitur in cõtractu,'quòd nihilominus tenet curatio & autori-
15 tas.† Considera tamen ne deciparis,cùm iste sit passus quotidianus:nam supra dicta doctrina,quę traditur in d.l.mulier. debet intelligi dupliciter:primò non quòd iudex debeat accipere talem fideiussorem, sed si acciperet eius paupertas, nõ vitiat tutelam,nec gesta per tutorem & curatorem:& sic non est de essentia tutelæ, vel curæ esse fideiussorem diuitem : tamen iudex non debet facere: imò erit iusta causa admouendi tutorem: ita intelligit Bar. d. l. mulier. in d. l.Romanus. de tutel,& cura.da.ab his,& in l. legitimos. ad finem principij. de legit.tutel. idem sentit Bal.licet nõ allegat Bar.in d.l. mulier.in d.ij.lectura,dicẽs ꝙ ratio d.l.est,quia illud decretũ de quo in d.l. tenuit ipso iure, ex quo ille fideiussor est admissus tanquã idoneus.l. qui satisdare.de fideiuss.ff.& ff. mand. l.inter causas.§. abesse.idẽBal. in d.l.mulier. in j.lectura, dicens, esse ibi expressum, quòd de substantia satisdationis tutelæ vel curæ, non est necesse quòdpatrimonium tutoris vel curatoris &fideiussoris valeat, tantum quantum bona adulti, vel pupilli, in quibus per mo-

dum alienationis interuenit autoritas:sufficiunt ergo facultates arbitrio iudicis. in cuius arbitrio est eũ reputare idoneum vel non idoneũ,hęc ille. Et iste sit primus intellectus, & notandus ad d. l.mulier. est verum quòd licet Bald.in idoneitate videtur idem requirere in tutore quod in fideiussore.Bar.tamẽ in d.l.ij.in §.idoneus.ff. ad Tertul. sentit contrarium:& licet Bart. nec Bal. nihil allegent in fundamentũ,scilicet, ꝙ iudex nõ debeat recipere talem fideiussorẽ:ego allego tex. valdè notandũ ad hoc in l.fi.C.de magist.conue. & ibi ad hoc notauit Bal.in iij. not. dicens, nota ꝙ fideiussor tutoris debet esse locuples, & idoneus secundum quantitatem inuentarij, & sic non videtur hoc relinquere arbitrio iudicis,prout voluit Bald.in d.l.

16 mulier. †Secundus intellectus d. l. mulier. est quòd ab initio tempore quo minor fuit prouisus de tutore patrimonium adultę erat paruum,sed postea creuit:vnde censetur idoneè satisdatum: ex quo ab initio idoneus fuit fideiussor. Hunc intellectum sentit ibi gl.per quã ibi Bald. infert ad statutum, quo cauetur, vt curatores ad consentiendũ alienationi non possint dari, nisi habeant tantum in bonis quantum valet res alienanda,quòd si est datus curator generalis, vel specialis ad dictum contractũ,& tempore dationis habebat tãtum in bonis, sed postea ante alienationem diminutum est patrimonium,quòd nihilominus poterit autoritatem præstare: quia decretum à principio fecit eum curatorem : ideò cura fuit fundata, licet nondũ executa per interpositionem auto-

17 ritatis. † Tertius intellectus datur etiam per gl.in d.l. mulier. quæ ad hoc reputatur valdè sing. ꝙ licet non esset idoneus fideiussor: tamẽ ideò fuit admissus,quia persona principalis:[e] scilicet, tutor vel cura-

18 tor pro quo fideiussit erat idoneus. † Ex quo infert Bal. ad quæstionem, ꝙ si Petrus domini Pauli qui est ditior homo huius ciuitatis suscepit curam cuiusdam pupilli, & dat in fideiussorem quẽdam famulum suum,qui nihil habet in patrimonio,quòd non potest opponi contra dictam curam, ꝙ fideiussor non est idoneus:idem è contra, si fideiussor est multum idoneus,& principalis,nõ per fideiussorem suppleri videturpatrimonium debitoris. nota in l.si plures.in § j. de fideiuss. super verbo aggregante.& ibi dicit gl.ꝙvidetur principalis soluendo si fideiussor eius est soluendo:quod est notandum, & non inuenies alibi secundum Bal. in d. l. mulier.

de

de quo vltimo vide Bald. in auth. sed hodie. in prin. de act. & oblig. Bar. in d. §. j. Vnum tene menti, quòd si pupillus est ita diues, ꝙ esset nimis difficile inuenire talẽ fideiussorem, quòd poterit tollerari etiam minus sufficiens: probatur in tex. eleganti. l. fin. in §. sed si quidem. C. de curat. furio. ibi. (tunc etiam fideiussio in quantum possibile est ab eo exploretur.) quem ad hoc reperies allegatum à Bal. in d. l. fin. C. de magist. conue. & hæc breuiter super idoneitate quę requiritur in fideiussore respectu fa-
19 cultatum. †Item non solùm si deiussor de iudicio sisti debet esse idoneus facultatibus: sed etiam ex conueniendi facilitate. Casus est in d. l. fideiussor. quæ est secunda in ordine. ff. qui satisd. cog. exẽplificat ibi gl. puta quia nõ sit in loco munitissimo, vel castello, vel ratione priuilegij, vt scholaris, vel clericus: facit l. j. ff. si quis in ius voc. maximè si custodia spectaret ad eum, secundum Bar. ibi per l. j. in fi. cum seq. ff. de alien. iu. mu. ca. fa. vnde si esset vnus notarius, cauillosus,
f rixosus[f] vel potens, non diceretur idoneus fideiussor, secundũ Bar. ibi per l. si eũ. §. si. ff. de in diẽ adie. & ita dicit obseruari de cõsuetudine. idẽ sequitur Bal. ibi ex quo infert, ꝙ si principalis est idoneus in diuitiis, & haberet aliquod castellũ seu castrũ, potest fideiussor conueniri, tanquam excusione facta contra principalem, cùm sint paria excussionẽ factam esse vel fieri nõ posse: idẽ Ang. ibi facit gl. in corpore de fideiusso. in prin. in gl. magna. & dicit Ang. ibi esse multum vtile pro habentibus gentiles in debitores qui habent eorũ vicocas, & arces, vt possint recurrere contra eorum fideiussores non facta discussione. l. decem. de ver. oblig. l. fi. si cer.
20 pet. † Attẽde tamen, ꝙ Guliel. de Cug. vt refert Bar. in d. l. fideiussor, limitabat seu intelligebat gl. ibi si ille locus fortis, seu munitissimus nõ esset suppositus iurisdictioni illius iudicis, aliàs secus, sed Bar. dicit esse verã gl. prout iacet quando aliquis est de loco munitissimo, & custodia spectat ad eũ: ita ꝙ familia nõ posset ire ad faciendã executionẽ, nõ censetur esse idoneus fideiussor dato ꝙ sit sub iurisdictione iudicis, corã quo pẽdet lis per l. j. in fi. cũ l. seq. ff. de alie. iud. mu ta. & in hoc residet mens Bar. cũ Bar. trãseunt Pau. & Sali. & Ale. in d. l. fideiussor. in princ. sed hoc intelligit Ang. in d. l. fideiussor. nisi prædicti essent sub tali regimine, ꝙ possent de facili expugnari: puta sub rege vel simili: & hoc satis videtur rectè dictũ, & temporibus

nostris videmus etiam habentes custodiam, siue dominium castrorum, siue fortaliciorum faciliter posse cõueniri,& exequi contra eos sentẽtias latas, maximè si posſident bona extra dicta loca:sed certè non potest negari,ꝙ consistat difficultas saltem in exequendo contra eos plusquàm contra alios, & d.l.ij.non considerauit, nisi difficultatẽ, siue facilitatẽ cõueniẽdi:& sic securior videtur opi.Bart. & ita Alex. in d.l.fideiussor.in princ. non tenet d. Ang.opi. sed simpliciter trãsit cum opi. Bart.ideò illã teneas, cùm habeat pro se gl. & clarã mentẽ legislatoris,in d.l.ij.ibi (sed ex cõueniendi facilitate.)

21 †Quæro vlterius ad quid tenetur fideiussor de iudicio sisti,si non faciat sistere reũ pro quo ipse fideiusſit?dic ꝙ ad totum debitum, & ad totum verum interesse, ad quod principalis tenebatur: vnde non habetur consideratio quantũ petitur,sed quantũ re vera debetur: ideò si fideiussor non sistit reum sufficiet actori ad condẽnatoriã dicere tantũ petij, sed debet docere tantum sibi deberi.l.ij.§.in fideiussorem. ff.qui satisd.cog. & ibi gl.& clarius Bart, & Ang. nisi fideiusſisset incertam quantitatem: quia ad illã tenetur, & non ad plus: vt ibi est casus,sedquid si actio creuit per inficiationem, vel per iuramentum in litem: vide tex.&ibi Bar,in l.siue in duplum. ff eod. & hodie videtur hoc expeditum cùm fideiusſio accipitur latè in hunc modum, scilicet, (de la faz.) aliàs soluere iudicatum si nõ eum præsentauerit:nam tunc ad cõtenta in sententia diffinitiua, tenetur fideiussor l. iudicatum, ff.iudi.sol.per Bar.in d. l.iudicatum,&in l.j.ad fi.ff.de in lit, iur. & in l. si quis reum. ff. de custo. reo. vbi aliquid dicit.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra principalem an habeat executionem paratam contra fideiussorem de iudicio sisti.& num.3. & 4.*

2 *Fideiussor qui promisit de repræsentando aliquem in criminali,an posſit ad hoc cogi officio iudicis sine libello,*

5 *Quando stipulationes habeant executionem paratam.*

6 *Sententia lata cõtra principalem, an habeat executionem paratam contra fideiussorem iudicatum solui: & nu,9.*

7 *Quid si fideiussor habeat aliquas exceptiones, quæ non competunt principali.*

8 *In stipulatione iudicatum solui, quæ contrahantur.*

10 *Lata sententia contra principalem quid est quod debet peti mandari executioni contra fideiussorem iudicatum solui: & numero 11.& 12,*

An

13 *An sit necesse quòd stipulatio iudicatum solui, fiat coram iudice, vel apud acta, vt possit executioni mandari. & numero 14. 15. & 16.*

17 *Sententia an possit executioni mandari contra eum qui facit se consortem litis.*

18 *Sententia lata contra emptorem, an possit mandari executioni contra venditorem.*

19 *Antequam sententia mandetur executioni contra fideiussorem, an debeat ipse citari.*

20 *Sententia lata cõtra principalem, an habeat executionem paratam contra fideiussorem contractus: & nume. 21.*

22 *Fideiussor iudicatum solui, qui exactus soluit, an habeat executionem paratam cõtra dominum.*

23 *Contra principalem pro quo fideiussor soluit, quis erit iudex competens. & nume. 24.*

25 *Fideiussor an possit soluere de substantia, & bonis illius pro quo fideiussit, & quid si fideiussor sit soluendo. num. 26.*

27 *Fideiussor de iudicio sisti, an teneatur post sententiam.*

28 *Promittens alium sistere in iudicio, quanto tempore teneatur.*

29 *Fideiussio an duret etiam in causa appellationis.*

30 *Si actor negligit prosequi causam, an ex eo liberetur fideiussor.*

31 *Fideiussor qui promisit repraesentare reum in iudicio toties quoties, qualiter teneatur, & nume. 32. & 34. & 35. & 37. & quid si similia verba apponantur. nume. 33.*

38 *Fideiussor quando in dubio videatur promittere toties quoties fuerit ab eo petitum.*

39 *Promittens aliquem praesentare, an liberetur vnica praesentatione, vel aliter.*

40 *Promissio de praesentãdo aliquem non respectu alicuius obligationis, an sit perpetua.*

ADDITIO.

a *Adde Bart. Soci. in §. in fideiussorẽ. hic alle. ij. not. dicentẽ quòd aut fideiussor de iudicio sisti cõuenitur, vt sistat, & potest executiuè procedi aut conuenitur ad interesse: & est agendum via ordinaria: & sic concordat post alios doct. iura varia & opiniones diuersas, & approbat idẽ Soc. in l. si discesserit. in prin. eo. tit. & vide notata in apostillis ad Bar. in l. j. ff. iudicatum solui. & Hip. de Mars. in ru. ff. de fideiuss. in quaest. xlix. nu. 348.*

b *Adde Bar. Soci. in consi. xci. concludo dictũ Phil. vol. iiij. consulentẽ in q. an fideiusso liberẽtur ab soluto principali per sententiã, licet ex reseruatione in eadem sententia facta fuerit, postea condemnatus. & in iij. col. dicit se non repetire iure cautum, quòd in hoc casu possit sententia lata contra principalem mandari executioni contra fideiussorem: imò secundum eum limit. rationes diuersa, quas ipse ibidẽ assignat, quod est notandũ p limitatione cõmunis opinionis doct.*

c Adde mod. in l. à diuo Pio. in prin.

1 Sed † pone quęstionē quotidianā, quā multoties habui de facto nūquid sententia lata contra principalē habeat executionē paratā cōtra fideiussorem de iudicio sisti, & sic posset via executiua procedi contra talē fideiussorē ex sententia lata contra principalē? Casus est singularis, quòd nō in l.ij.§.in fideiussorē.ff qui satisd.cog.ibi (actionē dat prætor,) & ibi Ange.dicit esse casum a quod in fideiussore de iudicio sisti non fiet executio ex sententia contra principalem lata: imò debet agi cōtra eum, quod dicit esse verū quādo agitur contra eū ad interesse, sed si agatur contra eum: vt sistat eum ad hoc bene proceditur cōtra eū executiue: de hoc est casus singula.in l.eum pro quo.ff.de in ius vocan.ibi (exhibere cogitur) & in fine ibi (ad exhibendū tamen cogitur) sic se expedit Ang.in d. §.in fideiussorē. Bal.ibi, quasi idem allegans illū tex.ponderans, quia tex. dicit actionem dat prætor, nō autē executionem dat prætor: ex quo apparet secundū eū, ꝙ respectu interesse petendi à fideiussore, vel etiā respectu pœnæ ꝓmissę fideiussor de iudicio sisti nō patitur paratā executionē: cū enim nullo modo sit pronuntiatū, non potest esse executio parata, & maximè in interesse quod

& Ias. in §. qui prouocauit hic allegato si.col.

d *Adde glo.not.in c.clericū nullus. xj.quæst.j.nunquid clericus venditor teneatur defendere rem venditam laico in foro seculari quæ gl. est singularis secūdū Pau.de Cast. in l. venditor. ff. de iudiciis: vbi vid. Lā Zenū deciū dicentē gl.illā probare contrarium eius ad quod allegatur: & vi.Pan.in c.fin. de emptiōe & vēditiōe: & Floria.in l.fin .ff.de noxali.*

e *Adde Hipp.de Marsi.in rep.rub. ff.de fideiuss.in quæst.liiij.dicentē quòd est cōmunis omniū Doct.conclusio in hac quæst.quòd si fideiussor est pauper quòd attēta eius impotentia soluēdi poterit soluere de bonis principalis quòd maxime credit procedere in fideiussore de iudicio sisti: & de indicato soluendo allega plura.*

f *Adde late Ias.in l.ij.§.in fideiuss. col.ij.ff.qui satisd.cogā. amplia item hāc regulā quatuor ampliationibus & limitantē aliis modis, & an liberētur fideiussor quando est instātia perempta.vi. Hippo.de Marsi.in repet.rub ff.de fideiuss. in quæst.xj.nu.109.*

g *Adde de hac fideiussionis forma scribentes.in l.eum pro quo.ff. de in ius voc.Ias.in l.duobus.§ j fin. eo.ff.de iureiurā. Hippo.de Marsi.in repet.rubri.ff. de fideiuss. in quæst.ix.nu.99.*

h *Adde late plura relata per Hipp. de Marsi.in allegata repe.rub.ff. de fideiussori.in quæst.xv.*

quod nõ est liquidũ:& sic concludit ibi esse casum, ꝙ fideiussor de iudicio sisti est cõueniẽdus per modũ actionis intẽtãdæ:& ibi nihil plus dicit idem Bal.in d.l.eũ pro quo per illũ text.tenet idem quod Ang.ꝙ si agatur contra fideiussorem, vt sistat proceditur contra eũ executiue:quia promisio facta in iudicio de repræsentando aliquẽ habet vim cõfessionis: ideo habet executionem paratam.l.tale pactũ in §.qui prouocauit.ff.de pact.& sic Bald. residet cũ distinctione Ange. vel ꝓpius Ange.cũ distinctio-
2 ne Bal. † Ad prædictam conclusionem allegauit d.l.eum pro quo.Bald.in l.qui crimen in vj.quæst.C.qui accusa.non poss.vbi in causa criminali tenet idẽ, scilicet quòd fideiussor, qui promisit de repræsentando aliquẽ potest ad hoc cogi officio iudicis sine libello, & ordine iudiciario: ex eo qa contractus facti in iudicio habent vim confessionis:vt in d. §.quĩ prouocauit,& quia illud quod fit ad expeditionẽ processus non debet operari nouam litem.l.terminato in fin. C.de fructi.& li.expen. Item, quia sufficit ordo principalis causæ pro omnib⁹ casibus qui incidunt in ea arg.l.nullũ.C. de testi.& per alia de quibus Iaci⁹ ibi per eũ:& hoc concludit notãter ad fideiussionẽ de la faz.idẽ Bart.in l.si quis reũ in fin.ff.de custo.re. distinctio nẽ Bal.& Ang.sequũtur Fulg. Pau.de Cast.& Alex.in d.§.in fideiussorẽ in princ.idẽ Alex.
3 in d.l.eũ ꝓ quo.† Tu addẽ do. Bar.qui melius,& clariùs loquitur in hac materia quã isti moderni,quos nunc proxime recitaui in l.j.ff.iudi.solui.vbi quærit nũquid ex sentẽtia lata cõtra principalẽ posset fieri executio contra fideiussorem de iudicio sisti sine nouo processu?& primo refert d.Ioã.Fagioli de Pisis,in quadã sua disputatione tenentẽ ꝙ sic per l. sancim⁹.C.de fideiuss.vbi text. loquit̃ per verba statim,& omnino persoluat.quę verba videtur denotare executionẽ q̃d intelligit Bar.tribus cõcurrẽtibus:primo, ꝙ talis fideiussor si non sisteret obligauit se ad certã quãtitatẽ,& liquidã: secũdò,quòd sit apposita certa dies sistẽdi in iudicio,vt clarè probat̃ in d.l.sancim⁹.fatetur tamẽ,quod si haberet fideiussor diẽ limitatã ad sistendum etiã si nõ esset promissa certa determinata,& liquida quãtitas si nõ repræsentaret reũ,sed contineret quid incertũ.puta quia se obligaret ad interesse adhuc dicit,ꝙ meretur executionẽ cõtra eũ,sicut in fideiussore iudicatũ solui.nã videtur confessus se debere interesse,
4 si non steterit. † Et si dicas

quomodo meretur executionem, cũ quantitas non sit certa? respõdet quòd in ipsa executione certificabitur, & declarabitur istud interesse, sicut apparet quando fertur sentẽtia incerta in vniuersalibus iudiciis: & quia certificabitur in executione, vt not. in glo. magna. l. j. ff. de eden. & sic debet intelligi l. j. C. de senten. quæ sine cer. quã. & ita dicit practicari in instrumentis guarẽtigiatis quæ merẽtur executionem: nã etiã si non contineant certam quantitatẽ nihilominus merẽtur executionẽ declarata priùs, & limitata quantitate de quo articulo quo ad instrumenta ego latiùs dixi in cõmento. l. post rem. ff. de re iudi. quia si nõ cõtineret diem sistendi in iudicio nõ mereretur executionẽ, vt est casus in l. iij. in §. si plures. ff. iud. solui. & etiam ibi hoc tenet Barto.
5 rationẽ vide ibi per eũ. † Tertium est, per regulã generaliter traditã à Barto. in d. l. j. ad finẽ: vbi dicit, quòd in omnibus casibus in quib⁹ dixit executionem mereri stipulationem, siue de iudicio sisti, siue iudica. sol. intelligatur, vbi talis stipulatio est interposita in iudicio coram iudice aliàs secus argumẽto l. ij. C. de execu. rei iudica. & l. minor xxv. annis cui fideicommissum. ff. de minoribus. ratio est, quia tunc nõ est liquidum iudici nec videtur confessio facta corã iudice. Quid autẽ in stipulatione rem ratã haberi: & sic in eo qui fideiussit dominũ ratum habiturum: vtrũ hæc stipulatio rem ratã haberi habeat paratã executionẽ cõtra fideiussorem? veritas est quod si dicta stipulatio interponit̃ extra iudicium est opus nouo iudicio, nec potest fieri executio argumento legis à diuo Pio in § Sed si emptor. ff. de re iudi. sed si esset interposita in iudicio: tunc bene habebit paratam executionẽ per eadẽ fundamenta, de quibus in stipulatione iudicio sisti: & quæ statim dicentur de iudicato soluẽdo in l. si fine in fine principij. ff rem rat. hab. 6 † Sed, quia hodie, vt ante dixi, etiam ille qui fideiubet de iudicio sisti si non sistat promittit iudicatum soluere: ideo non immeritò erit videndũ de fideiussore de iudicato soluendo: vtrũ sententia lata contra principalẽ mandetur executioni cõtra fideiussorem de iudicato soluendo sine nouo processu. b cõmunis conclusio est quod sic. Istud tenet Odofre. in l. ij. C. de vsuris rei iudi. Guido de Suza. Guliel. de Cuma. & alij antiqui quos recitat & sequitur Bald. in dict. §. in fideiussorem. Ratio secundum Bald. quia iste fideiussor videtur cõdemna

demnatus vna cum principali tanquã persona accessoria, & cohærens:& si dicatur non est cognitum de iure fideiussoris respondet Bal.quòd bene requiritur causæ cognitio, sed erit summaria non per modũ libelli:hæc est finalis eius intentio.hanc opini.tenet gl.in l.fin.C.de execu.rei iudi.& gl. in capi.j.de iniuria & dam.da. lib.vj.Barto.elegantissimè,vt moris sui est in di.l.j.ff. iudi. sol. numerat aliquas opiniones antiquorũ inter se diuersitatem habentiũ.finaliter cõcludit,quòd fideiussorem iudicatum solui acceptum in iudicio ex clausula,quòd verbum sonat fiat executio, sine nouo processu:probat ipse per text. not.in l.fin.C.de vsuris rei iudi.vbi dicit text. statim quòd significat summariam cognitionẽ absq; ordine iudiciario l.momentaneæ.C.vnde vi. ergo apparet ꝙ non debet fieri nouus processus ordinariè:itẽ quia verbum statim,siue confestim importat,vt non requiratur noua sententia:vt in authen. de incest.nup.§. j. collatio.ij.item quia cõfessio corã iudice meretur executionem absque noua sententia l.j.C. de confes.ibi (nam & soluere cogitur.) l si debitor.ff.de iudi.sed qui promisit in iudicio iudicatum soluere,iam est cõfessus se debere illud quod iudicabitur, ergo &c. Præterea debitum est liquidum iudicio: vt iudici:ergo meretur executionem l.ij.C. de executi. rei
7 iudi. † Nec obstat si dicatur, quòd fideiussor potest habere aliquas exceptiones, quas nõ habeat principalis, concedit. Barto. tamen dicit:quòd hoc examinabitur in illa summaria cognitione quæ fit tempore executionis:vt l.à diuo Pio. in §.super rebus de re iudi.& sic non lędetur fideiussor,nec obstat d.l.j.ff.iudi.sol. vbi dicitur,quòd cedit dies stipulationis:& non dicit,quòd mandetur sententia executioni:nã fatetur ipse,quòd sentẽtia lata contra principalem nõ mãdatur executioni contra fideiussorem,sed stipulatio qua fideiussor obligatus est iudicatũ soluere declarata per sententiã illa meretur executionem sicut sentẽtia.dicit esse casum in d.l j.vnde secũdũ eũ aduertere debet aduocatus modum quo executionem petat. Hæc fuerunt elegantia verba Bart. in d.l.j.hanc opin. sequuntur Bal.& omnes in d.l.fin.in §.& cũ antiquitas.C.de vsu.rei iudi.nam ex quo fideiussit apud acta,in ipsam sententiã cõsensit:& sic dicit Bal.duo esse necessaria,scilicet,quòd fideiusserit iudicatũ solui,& ꝙ apud acta:ita ꝙ sint apẽdices ipsius iudicij, & ex ipso iudicio sit

notoriū ipsos esse obligatos.
c Adde quod Albe. de Rosa. in l. si fideiussor. §. fi. ff. qui satisdare cogan. dicentem post disputationem, se vidisse communiter obseruari: quòd propter suspicionem debitoris procedetur ad sequentē traditionem si satisdare non potest etiam plures casus quibus admittitur cum iuratoria cautione: licet non possit satisdare, vide per Iacob. de san

de sancto Geor. in l. j. ff. qui satisd. cog.

d *Adde quòd eandem conclusionem per iura hic allegata sequũtur moder. doct. maximè Ias. & Soci. in l. j. §. fin. hic alleg. vbi Albe. de Rosa. plus inquit, videlicet quòd est prohibenda distractio & dandus curator qui conseruet.*

e *Adde quod hanc opin. Ang. licet singularem reprobat Ias. in rubri. ff. qui satisda. cog. ex authoritatibus infrà alleg. nume. seq.*

f *Adde plura quæ circa hoc allegat Hippol. de Marsi. in singul. xliij. incip. debitor fugitiuus, quem Hippol. etiam vide in l. j. in princip. nu. 25. ff. de quæst. in versic. vlterius, in illa quæst. an metus & suspicio torquendi æquiparetur torturæ: de quo etiam adde eundem Hippo. in practica causarum criminalium, verbo expedita in prin.*

g *Adde quod ibidem Ioan. de Pla. dicebat idem quãdo iudex qui potest haberi est impotens, puta rusticanus iudex: de quo simul cum pluribus alijs de materia debitoris fugitiui & illius capturæ, vide glo. & scribentes in princ. c. insti. de actio. vbi per Ias. nu. 27. cum pluribus seq. & ibidem singulariter per Ludo. Gometiũ, nu. 59. versic. vlti. conclusionem ordinantem regulam cum pluribus ex ampliationibus quas hic posuit author vbi optimè disputant.*

h *Adde singulariter de hac quæst. princip. latè Ias. in l. si ab arbitro. col. ij. ff. qui satisd. cog. & eũdem Ias. in alleg. princ. insti. de act. nu. 82. & singulariter per Hippo. de Marsi. in sing. cclxxxij. inci. creditor volens: & per eundẽ in sing. cclxxxiiij. incip. tolle moras.*

i *Adde quæ circa hoc optimè scribit Mar. Soci. in c. dilecti. de fo. cõpe. in xj. q. prin. nu. 8. vbi in materia quãdo viator, vel forẽsis possit in loco cõtractus cõueniri, ponit regulam cum quatuor limitationibus.*

k *Adde singulariter de materia docto. de Pala. Ru. in repe. c. per vestras. de don. inter vir. & vxo. in §. ix. incip. & propter ista in illa q. si tempore contracti matrimonij maritus erat pauper, an vxor possit petere dotem.*

l *Adde quod pro hac opin. authoris in simili facit communis obseruantia in practica quam refert Alb. de Ro. l. si fideiussor. in §. fi. ff. qui satisd. cog. de qua meminimus super, nu. 7. hoc eod. §.*

m *Adde singulariter de hoc per Alex. de Imo. & in l. ij. ff. de iurisd. om. iud. per Fel. in c. ij. de homi. per Alex. de Imo in consi. lxij. di̇uertissime doctor in iiij. vol. per Ias. in l. vinum. ff. si cer. pet. in iij. col. per Hip. de Mar. in l. si quis ne quæst. nu. 95. cum seq. ff. de quæst.*

n *Adde quòd eodem modo carceratus ad mei petit. nisi me citato non potest relaxari à carceribus secundum Bal. in c. j. prima lectura. pe. col. de iudi. secus dicit si esset carceratus proprio motu iudi. alleg. tex. in l. si quis vxori. §. si fugitiuũ. ff. de furtis. & adde Pet. de Ancha. consi.*

consi. cccxl. viso themate predicto dicentem etiam indebitè carceratum non esse relaxandum absque iudicis licentia.

1 SEd†attende, quòd si aliquis conueniretur super aliqua re mobili quam possidet & nõ possidet reus immobilia itaq; persona eius est suspecta consultũ est actori de remedio nõ per capturã, nec iuratoriã cautionẽ rei, sed per sequestrũ dictæ rei, super qua est cõtrouersia. Iste est casus in l. si fideiussor. in §. fi. ff. qui satis. cog. ibi (apud officiũ deponi debebit, &c.) pondera tex. qui requirit duo, scilicet ꝙ persona rei cõuenti sit suspecta, quod declarat ibi glo. scilicet ex eo, quia non possidet immobilia, vel pauca, & ex eius malis moribus. Itẽ quòd iudici hoc videatur inquãtũ tex. dicit si hoc iudici sederit, & dicit Bar. ibi ꝙ nõ est necesse ad causandã dictã suspicionẽ cõcurrere quatuor quæ gl. ibi no. scilicet nõ possidere immobilia, vel pauca. Itẽ mali mores, quos nunc habet. Itẽ, quod prius male fecerit, sed quãdoq; sufficit vnũ, quãdoq; aliud secundũ diuersitatẽ causarũ, in quib⁹ de suspicione tractatur: vnde videtur hoc arbitrio iudicis relinquere, quod satis cõstat de mẽte literæ, ibi (si hoc iudici sederit.)

2 †Idẽ ibi Ang. dicẽs, ꝙ illa quatuor, vel alterũ eorũ secũdum subiectam materiam[a] reddunt quẽ suspectũ, vt probant leges allegatæ in gl. idẽ Bal. ibi, nã cùm tex. dicat si hoc iudici sederit; videtur in eius arbitrio relinquere qui habeat extimare vtrũ sit suspectus, vel ne: nec est necesse cõcurrere simul illa quę gl. requirit ad faciẽdũ quẽ suspectũ: nã frustra litera diceret si hoc iudici sederit. iam enim nõ esset arbitrariũ, sed esset in necessitate positũ: ideo qualitas personæ cõsideranda est, verũ sit talis, de qua sit suspicio de fuga: vnde nõ omnis qui nõ potest satisdare patitur sequestrũ, sed is demũ qui est suspectus, vel de fuga, vel de recessu, vel de baratatione, vel quòd dolo desinat possidere quæ omnia ex qualitate personæ perpẽdẽda sunt, arg. l. fi. de act. & obl. & l. j. cum simi. C. si quis imper. male. hæc Bald.

3 †Bene facit gl. in parte sederit quæ dicit in animo quam Ange. dicit esse bene notandã, ꝙ licet allegetur quis suspectus, vel petatur fieri sequestrũ: tamẽ iudex nõ debet assentire, nisi in animo suo credat eũ fore suspectũ: credere autẽ nõ debet secũdũ acta, ex quibus conscientiã suã informat, & secũdũ ea iudicat. l. illicitas. §. veritas. de of. pręsi. est verũ quod Alex. minus bene in d. §. si satisdatũ. dicit ꝙ Ang. ibi & Bar. simpliciter approbãt gl. quod nõ est

rectè

rectè dictum: nam ipsi expressè fatentur nõ esse necesse illa quatuor concurrere, sed quod omnia reddant suspectũ est sine dubio, sed quandoq; alterũ ipsorum secundum subiectam materiã.
4 †Et practicatur quotidiè dictus §. si satisdatũ. secũdum Ang. ibi contra stipendiarios, & alios aduenas & maximè muliones veniẽtes ad ciuitatem cum equis & mulis: nã cùm semper sint in itinere & pedem teneant in stipẽdio, vt in l. hæres absens. de iudi. si ab eisdem petuntur equi, vel muli: quia suspecti sunt, nisi satisdent fiet sequestrũ dictorũ animaliũ, quod nota & vide And. Sic. in c. fi. in xxv. col. cum seq. de fo. comp. qui omissis fundamẽtis à radice refert se cõtrarium consuluisse apud curiam Romæ, & dicit contra dicta principia, & contra Bal. in l. fi. C. vbi in rẽ actio. & cõtra Spe. de competen. iudi. ad. §. j. versic. quid si quis. & in tit. de satisd. in §. dico. in prin. & cõtra Abb. in d. c. fi. & contra d. §. fi.
5 †Et durabit sequestrũ donec reuocetur per satisdationem: nam per præstationem fideiussoris reuocatur sequestratio. tex. in d. §. ibi (donec satisdatio detur, vel lis finẽ accipiat.) Sed quæ satisdatio debeat esse? Ista glo. ibi dicit de iudicio sisti, vel de re nõ baratãda. cũ qua Bar. ibi trãsit. pro ea est casus in l. senatus. ff. de offi. præt. ibi (aut sisti exhiberi ne satisdatio promittatur.) Supplebis d. gl. ꝙ satisdatio debet cõtinere ꝙ in casu quo sit victus restituet actori rẽ absque aliqua procrastinatione. Allego ad hoc Bar. in l. litib⁹. b C. de agr. & cen. lib. xj. vbi per illũ tex. dicit ꝙ ille qui vult impedire sequestrũ offerẽdo satisdationem, vel qui vult facere reuocari sequestrũ satisdãdo debet satisdare, seu offerre se paratũ satisdare, quod in casu victoriæ actoris restituet ei rem absq; aliqua procrastinatione. Vnde nõ sufficeret simplex satisdatio secundũ eũ, nisi verba prædicta apponerentur: & hoc satis probat ibi tex. & sequitur ibi hãc doctrinam Ang. & Io. de Pla. & Abb. Sic. in c. ij. de seque. poss. & fru. Alex. in d. §. si satisdatũ. & de hac satisdatione intellexit Bal. tex. d. l. si fideiussor. §. fi. in l. fi. C. quib. ad liber. procl. nõ licet, dicens ꝙ vbi est idoneè cautũ de restituendo, cessat sequestrum per d. §. fi. quia si reus solum cauisset de conseruãdo post sententiam fit sequestrum. Iste est casus not. in d. l. fi. & ibi Bal. ista tene menti ad l. fin. C. de ordi. cog. vbi est casus quòd reuocatur, seu impeditur sequestrum per fideiussionem, quales debet esse satisdatio.
6 †Si autem sequestrum fieret non pro securi

curitate litis: sed vt reus solueret tale sequestrum non reuocatur per satisdationem: sed præcisè per solutioné. iste est casus singularis & ferè vnicus in l.si pecuniç.ff.vt in pos.leg. in fi.facit l. his consequenter. in fi.ff.fam.hercis.de quo dixi notanter supra ista eadem l.in illa quæstione.scilicet,quç satisdatio debet esse ista de qua tex.dicit(que l. cumpl a fuero.)Hũc & alios casus,in quibus sequestratio nõ reuocatur per satisdationé posuit Alex. in d.§. si satisdatum. in ij. col. & cum d.§. si satisdatum.concordat ad literam tex. in l. iij. incipit(si home) foro legum. lib.iij. titu.(de las deudas.)

7 †Sed quid si ille, cui factum est sequestrum non potest satisdare, vtrum committetur suæ iuratoriæ cautioni, per quam reuocabitur, vel impedietur sequestrum sicut satisdatione præcedente quando petens satisdare offerret fideiussionem? videtur quòd sufficeret dicta cautio iuratoria argu.eorũ quæ suprà in euidentialibus dixi,scilicet,quòd si ille qui nõ possidet immobilia, non potest satisdare de iure communi cõmittitur suæ iuratoriæ cautioni, vt in §. sed hodie.insti.de satisda.& in authen.generaliter.C. de epis.& cle.veritas est,ꝙ si nõ potest satisdare ille,contra quem facta est vel fieri potest nõ stabitur suę iuratorię cautioni c quo ad impediendam, nec reuocandá dictam sequestrationé Specu. de sequest.po.§.j.versic.sed pone,Ti.debet,&c. Quẽ sequuntur Anto. & Abb. in d.c.ij. de sequest.poss. Bal.Ang. Imo.in l.filiusfamiliàs.§.diui.ff.de legatis j.probatur in l.fin. C. de ord. cogn. ibi(nam & si talis) & ibi Bal. in tertio not. nam ibi tex. dicit quòd propter impotentiam satisdandi deuenitur ad sequestrum: ergo bene concluditur non sufficere iuratoriam cautioné. bonus tex. in l.si constante. §. quoties. ff. so.mat.& moderni ibi ad hoc not.illum tex. facit dictus § si satisdatum.vbi hoc probatur & in l.ij.ad fi. C. de debi.ciui. & moderni hoc sequuntur in d.§.si satisdatũ.licet quędá gl. sentiat contrariũ in l.j.in parte iuratoriæ. C. de asser. toll. sed dic ibi speciale in casu quo loquitur,secus in aliis casibus regulariter:ita dicit Bal. ibi & moderni licet illum nõ allegent in d. §. si satisdatum.

8 †Habes igitur ex prædictis duos casus in quibus iuratoria cautio nil operatur. Primus hodie de iure regni per hanc l. si ille qui cõuenitur nõ possidet immobilia, nec satisdat carceratur. Secundus vbi factum est vel fiendum sequestrum; nam non impedietur, nec

nec reuocabitur per iuratoriā cautionem non valentis satisdare. Facit text. sing. in l. filiusfa. in §. idem princeps. ff. de lega. j. vbi est casus quòd vbicūque hæres non vult vel nō potest satisdare de soluendo legatum adueniente die vel conditione mittitur in possessionem legatarius: & sic ad euitādam dictā missionē, non sufficit cautio iuratoria, vt ibi dicunt Bal. & Ange.

9 † Per quā l. infert regula notabilis quòd vbicunque petitori potest cōsuli alio remedio quā per iuratoriā cautionē nō valentis satisdare nunquā cōmittitur suę iuratoriæ cautioni. Hoc sentiunt Bal. ibi Ang. & Imo. & clari⁹ Alex. in d. §. si satisdatū.

10 † Adde tamē elegantē ampliationē ad d. l. si fideiussor in §. fi. quòd quēadmodū bona mobilia alicuius possunt seq̄strari propter suspicionem fugæ sic eodē modo, quādo est suspicio de aliquo, ne fugiat potest interdici vēditio seu alienatio bonorū immobiliū. Iste est casus singularis in l. de pollicitationibus. ff. de pollicita. quam

d Bar. [d] ad hoc dicit satis not. & Bal. in duob⁹ locis dicit valde notādū, scilicet in l. j. C. de cōtra. em. in iij q. ij. in l. p diuersas. C. māda. in ix. q. ad hoc ꝙ bānit⁹ potest vēdere bona quę in ciuitate relinquit nisi per superiorem esset sibi inhibita seu prohibita alienatio. facit tex. sing. in l. creditores. ff. de priuil. cred. ibi vt iubeant eū nil minuere.

11 † Plus dicit quod statim lite mota licet cesset suspicio potest fieri præceptū de nō lapidādo seu de nō alienando. Hoc probatur in l. diuus. ff. de pet. hęr. & Bal. dicit in d. §. si satisdatū. ad finē. quod est notandū & habui de facto. Itē potest fieri descriptio licet cesset suspicio, secūdū Bal. ibi gl. & Bar. in l. imperatores. in fi. ff. de appell. per eundē in l. facultate. C. de iure fis. lib. x. & in l. fi. ff. de requi. re. Bar. & Bal. in l. vnica. C. de prohi. seque. reperio eundem Bal. in l ij. C. de hære. vel act. vend. ad fi. vbi allegat d. l. de pollicitationibus. ad hoc. s. ꝙ vbi aliquis ratione dilapidationis est suspectus, bona sunt sequestranda & alienatio prohibenda. arg. l. imperator. ff. ad Treb. & d. l. de pollicitationibus. & in l. fi, de requir. re. ff. Omnia supradicta de quibus sermonem antehac fecimus, obtinent quādo reus conuentus nō possidet immobilia: nā si illa possidet, releuatur à præstatione d. satisdationis. Casus est hic in prin. & in l. sciendū. & per totum tit. & quanta & qualia debeant esse, dixi aliquid in princ. huius l. quā regulā multipliciter limitat Alex. recitans alios commentantes in d. l. sciendum. in princ.

prin. in ij. col. ff. qui satisd. cog. cuius limitationes si recte cōsideras reperies in prin. huius l. in discursu quarundam quæstionum: sed vltra alia videtur
12 hoc intelligēdum. † Si per illā possessionem actori est consultum, quia reus faciliter ibi potest conueniri, secus si reus esset multum potēs in loco, vbi immobilia posside: ita ꝙ difficiliter posset conueniri, & contra eum fieri executio: ita sentit Bar. in d. l. sciendum. §. possessor. (el j.) ff. eo. & in l. de die. in §. iubetur. eod. tit. argu. eorū quæ in fideiussore statuit tex. in l. ij. §. j. ff. qui satisd. cog. & ibi gl. & Bar. pro quo optimè facit quod Bart. sentit in l. ij. §. j. ad fi. ff solut. matrim. ꝙ si aliquis possidet immobilia in loco periculoso, puta habebat in montibus hereditates, quæ diluebātur cum aquis, vel quia res erat flumen: nā talia bona nō euitant satisdationē, secundū eū, quod dicit esse notandum ad limitationem d. l. sciendum. ita dicit ipse in d. l. ij. in prin. in pen. col. bene facit gl. ibi. per quam etiam infert Bar. in l. iij. in §. fi. de lib. leg. ꝙ vbi aliquis possidet res in loco periculoso, bene consideratur ꝙ potest effici nō soluēdo. Idē dicit Guli. de Suza. si possidet immobilia & sterilia seu inutilia per l. j. ff. in ius vo. vt eāt. sequitur hic Alex. in d. l. ij §. j. in l. sciendū. §. j. ij. col.
13 † Vnū tamē dicebat hic Vinc. Arias ꝙ possessor immobiliū, licet non satisdet, debet præstare juratoriam cautionem, est verum ꝙ gl. tenuit hāc opi. in d. l. sciendum. in prin. tamē illam reprobat Bar. ibi. & hoc seruatur de cōsuetudine, licet Bar. dicat, ꝙ nuda cautione debet promittere de iudicio sisti, & etiā tenetur obligare bona sua pro defensione: sed totum oppositū seruatur: nam nunquam hoc vidi obseruari, nec de cautione, nec de obligatione. Quid in causis criminalibus? dicam in l. (si algun home la criminal.) vbi traditur
14 materia. † Vlterius Hispanus noster Alfon. de Montaluo, hic in parte (recaudelo) dicit vnū verbū notandū. & verba eius sunt hæc. Itē nota, ꝙ satisdatio iudicio sisti, de qua hic dicitur habet locum, quando non est consultum actori contra reum qui non vult assistere in iudicio, nec litem contestari, vt l. ij. ff. qui satisd. cog. sed quia hodie de iure regni potest contra eum in eius contumaciam procedi ad diffinitiuā sentētiā, vt l. ordi. de Alcala tit. (de los rebeldes.) ergo videtur hodie hęc satisdatio superuacua hæc ille famosum verbum, & in totū euertens satisdationem per hāc l. requisitā. fundamentum per eū allegatum parum facit

15 † Ego allego optimam decisionem Ang. de Perusio in terminis in l. Iulianus. in fin, verbis ff. qui satisf. cog. vbi inquit scias quòd in casibus in quibus potest procedi summariè, & sine litis cōtestatione, qui non possidet immobilia, non tenetur satisdare de iudicio sisti. ¶ Ratio, quia per hanc satisdationem non consulitur actori, nisi vt posset ad sententiam deueniri, ad quam ante litē contestatam non poterat quod apparet: quia cautio finitur immediate lata sententia, vt in l. græcè. in §. & post litem. ff. de fideiuss. sed ad sentētiam perueniri potest, vbi non est necessaria contestatio contra absentem: ergo non est necessarium cautiònis remediū. Hæc sunt verba sua laudās se in expositione d. l. Iulianus. quam dicit se reddere omnibus spinis mundatam, & redolentem vt lilium. Hoc probat text. in §. sed hodie. Insti. de satisd. ibi. (sed pro sua tantum persona, ꝙ in iudicio permaneat vsque ad terminum litis) cum gl. in parte ad terminum, & ꝙ hæc sit ratio quare de iure cōmuni requirebatur hęc satisdatio de iudicio sisti, probat not. tex. in authen. de exhib. reis. in §. si verò administrat. colla. v. ibi. (ne causa maneat actori vndiq; desolata, iudice aliquid agere nō valēte, eo ꝙ nondū apud eū sit facta litis cōtestatio:) hęc sunt quæ adduci possunt pro fundamento cōclusionis d. doctoris, quā ipse sine fundamento affirmauit. facit l. ij. §. prætor ait. in

16 fi. ff. qui satisd cog. † Considera, quòd etiā in terminis iuris cōmunis ista cōclusio Ang. nō tenetur per Fulg. in d. l. Iulianus; nam si hoc esset verū, sequeretur ꝙ ista satisdatio de iudicio sisti expiraret lite contestata, quod est cōtra d. §. post litem, cùm post litem contesta tam posset perueniri ad diffinitiuā cōtra absentē, per l. properandū. §. sin autē reus. C. de iudi. Itē quia facilius peruenitur ad diffinitiuā contra præsentē qui sistit, quàm cōtra absentē propter interrogationes quæ fieri possunt præsenti à iudice, & ob cōfessiones faciendas in respondendo positionibus. Hanc opi. tanquā rectam reperio sequi Alex. in l. sciendum. in prin. ff. qui satisd. cog. allegat glo. in Clem. sæpè, in versic. dilationes. de verbo. signi. quæ parum facit & in parte defensiones allegat Bal. hoc tenentē. Insti. de satisd. in §. j. licet Bal. in mea lectura nihil dicat: & sic hæc opi. Ang. etiam de iure communi non videtur

17 procedere. † Sed de iure huius regni nostri, super quo loquitur Alfons. sua opinio est falsa & erronea: nam dicere quòd satisdatio de qua hic, videtur

detur sibi superuacua, est pessimè dictum: quia dicit contra communē stilum iudiciorum: qui absq; dubio tenet in vsu q̄ licet hodie posset ferri sententia, etiam lite non contestata: tamen petitur satisdatio: & reus compellitur illam prestare si non possidet immobilia, aliàs carceratur, & ista practica sæpissimè vsus sum tam aduocádo, quàm cōsulendo. vidi sic indubitanter obseruari in
18 Cancellaria. † Præterea vrget nimis hæc lex contra errorem istius doctoris. & l. j. infrà. tit. (de las ferias.) & l. vj. tit. (de las testimonias.) quæ iura clarè probant, quòd satisdatio quæ hodie exigitur ab eo qui non est arraygado principaliter requiritur, non ad effectū, quòd non potest ferri sententia lite non contestata, vt dicebat Ang. sed ad effectum quòd præsumitur suspicio fugæ, & vt agenti sit consultum in execution sententiæ, ne iudicium reddatur frustratoriū reo condemnato & fugiente, vt probant clarè verba istius l. dicentis, (que le cumpla fuero.) & in d. l. j. & vj. clarius disponitur. Attenta igitur ratione decidendi harum legum, non est hodie superuacua satisdatio ab eis requisita, imò perquàm vtilis & necessaria, maximè attenta opi. Vinc. Arias hic, qui coactus ex verbis huius legis, & dictarum legum, tenuit q̄ satisdatio ab his legibus requisita esset iudicatū solui, & ad prædicta iuuāt dicta per me supra in hac lege, in illa q. s. quæ satisdatio sit ista: de qua fit mentio in hac lege & in aliis.
19 † Quapropter teneo satisdationem, de qua hic non superuacuam, vt imprudenter asseruit prædictus doctor, sed necessariā & vtilissimā ipsi actori: & sic tenet cōmunis vsus Cācellariæ, vt sæpenumero vidi
20 & expert⁹ sum. † Vlterius nota istū tex. ibi. (& si hazer no lo quisiere recaudelo por si si quisiere, o si podiere o si no diga lo al merino.) Nā hic videtur casus q̄ permissum est alicui propria autoritate capere debitorē non solùm fugitiuum: sed etiam de fuga suspectum, & eū ducere ad iudicem vt sibi satisdet quod est notabile: probatur hic: nā debitor nō fugerat adhuc, sed erat de fuga suspectus ex eo, quia nō possidebat immobilia, nec præstabat satisdationē de debitore fugitiuo, nō est dubiū, quia casus est in l. ait prætor. §. si debitorē. ff. de his quę in frau. cred. vbi est casus q̄ licitum est creditori capere debitorem fugitiuum, eundo post eum, & capere sibi bona quæ portat secundum Bart. & omnes: sed captura personæ est ei permissa, non vt eum detineat: sed vt

ducat ad iudicē. l. capite quin-
to. & ibi gl. ff. de adult. Bar. &
omnes in d. §. si debitorē. Spe.
de accus. in iij. par. §. j. in versi.
j. probat tex. & ibi Bal. & Ang.
in l. j. C. vbi quis decuriali. fa-
cit l. interdum. §. qui furem. ff.
de fur. & probatur hic & gl. in
l. generali. C. de decu. per gl. in
d. c. de pace iura. fir. & Sali. in d.
l. j. vulgatū est hoc & probatur
hæc in auth. vt iudic. sine quo-
quo suffrag. §. ne in iudicio. &
de pace iura. fir. in §. j. & quod
not. in l. generali. C. de decur.
li. x. & in l. j. C. vbi quis decur.
vel cohar. & hæc not. vulgaria
21 sunt. † Sed addo glo. sing. in l.
f pignoris. C. de pig. act. f quæ
tenet ꝙ idem operatur fuga,
in promptu, ꝙ fuga in actu, &
per illam tradit Bal. ibi regu-
lam singularem, ꝙ id quod ope
ratur fuga in actu, operatur fu
ga in promptu: nam soluendo
contrarium de lege vtique. ff.
de dam. inf. dicit gl. ꝙ ibi erat
debitor suspectus de fuga. vn-
de sentit, ꝙ idem operatur su-
spicio fugæ, ꝙ ipsa fuga in actu
& pro d. gl. & doctrina Bal. est
hic casus singularis & menti
tenendus, ego allego etiam
aliam gl. singularem in l. quæ-
situm. ff. de pig. super parte ex
iusta causa, ibi dum glo. di-
cit vel ibi recessurus putaba-
batur: faciat tex. not. in l. con-
sentaneum. C. quomodo &
quando iudex, vbi casus, quòd
propter nimiam cōtumaciam
potest reus personaliter capi
& ad iudicem duci, & hoc casu
etiam in ciuilibus causis fit re-
missio personalis ad locum iu
dicij inchoati: & ad hoc non est
alibi tex. ille, secundū Bal. ibi.
in ij. col. in vij. not. & etiam
Ang. dicit ibi esse casum ꝙ po
test quis capi personaliter, vt
cōpareat in iudicio. facit auth.
hoc ita. C. de duo. reis. & in §. si
verò. de exhib. re. subdit Ang.
non tamen intelligas, ꝙ reclu
di posset in carcere, cùm nō re
periatur lege cautum, sed man
dabitur ei vt non discedat de
curia donec caueat de lite agi-
tanda, & de iudicio sisti quo-
ties quæsitus fuerit. Primum
tene menti ad cōcordiam cum
hac l. quia hoc secundum ali-
ter disponitur in hac l. quia be
ne potest carcerari si non possi
dens immobilia non satisdat.
22 † Est verū quod Azo dixit ꝙ
d. §. si debitorē, permittēs cape
re debitorē fugitiuum propria
autoritate nō haberet locum,
nisi quando non esset iudicis
copia: nam tunc propter nimiū
periculū fugæ, potest quis ius
dicere, aliàs secus: ita dicūt Bal.
Ang. & Sali. & Bar. in d. l. j. C.
vbi quis decur. vel cohar. est
casus sing. in l. generali. C. de
g decur. lib. x. g facit l. nullus. C.
de iudæis. & l. si alius. in §. bel-
lissimè. ff. quod vi aut clam. li-
cet iste text. rectè ponderatus
i ndist

indiſtinctè videtur concedere creditori hanc poteſtatem, data ſuſpicione fugę eo quia non
23 eſt arraigado. † Ampliare potes doctrinam huius l. ſ. ꝙ hæc captura de qua hic permiſſa creditori propria autoritate; poteſt etiam fieri diebus feriatis in honorem Dei. Iſta eſt gl. ſing. quæ tanquam vnica commendatur per ſcribentes in l.
24 dies feſtos. C. de fe. † Secundò, dico ꝙ captura de qua hic non ſolùm eſt permiſſa creditori, ſed etiam eiusprocuratori. Iſte eſt caſus valdè not. in l. j. C. vbi quis decur. vel cohar. iũcta gl. j. quæ dicit ab his procuratoribus eorum. Ang. ibi commẽdat ad hoc ꝙ poteſt conſtitui procurator ad capiendum debitorem fugitiuum autoritate propria. ſentit etiam ibi Salic. & reperies etiam And. Sicu. in c. cùm non ab homine. de iud. in xv. col. magnificaſſe hãc gl. quaſi ex capite ſuo illã ponderãs autoritate Ang. ſuppreſſa.
25 † Tertiò, extende hanc legem etiam in debitore in diem; quia ſi eſt ſuſpectus de fuga, poteſt capi & duci ad iudicẽ propria autoritate, donec ſatiſdet etiam ſi nondum dies veniſſet. Iſte eſt caſus vnicus in l. queſitũ. ff. de pig. de quo vide quę eleganter ſcripſi in cõmento l. poſt rem iudicatam. ff. de re iud. in ſeptima limitatione ad l. Toleti, & ſic iam conſului & obtinui in hac villa. facit l. in omnibus. ff. de iud. eſt etiam caſus in l. omne æs, & ibi hoc te-
26 net Bal. in l. pro ſocio. † In tantum procedit hæc lex ꝙ Salic. notanter in l. vt allegas. C. ad l. Iul. de ſica. in fi. verbis. dicit quòd in caſibus in quibus licet capere debitorem fugientem liceat ſe telo defendẽtem occidere. Mouetur arg. eorum quæ notantur ibi per gl. de fure diurno vel nocturno occidendo, & ſentit Ang. in l. j. C. quan. liceat vnicuiq; ſine iu. ſe vend. facit l. ſi ex plagiis. in §. tabernarius. ff. ad l. Aquil. & in l. ſi ſeruus. C. de his qui ad ec-
27 cle. cõf. & d. l. j. † & adde ſingularisſimè ꝙ ex cauſa ſuſpicionis, in tantũ poteſt quis capi, vt ſatiſdet etiã ſi ſit in tali loco, in quo ſit ſecurus à debiti ſolutione ſeu exactione. Allego ad hoc Ang. in l. dies feſtos. in fi. C. de feriis. vbi dicit, ꝙ licet ex forma ſtatuti Peruſini veniens ad nundinas debeat eſſe ſecurus & liber & eius bona arreſtari non poſsint, tamẽ ex omni cauſa ſuſpicionis capi poterit, vt ſaltem caueat de iudicio ſiſti. Mouetur per gl. ibi: nã die dominico quilibet debet eſſe ſecurus, vt ibi tex. & tamẽ gl. dicit quòd propter ſuſpicionem etiam illa die capi poterit, ergo ita interpretari debemus ſtatutum l. ſi ſerui veſtri. C. de nox. tene mẽti perpetuò

in practica ad nūdinas huius
28 regni.† Alio modo doctrinā huius l.extēdere ex quadā doctrina singulari Ange.in l.si p epistolā.ff.de acqui.hære. vbi dicit quod si iudex dedit executori licentiā capiendi debitorē ex instrumento guarētigiæ creditor potest illum per nuntium facere capi,etiā expirato illius officio,quod dicit menti tenendū & se multoties practicasse. Mouetur, quia iussus iudicis causa cognita fact⁹ executori,vt eius sententiā exequatur non perit eius morte, vt est casus singularis in auth. vt nulli iud.§.si vero colla.ix. Bar.notanter licet nō allegat illū tex.in l.fundi venditor de
29 acqui.hære. † Limita primo hanc legē, nisi creditor accepisset pignus à debitore,quia tunc illū nō poterit capere vt suspectū,Bald.sentit in l.si creditor(la ij.) ff.si cer.pet. And. Sicu.exclamat sup hoc,vt moris sui est in rub.de pigno.Sed fundamentū Bal.non concludit,vbi pignus non esset idoneū:quia tūc etiā haberet locum captura.& hoc videtur tutius tenendū & sic etiā tenet
30 Alex.in d.l.creditor. † Limita secūdo dum modo capiat eū creditor intra prouinciā.Probatur in dict l.j.C.vbi quis de curia.vel cohar. & ibi Ange. vnde extra prouinciam,nemo capere potest debitorem suū fugitiuū. Mouet,quia nō debet posse plus pars quæ succedit in locū officij iudicantis, quam posset ipse iudex l.suggerente.C.de eo qui vicē al. ge.l.si eum qui in §.iniuriarū. ff.si quis cautio. sed iudex extra suū territoriū suam sentētiam executioni non mādat.l. cū vnus in fin.de bonis auto. iudi. possi.l.properandū in §. si autē reus.C.de iud.de re iudica.l.à diuo pio in §.sententiā,quòd intelligit nisi creditor de sua prouincia in sequēdo continuo debitorem fugitiuum eū ceperit in alieno territorio:nā talis captura tenet & propter cōtinuationē fugæ videtur captus in loco vbi incepit fugere.text.est not.in l. quòd ait lex in fi.ff.de adulte. coniuncta l.nec in eo in §.ius occidēdi.ff.eo.ꝓ quo bene facit l.huic scripturæ in princi. ff.ad l.Aqui.& l.j.in §.ex incēdio ff.de incen.rui.& naufra. & ff. de excusa.tuto. l. bello.
31 † Tertiò limita nisi debitor militasset in armata militia: hoc enim casu nō est licita in eos manus iniectio. gl.not.in l.ij.C.vbi quis decuria.vel cohar.in versi.armata & ibi probat tex.& tenet Ang.in l.j.C. eod.tit.ponit exemplū in militibus,qui in patria sua seruiūt ecclesiæ.& eadē ratione infert ibi Ange.quòd si in fuga debitor est effectus clericus,quòd

non

nō poterit capi autoritate ꝓpria, nec per clericum, nec per laicū. Maior enim est militia celestis, quā militia mundana, & quo ad vocationē in ius parificantur istæ duæ militiæ vt not. in l. secūda. ff. de in ius vocan. hæc ille. Et quanquā plura super hac materia debitorū fugitiuorū dici possent, attamen quia vulgaris est materia, eam omitto: de vno tantū placuit discutere, quia nimis quotidianū, s. quòd adhoc vt

32 † posset capere debitorē tanquā suspectū requiriť ꝙ suspicio emergat post cōtractū, secus si eadem suspicio emergebat & inhærebat tēpore con-

h tractus:[h] nā tūc imputet sibi creditor. Allego ad hoc Bald. in l. si is à quo in §. si semel ff. vt in pos. leg vbi dicit per illū tex. ꝙ si aliquis vult facere aliquē capi tanquā suspectum, ex forma statuti vel consuetudinis, ꝙ si causa suspicionis suberat tēpore quo cū eo contraxit, nō potest capi sec⁹ si postea superueniat. probatur hoc in dic. §. si semel vbi est casus, quod qui recipit fideiussorem non idoneū, imputet sibi. Probatur etiā in l. creditores ibi (causa cognita) & ibi (certum si ꝓbetur.) ff. de priuile. credi. optime facit tex. in argu. in l. fi. C. de spōs. per quem Bar. ibi infert ad statutū ꝙ si creditor habet debitorē suspectū posset ab eo petere fideiussores, vel facere eū capi: nā hoc statutum debet intelligi si causa suspicionis superuenit post debitū contractū. Si autem sciebat illū suspectū imputet sibi. idē Bar. in d. l. si creditores ex eo quia tex. ibi dicit (causa cognita esse præstandā fideiussionē à suspecto) accedit tex. singu. adhoc probandū in l. si ab arbitro in §. qui ex causa ibi (contentus his esse debet.) ff. qui satis. cogan. vbi est text. singu. quòd nō potest de paupertate conqueri, qui pauperē, vt diuitem acceptauit nisi de nouo pauperias supuenisset: & per illum text. ibi dicit ibi Ange. se multos captos, vt suspectos & fugitiuos fecisse relaxari: nā assessores imperiti sequentes imperitos aduocatos immediatè ostenso eis instrumento debiti & præstito iuramento de suspicione & fuga, cōsueuerunt cōcedere familiā & capi facere talē debitorē: nā malefaciunt secundū eū: nā debet eis constare, quòd tēpore cōtracti debiti ille erat idoneus & soluēdo: & sibi calamitas superuenit insignis aut inopia magna: quia si eius cōditio nō est mutata imputet sibi quia cum tali cōtraxit & eius fidem fuit sequutus & hoc. s. de superueniente paupertatē causa cognita saltē summariè debet sibi cōstare secundū eū vt ibi pro-

33 batur. † In tantū quòd si modica calamitas.aut paupertas superuenit non sufficit vt ibi est casus,& eodē modo si post calamitatē superuenientē diu tacuisset creditor vt est text. not.in l.si creditores.ff.de priuile.credi.vnde instruit Ang. aduocatū actoris,vt faciat fidē de debito per testes vel instrumenta,narret etiā quod tēpore debiti cōtracti debitor erat idoneus & soluēdo & talis reputabatur.& quod ad notitiā sui de nouo superuenit quòd eidem debitori insignis calamitas,aut magna inopia superuenerit.& super his duos testes inducat,& delato sibi iuramento iuret quòd habet eū suspectū,& tūc iudex securè concedat licentiā capiēdi quousque satisdet iudicio sisti.Facit l.si cū Corn.ff de solutio.& l.cum quis in princip.sic dicit se infinitis vicibus practicasse.

34 † Accedat etiā casus singularis in l.qui bona.§.de illo.ff. de dam.infe.vbi text.dicit hæc verba.aut enim ab initio vitiosas ædes cōduxerāt & quod habēt sibi imputent.quæ verba sunt satis singularia & dicit ibi idē Ang.se illa allegasse pro casu.quod debitorē suspectū de fuga nō potest creditor capere, nec capi facere vt suspectū.nisi probetur ꝙ suspicio post debitum contractum emerserit.Si enim tēpore cōtractus suspectus erat, imputet sibi cur cū tali contraxit & dicit per hoc se fecisse Florentię vnū relaxari.Sit ergo caut⁹ aduocatus secundū eū,vt alleget debitorē suspectū & causam suspicionis emerfisse post debitū contractū,forsitā quia ruperāt de nouo & cessauit & hoc doceat summatim,cū nō sufficiat dicere iudici, habeo debitorē suspectū nisi probet eū suspectū summatim. Hæc ille.Hanc opin.sequitur idem Ang.per illū tex.in d.l.si creditores,s.ꝙ nō potest capi debitor vt suspect⁹ & fugitiuus, si post cōtractū debitū est eiusdem cōditionis,cuius erat tēpore cōtracti debiti.Vn̄ oportet causam suspicionis emergere de nouo.probat hoc glo. not.in l.si pro ea.C.manda.& in d.§ de illo & in dic.l.si is à quo in §.fi.cū l.seq & optimè ea quæ notātur in l.ædem.C. loca.hāc sentētiā sequitur idē Bart.in l.ait prætor.§.si debitorē.ff. de his q̄ in fraud cre. di.per supradicta iura:& barū causarū probatio potest fieri parte absente secundū eū.prędictā theoricā approbat Ioan. de imo in l.ij.in fin.principij ff.sol.ma.per d.l.si creditores, quod reputat valde notandū. Hanc opinionē sequitur Ang. in l.nemo carcerem.C. de exacti.tri.lib.x.Bal.in l.si pro ea in ij.col.C.māda.Alex.in l.ij. in xj.

In xj.col.in prin.ff.sol.matri. fuit de mēte Barto. in l.si.C.de spōsa. & in l.q bona § de illo. ff.de dam. infec.& in l.quæsitum.ff.de pigno. optimè facit quod in simili refert Ate.post dominum suum in l.ij.in iiij.
35 colū.ff.sol.mat. † Quod ille, qui contrahit cum aduena & forēsi,nō potest ab eo petere, vt antequā ille recedat satisdet de soluendo sibi pecuniā
i per [i] prædicta quæ satis vidētur hoc fundare ex dictis prędictorū doctorū. Mouet quia qui contraxit cum forensi,cū hac cōditione videtur contraxisse,vt eius fidē sequeretur. Si enim nō sequeretur fidem aduenæ ille qui contraxit cū eo petiisset securitatē à principio, & satis videtur hoc esse de mente Bar.in l si fideiussor in §.si satisdatū.ff.qui satisda. cogan.nam ibi est casus,quòd quando debitor est suspectus ad arbitrium iudicis fit sequestratio illius rei,super qua cōtenditur: si est mobilis dicit Bart.℘ arbitrium erit in hoc, quia nō poterit fieri seqstratio quādo actor personam rei aliquo modo approbasset per dict.l.si creditores,de priuile. credi.bene facit, licet per dictum modernū non allegetur id quod dixit Specu.in tit.de satisda.ff.dict.versic.sed pone Titius. & per Bald.in l.cum proponas in fin.C.de bon.autho.iudi.possi.& alia quæ supradixi in illa quæstione nunquid forensis tenetur satisda-
36 re iudicatum solui. † Itē optimè facit text.singu in l.hæres absens in §.proinde.ff de iud. vbi est casus multū notādus.℘ ille qui cōtrahit cū aliquo aduena & forensi sciens statim illū recessurū,quòd nō poterit illū ibi cōuenire,nec ibi talis aduena potest conueniri, nec sortitur ibi forū ratione talis cōtract⁹ & Bar.ibi dicit quod forensis semp præsumitur recessurus:ideo dicebat ibi Bal. in fi.℘ isti aduenæ & forenses non possunt iurari suspecti:& illa est ratio quia iā eius fidē videtur sequutus,& illius personā videtur approbare cū sic sciebat illū forēsem & statim eū recessurū:& sic cū eo cōtraxit.& etiā Bart.ibi dicit,quòd non tenetur præstare cautionem de iudicio sisti cū ibi non sortitus sit forū,& idem glo. in l.ij.in §.si dubitet.ff.de iud. in parte sola permissione, &
37 in parte accipere. † Prædicta ego limitarem nisi essent aliqua expedienda tēpore cōtractus,vt traditio rei emptæ qa tunc licet contraxi cum forēsi in dubio nō videor sequi eius fidem. Allego ad hoc Barto.in dict. § proinde dicens, quòd quædā sunt expedienda tempore contractus, vt traditio equi,puta quia dedi tibi pecu-

niam credens me recepturum statim rem tunc si non das videris delinquere & me decipere l.iij.de pign.actio. Vnde nõ solum ratione contractus: sed ratione delicti admissi in ipso contractu posset ibi cõueniri, licet aduena & forẽsis statim esset recessur9, & sic in hoc tali casu cessat approbatio p̃sonæ cum illud de natura cõtractus erat statim implendum. Ergo si posset ibi conueniri obligatur cauere vt per gl.& Bar.in d.§.proinde & in d.§.si dubitetur. Bene facit quod singulariter dixit Bart.in l.seruũ quoque in §.ait prætor. ff. de procurato.vbi vult quòd vbicunq; aliquis debet satisdare ad arbitrium iudicis, semper iudex potest eũ releuare à satisdando vbicũque ei videtur æquum.de quo antea dixi & cõtra communẽ opinionẽ videtur Bal.sentire in aduena in rubri.C.de reuocan. his quæ
38 in frau.credi. † Prædicta igitur sit communis cõclusio regulariter quod debitor fugitiuus non potest capi, nisi vbi iusta causa suspicionis de no-
k uo superuenit k secus si erat tempore cõtractus. Hoc intellige eleganter si talis creditor qui contrahit cũ debitore sciebat, aut scire debebat eius cõditionem, puta quia erat notorie vnus Ribald9, vt lege quod te.ff.si cert.pet.si autem ignorabat puta erat cãpsor qui reputabatur idoneus & latenter anhelabat fugam, tũc capi potest licèt eius conditio non sit facta deterior post contractũ. ita dicit Ange.in dict.l.si creditores per legẽ liberto in §. largius. ff. de annuis lega.nihil enim imputari potest contrahenti cũ eo qui idoneus reputabatur.C. de pigno.actio. l.creditor.quod dicit mẽti tenendũ. Hoc dicit sentire Bal. in l.si pro ea.C.mãda.in ij.columm.vbi dicit quod requiritur quod incepisset dilapidare debitor post fideiussionẽ ad hoc vt fideiussor posset agere contra eum etiam antequam soluat secundum formam dict.l.
39 si pro ea.subdit Bald. † Et in hoc facit, quia si ante incepisset dilapidare liquidè & taliter quod deberet scire & timere sibi imputet fideiussor per dictam legem si pro ea.à contrario sensu: sed si ante dilapidasset, sed non taliter quod adhuc subesset timor, tunc cõtinuata dilapidatione ad suspicionem prosiliens dat agendi causam, quia suspicio dicitur tunc oriri de nouo.ff.qui satisdare cogantur. l. si fideiussor in §. fina. quod refert menti tenendum, & infert ex hoc ad propositum de statuto permittente iurare aliquem de suspecto, qui posit iurari, nec ne. hinc est quod Ange.in dict.l.

d. l. si creditor. dat practicam antedictam, quòd qui vult capere debitorem, vt suspectum vel facere eū capi probet debitum per testes vel instrumenta & alleget debitorem esse suspectum de fuga, & similiter super hoc probationes inducat: vt ibi est casus, & alleget causam suspicionis euenisse de nouo: & similiter probet, aut dicat eum nunc suspectum, & tempore quo cōtraxit reputabatur non suspectus, & de his probet, & vocatur summaria probatio secundum eum, & Bal. ibi, & in aliis pluribus locis: quia recipitur absente parte, vt auth. ei qui iurat. in glo. ibi & in corpore vnde sumitur. prædictam conclusionem sequitur Alex. in l. ij. in xj. col. ff. sol. mat. in prin. quod si creditor ab initio ignorasset dictam causam suspicionis subesse: & sic postea superuenisset sciētia perinde iudicabitur ac si causa suspicionis superuenisset. hoc etiam satis est de mente Bar. in d. l. si creditores. &

40 in d. l. fin. C. de sponsa. † Itē prædicta limita, nisi probetur quod debitor dolo induxisset creditorem ad secum contrahendum: quia tunc perdit beneficium dicendi quod suspicio inerat tempore cōtractus. ita dicit Pau. de Cast. in l. etiā. in §. j. ff. sol. matr. quem sequitur Alex. in d. l. ij. & facit l. pe-

41 nult. ff. de iure dot. † Sed an præsumatur creditor cōditionem debitoris sciuisse adeo, quod si alleget ignorātiā sibi incumbat onus probandi, dic quod non: imò incumbit debitori probare scientiam creditoris: sic in terminis inquit Bal. in l. fi. C. de spons. per tex. ibi, in versic. si quidem probatum fuerit. idem Bal. in l. si legibus. C. de episco. audi. idem Alex. vbi suprà, licet aliqua al

42 leget in contrarium. † Tertio limita, nisi ad illa quæ essent expedienda tempore contractus, vt traditio rei emptæ: nam ad hoc tenetur aduena antequam recedat, nec videtur cum eo contrahens in dubio confidere de persona sua secundum Bart. & Bal. in d. §.

43 proinde. † Cogitabam si ex hac theorica singulari posset referri intellectus famosus ad hāc legem quæ disponit quod si debitor non est (arraygado) si non satisdat debet poni in carcerem, & permittitur creditori eum capere, & ducere ad iudicē tanquam ex quadam suspicione inducta contra eum ex nō possessione immobiliū, quod hoc habeat verum, nisi tempore contractus celebrati, iste debitor nō erat (arraygado) nam cùm non superuenit aliqua causa suspicionis de nouo, sed eadem quę nunc est inhærebat etiā tempore

pore cōtractus imputetur creditori, qui cum tali contraxit: & per consequens non posset capi, nec carcerari dato quòd non satisdederit quod videtur mirabile, & nouum ad dispositionem huius l. & quanquam infinitis vicibus vidi debitores captos, & carceratos eo: quia in libello principali petebatur ab eis satisdatio: eo quia non erāt (arraygados) quam non præstabant nunquam vidi in alicuius fauorem, scilicet debitoris oppositum nec allegatum quod tempore debiti contracti non erat (arraygado) & quod in nihilum est immutata eius conditio ad satisdationē, & per consequens carcerationem euitādā & ad hūc intellectum vrgent nimis authoritates doctorū antea relatæ præsertim dicta lege si ab arbitro. §. qua ex causa. quę lex loquitur in propria materia, & dicti doctores loquuntur satis punctualiter in proposito.

44 †Ego non auderem determinare in hanc partem: & si tempore quo lis mouetur contra debitorē, & ab eo petitur debitū non est (arraygado) nec satisdat quod non esset carcerādus secundum huius l. tenorem hac sola causa: quia tēpore cōtractus celebrati nō erat (arraygado) esset mihi nimis scrupulosum potius si iudex essem determinarē cōtrariū[l] attenta huius l. regni. dispositione quæ disponit, quòd si debitor nō habet vnde soluat, detur incarceratus creditori, vt ei seruiat ex officio vel operibus suis, donec sibi sit satisfactum de quātitate debiti. Moueor ad hoc, nā dato, quòd debitor nō esset (arraygado) tēpore debiti contracti, tamen creditor habuit spem, & cōfidentiā debitū recuperādi cum persona debitoris: eo quia carceratus debet ei tradi, vt seruiat se de eius persona iuxta formā l. ij. infra ti. (de los gouiernos) quod secus erat de iure cōmuni: quia cum cessione bonorum liberabatur: vnde eo ipso quod cōuenitur causatur quædā suspicio noua cōtra debitorē, quod fugiet cùm nō possideat immobilia: & sic videtur quodāmodo oriri de nouo hanc suspicionē propter litē motā, quæ nō erat saltim tanta tēpore contracti debiti: cùm non statim conueniendus erat, vt quia fortè habebat terminū ad soluendū: & hoc maximè quādo contractus celebratur gratia debitoris, vt in mutuo, & similibus, satis est quod creditor voluit debitorem gratificare mutuādo sibi pecunias, cōfidēdo de persona sua: & sine fideiussione absque eo quod grauetur propter hoc bonū opus, quod dū mouet litem ad debitū exigendū debitor

tor nõ compellatur satisdare: & per consequens habeat fugiendi licentiã. quod nõ est dicendum:& sic videtur superuenisse iusta causa quæ in omnibus bonæ fidei judiciis satisdationem exigit propter iustam
45 causam superuenientẽ. †Pulchrè facit quod Bal. scribit in rub.C.de his quæ in frau. cre. vbi quærit si contraxi cum aduena:& sic scire debebã eũ recessurum, nunquid eum recedentem possum capere,arguit primò quod nõ;quia eius personã approbant per d.l. si creditores,& l.si ab arbitro.contrarium tenet motus, quia nõ debui credere eum recessurũ antequã mihi satisfaceret,nisi esset habita fides de soluendo in domicilio ipsius debitoris: & hoc ne detur materia fugiẽdi cum re aliena.l. si longius. ff.de iudi.nõ enim videtur creditor cogitasse de fuga cum re sua, quia id quod includit, seu sapit delictum nunquã includitur in genere permissorum. Item quia cùm versetur turpitudo ex parte solius debitoris nõ videtur hoc concessum.ff.eo.l.si pater.& licet solus recessus non sit turpis, tamen recedere cũ pecunia aliena est quid turpe, nec cõuenit bono viro:& sic nõ debet furtiuè quis recedere secundum eum.facit l.in bonę fidei.ff.de
46 iudi. †Licet cõtra Bal.sit magis cõmunis opin. vt antea dixi,vide And.Sic.in c.fi. xxiiij. col.versi.ij.gl. quærit de foro compe.vbi recitat hoc dictum Bal.refert Lud.in l.ij.ff. solu. mat.tenere cum Bal.sed dicit, ꝙ iste forensis satisfacit cum nuda cautione: cùm difficile erit sibi reperire fideiussores per id quod voluit gl.in l.ij.in §. si dubitetur. ff. de iudi. ipsi Siculo videtur, quòd de æquitate procedat opi.Bal.de rigore doctrina Bar.ex quo ille cõtraxit in forma viatoris: puta quia habebat pileũ in capite & calcaria in pedibus debuit esse cautus vẽditor prædicere sibi de pretio ibi soluẽdo, nisi verisimiliter videatur actum quod cõtractus impleatur statim, vt quia emi equum à viatore,& solui pretium: nam verisimiliter videtur actũ, quòd statim tradat mihi equum secundum Bar. in d.l. hæres absens.de quo ego melius, & latius dixi suprà.cogita: nã occupatio cuiusdam arduissimi negotij super quo habeo consulere reddit me excusatũ maturius cogitare alia quę latius possent examinari.Deo pmittente dicã in cõmento l.ij. infra tit.(de los gouiernos.)
47 †Sed vnũ circa prædicta tenebis menti quòd licet posset semper opponi cõtra sentẽtiã exceptio nullitatis quę prouenit ratione incõpetẽtiæ iurisdictio

dictionis, vt est casus not. iuncta gl. quæ solet commendari in cle. vnica. de seque. poss. & fru. de qua est casus in l. non erit. in §. dato. ff. de iureiu. quē ad hoc ibi pōderat Ang. tamē hoc non habebit locum in capto ab aliquo iudice propter suspicionem fugæ: vnde dicit And. Sic. in c. at si clerici. de iudi. in iiij. col. vidisse dubitari aliquis suspectus de fuga càptus erat per iudicem incōpetētem, petebatur illū relaxandum tanquā captum à non suo iudice: refert se cōsuluisse nihil obstare defectum incōpetētię iudicis, [m] motus ex quodam elegāti consilio Petri de Anch. consi. clxxx. quod mihi non deseruit de grandi dubio cùm parti hoc permittatur. l. ait prætor. in §. si debitorē. ff. de his quę in frau. cred. per gl. in l. nulli. C. de Iudæis. & per glo. in l. j. C. vbi quis decuria. idem sequitur, idē And. Sic. in rub. de foro comp. & in c. fi. in xiiij. col. eo. tit. ego reperi Ludo. Rom. in consi. ccxlij. incip. vnum est quod substantialiter obiicitur dicētem, quòd is qui captus fuit vt suspectus nunquam ad inualidandam capturam potest opponere exceptionem iudicis incompetentis, allegat pro mirabili dictū consilium Petri de Ancha consil.
48 clxxxiiij. †Ego dico esse casum ad hoc subtiliter pōderanti in l. ij. in §. in omnibus. iuncto eo quod ibi dicunt doct. ff. de iudi. pro quo etiā facit tex. singularis in §. audiēt. in auth. de defen. ciuit. vbi est casus, quod defensor ciuitatis, qui nō iudicat de maioribus criminibus potest pro talibus criminibus capere, & ad superiorē remittere, & etiam facit quod not. Inno. in c. vt famæ. de sent. excō. & quod dicit Abb. in c. cùm non ab homine. de iudi. in illa quæst. si est licitū capere debi-
49 torē fugitiuū clericum. †Itē facit, quia vbi aliquis est exemptus à iurisdictione loci respectu personæ nō perditur priuilegium si delinquat, nec post potest conueniri in loco delicti. not. tex. in c. j. de priui. lib. vj. sed debēt remitti ad suum iudicem, sed in maioribus criminibus: vbi timetur de fuga potest iudex ordinarius tales delinquentes carcerare ad superiorem remittere secūdum Abb. in c. fi. in ij. col. de fo. cōp. arg. d. § audient, supradictam conclusionē, quam tenuit Pet. de Ancha. in d. consi. Sequitur Rom. in l. ij. ff. de iurisdi. om. iud. & in l. de pupillo. in §. meminisse. ff. de no. ope. nunt. in addi. nouis. nam iudex quo ad exercitium iurisdictionis est incompetens tempore feriato in honorem Dei, tamen debitor suspectus de fuga potest capi à iudice tempore feriato, vt

inquit

inquit gl. in l. dies festos. C. de fer. vt satisdet de iudicio sisti.
50 † Duo verba ponit Alex. in d. l. ij. ff. de iurisdic. om. iud. in ij. col. quæ mihi videtur rectè dicta, & notāda. Primum hoc esse verū, nisi ita posset haberi copia iudicis cōpetentis sicut incompetentis: quia cessat ratio d. §. si debitorem. l. ait prętor. ff. de his quæ in frau. cred. nec sequitur illa conclusio potest fieri die feriato, ergo corā incompetenti iudice: nam sequeretur quod omnes causæ enumeratæ in l. ij. cum simil. ff. de feriis, possent tractari corā iudice incompetenti quod esset
51 absurdum. † Secundū, quod istum sic captum iudex incompetens retinere non potest, sed illum debet præsentare iudici competenti cùm nec priuato licitè capienti permissa esset detentio, sed iudici debet pręsentare iuxta gl. in l. capite v. de adulte, & ea quæ Bar. not. in d. §. si debitorem. & in l. si quis in seruitute. ff. de fur. adde Alex. in d. l. de pupillo. §. si quis riuos. vbi format dictam conclusionem Petri de Ancb, & Ludo. Rom, illam similiter
52 referens. † Sed quæ satisdatio debet esse ista quæ debet præstari à debitore fugitiuo, vt excuset capturam vel si est captus debeat relaxari dixi supra in illa quæstione quæ satisdatio sit hodie necessaria: nam cōcludunt doct. quòd sufficiat iudicio sisti, sed hic videtur tex. quod iudicatū solui & quia de iure isto satis videtur dicendū quod etiā requiratur fideiussor (de la haz) per ea quæ suprà dixi; quia simplex, & mera cautio de iudicio sisti ad illū finē, qui de iure cōmuni requirebatur non est hodie necessaria cum lite cōte. posset ferri sentētia, licet ad aliquid sit necessaria secūdū opi. Fulg. & Alex. de qua suprà in illo ver. incip. vlterius Hispanus noster Alfon. Probat etiā iste text. hic ibi (& si hazer nolo quisiere, y el demandado le fuere, &c.) quod si iudex est negligēs, seu algazelus in nō capiēdo debitorē qui nō erat (arraygado) nec satisdabat, quod tenetur soluere debitū si ipse debitor fugiat: casus est hic. Idē dico si esset iā capt⁹, & positus in carcere pro debito pecuniario, & fugisset custos tenetur creditori satisfacere. Iste est casus singu. in l. fin. de cust. reo. ff. in fine, ibi (domino pretium reddere deberi Saturnius probat) & ibi est casus secundum Angelum: quòd si aliquis est carceratus pro debito, & fugiat: pœna custodis est, vt satisfaciat creditori. De hoc est notādus tex. in ordinā. de Alcala. in l. quæ inci. (si los monteros) & vltra hoc impo nit pœnam custodi, quod stet

tribus

tribus mensibus in catenis si negligẽter se habuit in custodia propter quod debitor fugit,& si fuit in dolo ꝑ sex menses, & soluere debet totũ debitum ad quod erat obligat⁹ debitor,qui fugit. 53 † Adde etiã ad hanc l. notabile verbũ Bal. in auth.ei qui iurat.in iiij.col. C.de bon.auto.iudi.posſi.vbi quærit,dicit statutũ,quòd pro debito quis carceretur modo vnus creditor fecit carcerari debitorem,nunquid intelligatur carceratus ad petitionem aliorũ creditorum paria credita habẽtiũ:ita quod nõ posset relaxari de carcere,nisi omnibus soluat,& si quidem carceratus latitabat cõtra carcerantem nõ est dubium,quod aliis nõ prodesset.Si autẽ latitabat aduersus omnes credit aliis nõ prodesse:ex eo quia ista carceratio est facta contra ius commune, & quia casus est omisſus à statuto. Consilium ergo est secundũ eũ prò aliis creditoribus, vt petãt eũ in carcerẽ detineri, sed dicit, quod illud nõ possunt petere die feriato: quia nõ est aptus fugere vnde debitor captus faciat se relaxari die feriato tamen caueat ne capiatur prętextu futurę fugę: statuta tamẽ cõsueuerũt dispo nere, quod posset recõmẽdari in carcere, quo casu si in carcere nõ teneretur carcerum recõmendatio fieri nõ posset secundum Bar.in d.l. cùm vnus. hæc ille: sed quia iste est optimus articulus, & latius discutiendus vtrũ habeat locum, & quomodo maximè in his legibus nostri regni dicã Deo volente,in l.ij. infra tit. (de los gouiernos) vbi cadit propriè 54 materia. † Et tenebis semper menti, quòd vbicunq; aliquis n est captus,seu carceratus "pro debito: siue quia suspectus de fuga,siue aliàs, quòd nõ est in potestate solius partis quæ eũ fecit carcerare,& eũ extrahere de carcere: sed hoc debet fieri de mãdato iudicis:hoc probat not.tex. & ibi hoc tenet Bart. & clarius Alex.in l.neq;. §.qui in ius.ff.de in ius voc.ideò dicebat Ang.ibi, quod practicatur ꝙ custos carcerũ nõ relaxat captũ pro debito ad instantiã creditorũ,nisi primò habeant buletã iudicis, qui fecit eũ cacerare:& quia eius est relaxare,cuius est carcerare: quia nihil tã naturale est:vt in regula iuris: & nota hoc ad hanc l. ꝙ si aliquis pro debito positus est in carcere:eòquia nõ posſidet immobilia,nec satisdedit,ꝙ nõ est relaxãdus ad petitionẽ partis per custodẽ carceris,nisi super hoc habeat mandatum iudicis ad illum relaxandum. Et si aliquis qui non posſidet immobilia, nec dat satisdationem præcipiatur à iudice carcerari, & ipse fugiat ad ecclesiam,

an poterit extrahi ab ecclesia: vide in lectura l. ij. infrà, tit. (de los gouiernos.) Itē hanc legem poteris limitare pluribus modis, in quibus non potest quis capi, nec carcerari, pro, de quibus in lectura l. ij. infrà, ti. (de los gouiernos.)

ELEGANS DECLARATIO EIVSDEM RODERICI Suar. in l. ij. tit. de los gouiernos. foro legum. lib. iij. cuius tenor talis est.



I algun home fuere metido en prision por deudaque deua aq̄l q̄ lo haze meter en prisiō de le cūplimiēto de pā, y de agua hasta nueue dias, y el no sea tenudo de darle mas sino quisiere: mas si el mas pudiere auer de otra parte aya lo, y si eneste plazo pagar no pudiere, ni auer fiador si ouiere algū menester recaudelo aquel a quien deue la deuda, de guisa q̄ pueda vsar de su menester, y de lo q̄ el ganare de le q̄ coma, y que vista guisadamēte, y lo de mas reciba lo en cuēta de su deuda, y si menester no vuiere aquel a quiē deue la deuda le quisiere tener mātēga le asi como sobre dicho es, y sirua se del.

Hæc l. hoc intēdit in summa si aliquis est incarceratus pro debito ad petitionē, & instātiā alicuius, ille q eū fecit incarcerari, tenetur ei dare victū panis & aquæ vsq; ad ix. dies, & nō plus: & si intra illos ix. dies nō potuerit soluere, nec fideiussorem dare, creditor exigat debita omnia, si qua huic suo debitori debentur: & si iste debitor laboret in officio quod scit, & creditor ex eo quod lucratus fuerit, det sibi victū & vestitū: & residuū accipiat in extimationē debiti: & si iste debitor nō habeat vnde soluere posset: & creditor velue

rit eum accipere, & detur sibi per iudicem: vt seruiat ei: & ita q de eo quod lucratus fuerit, cũ persona det sibi victum residuum a accipiat in compensationem debiti. h. d.

SVMMARIVM.

1 *Ante hanc legẽ quid erat iure cautum, quãdo debitor cõdẽnatus non soluebat, vsque ad nu. 6.*

2 *Hodie de iure regni debitor carceratus qualiter sit dandus creditoribus vt seruiat, & nume. 8.*

9 *Obligatus precise ad factum, an habeat beneficium cessionis bonorum. & nume. 10.*

11 *Operæ seruiles an extenuẽt sortem in cõtractu emptionis vel pignoris.*

12 *Si creditores renunciant iuri carcerandi debitorem, an ex hoc impediatur cessio bonorum. & nu. 13.*

14 *Si creditor nolit tenere debitorem in domo, sed quod extra domum laboret, & ex labore sibi satisfaciat, an possit.*

15 *Cessio bonorum qualiter olim fiebat, & quid iuris hodie.*

16 *Debitor per quot dies debet stare in carcere antequàm detur creditori ad seruiendum.*

17 *De validitate huius legis, & an valeat statutum quòd debitor cõdemnatus ante solutionem, non exeat de carceribus, disputatur nume. 18. & 19.*

20 *Lex ex iusta causa statuit vt homo liber possit vẽdi & pignorari.*

21 *An valeat statutũ quod mercatores dolo fugientes, cum pecunia & rebus alienis dentur creditoribus lacerandi.*

ADDITIO.

a *Adde quòd ideò decidstur quòd si debitor habet vnde, creditoribus plenariè soluat, non potest cedere bonis, secũdũ doct. in l. j. C. qui bo. ced. poss. licet ibi Cy. in iij. q. teneat oppositũ: de quo per Ias. in §. fi. pen. col. instit. de actio. in xij. limit. l. regni.*

b *Adde Io. Fab. in §. fi. in v. col. inst. de actio. dicentem, quòd obligatus ad factũ cedendo bonis non liberatur, quia causa quare liberatur est impotentia soluendi, vbi ergo tenet ad factũ: talis impotentia non potest allegari, quia sibi est possibile facere, & sic saluat gl. illã cõmuniter reprobatã in l. stipulatio. § sine autem. ff. de noui ope. nun. de quo vide latius per Ias. in alleg. §. fin. instit. de actio. in v. col. nu. 2.*

c *Adde Io. Fab. in alleg. §. fin. insti. de actio. fin. col. dicentem quòd si est cõsuetudo quòd nunquam quis pro debito ciuili carceratur, prout est in regno Franciæ, vbi non incarceratur aliquis nisi ad id sit expressè obligatus: ob id quæ non erit cessioni locus, quandoquidem causa cedendi cessat.*

d *Adde quòd cõsuetudo vel statutũ quæ inducũt hæc inhonesta in cessione bonorũ nõ valet, & ibidẽ in pacto vel statuto: de quo vide Alb. de ros. in j. par. statu. in q. xxxvj. & eundẽ in ru. C. qui bo. ced. pos. doct. in*

in c. Odoar. de solut. l.j. §.fin.in fin. col.instit.de a viso.

Adde in similis an statutũ possit inducere vt quis pro malefició staret in perpetuo carcere: licet de iure ciuili talis pœna nõ debeat imponi: de quo vide Bal. in tra. stat.ver. carcer: vbi concludit affirmatiuè.

1 ANte omnia,vt morẽ pro missum seruemus, est inuestigandũ quid de iure cõmuni circa hoc statutũ sit, & præmitte, ꝙ secundũ legem duodecim tabularum,vbi debitor erat condemnatus pro debito quod debebat: incarcerabatur si nõ soluebat, & sperabantur xl.dies, vt fortè infra illud tẽpus aliquis misericordia motus solueret pro eo, & si intra illud tempus nullus solueret pro eo: dabatur creditoribus dilacerãdus:ita dicit gl.in l. j. &in l.fin.C.qui bo.ce.poss.ego dico ꝙ hoc prius fuit verbum Azo.in sum.sua sup ti.qui bo. ced. poss. qui tenuit ꝙ post xl. dies dabatur creditoribus lacerandus,cum quo transit Sali.

2 in d.l.sed non est verum.† Vnde dico,ꝙ de iure antiquo antequã fieret titulus de cessione bonorum,debitor condẽnatus,qui non soluebat detrudebatur in carcerem. Hoc probatur in l.1.C.qui bo.ced.poss. ibi (in eo enim tãtũ modo hoc beneficiũ eis prodest, ne iudicati detrudãtur in carcerem.) & ita tenuit gl.fin.dicens, ꝙ si non cedit bonis,debet poni in carcerẽ pro debito.idem tenet gl.in ru.de cessio.bo.ff.&in l. fi.C.eod.tit.& illam l.j.C. qui bo.ce.poss. reperio allegatã à Bar.in l.cum eo.ff.ad l.Iul.pecul.ad hoc ꝙ non potest iudex imponere quem in carceribus, nisi postquàm est condẽnatus pro debito. Ad hoc etiã allegata fuit per Ang.& Pau.in d. l.j.hoc est indubitatum, quòd condemnatus pro debito,si nõ soluebat, est in carcere detrudendus. 3 † Tamen illud quod Azo,& gl.dixerunt.s.ꝙibi est detinendus per xl. dies, post quos si non soluat,detur creditoribus carcerãdus, seu cruciãdus:nõ est verũ,secundũ Cy.in d.l.j. dicẽtem se nescire ex qua lege isti detraxerunt hoc:nam non reperitur aliqua lex quæ dixerit,nisi ꝙ in carcerẽ tantũ detrudatur,idẽ Ang.in l fi.eo. tit.C.ista crede vera, tamẽ posset dici ꝙ Azo & Accurs. licet non allegent,pornetunt moueri ex tex sing. in l. fin. C.eod. ti.ibi.(salua eorũ videlicet extimatione) & omni corporali cruciatu remoto : vbi videtur Imperator remouere cruciatũ corporis, quod debitoribus non soluentibus inferebatur: quod nota, quia non reperies ponderatum ad hoc illum tex.

4 † Sit igitur conclusio, ꝙ vbi debitor erat condemnatus, & non soluebat, ponebatur olim

in carcere: vt est casus in d.l.j. facit tex. in l. iij. §. tutores qui. ff. de suspe. tuto. ibi. (vinculis publicis iubentur contineri,) qui tex. allegatur ad hoc per aliquos, sed non multum facit quia loquitur in diuerso casu, scilicet, imponendo pœnam tutoribus qui inuentarium non fecerunt, seu pertinaciter pecuniam ad emptionẽ prædiorum non contulerint, &c. Prędicta intellige, quòd debitor potest carcerari, si est condemnatus: & non soluit, exclusis prius omnibus bonis ipsius de
a bitoris,[a] scilicet, omnibus bonis rebus & iuribus, & debitoribus ipsius debitoris. l. à diuo Pio, in §. invenditione. ff. de re iud. ista est gl. singularis in l. iij. in §. tutores qui. ff. de substit. tut. quam ad hoc extollit Bar. in d.l.j. C. qui bo. ce. poss. per quã sic limitat d. l. de quo
5 infrà latius dicã.† Superuenit postea ius Codicis, & statutum est, quòd si aliquis pro debito condemnatus est, & nõ soluit non carceretur: prout ante statutum erat, sed cedendo bonis euitet pœnã carcerationis, hoc statuitur in toto tit. C. &
6 ff. de cess. bon. † Post omnia hæc iura, superuenit hoc ius nouum nostri regni, quo statuitur, vt debitor condemnatus qui non habet vnde soluat, non liberetur cedendo bonis: imò debet poni in potestatem creditoris, vt ei seruiat ex officio, vel operibus suis, pro-
7 ut latius hic disponitur, † Nota primò istum tex. quòd debitor condemnatus qui non habet vnde soluat: incarcerandus est, dandus in potestatem creditoris, vt ei seruiat: ita quòd de eo quod fuerit lucratus ex operibus suis, satisfiat creditori. facit text. in l. xij. incipit. (si home que es deudor.) in hoc foro lib. iiij. titu. (de las deudas.) ibi (sea entregado del cuerpo.) & ibi. (aquel sea entregado del cuerpo.) l. fin. eiusdem tit. ibi. (& si los bienes nõ complieren sea apoderado del cuerpo del deudor, assi como manda la ley, &c. ex hoc videtur corrigi l. ob æs. C. de act. & obli. vbi tex. dicit (ob æs alienum, seruire liberos creditoribus iura compelli non patiuntur:) maximè secundum vnam casus positionẽ, quam sequitur Bald. post glo. creditor meus, quia non habeo vnde ei soluam vult me compellere, vt
* iure seruitutis pręstem ei operas, certè non potest. idẽ si non iure seruitutis: quia operæ nõ inducũtur liberis personis. l. ij. de lib. ho. exh. & in hoc vltimo est cõtra hãc l. & Bal. ibi in j. oppo. dicit nõ obstare l. j. C. de ces. bo. in l. nemo. & in l. quoties. C. de exact. trib. quæ iura permittũt condẽnatũ incarcerari

pro

pro debito: nã d. iura loquuntur de carcere tædiali, vt tędio affectus soluat, vel alius pro eo miseratione ductus: sed tex. in d. l. ob æs, loquitur de carceratione, seu detentione apud creditorem, & in eius potestate ad seruiendũ & pręstandũ operas. quod prohibetur in d. l. ob æs. cũ quodãmodo sit quædã species seruitutis: ideò dicit Papa in c. ij. de pig. lex habet, vt homo liber pro debito nõ teneatur, & si res defuerint, quæ possent pro debito adiici.
8 † Hoc corrigitur hodie per hanc l. imò debitor carceratur in potestate ipsius creditoris, & seruire tenetur in officio donec debitũ extenuatum sit. Itaque per hãc l. reducitur hæc materia ad ius antiquũ quod disponebat, vt debitor condẽnatus non soluẽs, detrudatur in carcerem, sed addit hæc lex, ꝙ si creditor vult incarcereť apud eũ, & ei seruiat ex officio vsq; ad totius debiti æquiualentiã, & ꝙ hodie sublatũ sit beneficiũ cessionis per hãc l. nec per eã euitabitur carceratio in practica est indubitatũ, & etiã in theorica: licet hic non dicatur specificè.
9 † Allego ad hoc in terminis sing. verbũ Ang. in l is qui bonis. ff. de cess. bo. vbi dicit, ꝙ cũ in Thuscia sint statuta ꝙ obligati per instrumẽta guarẽtigiæ ponãtur in carceribus, de quibus exire nõ possunt, nisi soluãt. nõ audiũtur bonis cedẽdo: refert sic fuisse pronunciatũ Perusij eo aduocante. Fundamentũ suũ est quoddã dictum Cy. in l. j. C. de cess. bo. vbi dicit ꝙ obligatur præcisè ad factũ, nõ gaudet [b] priuilegio cessionis bonorũ. & Bart. in l. Sabinus. ff. de cess. bo. refert hoc dictũ Cy. & illũ sequitur. s. ꝙ vbi lex dicit quẽ præcise teneri ad factũ, nullo modo potest gaudere cessione bonorũ: est verũ ꝙ And. Sicu. in c. Odoardus. de solut. refert hoc dictũ Ang. & dicit malè consuluisse, & obtinuisse: mouetur ex dicto Bal. in l. j. C. de cessio bo.
10 † Tu tene cõclusionẽ ang. nam Bal. non loquitur in casu statuti, in quo loquitur Ang. sed solum dicit ꝙ si statutũ dicat, quòd instrumenta guarẽtigiæ mandẽtur executioni per carcerẽ, & quãuis alia via quæ magis placuerit creditori: dicit ꝙ isto casu euitauit carcerationem debitor per cessionem bonorum: & sic loquitur magis strictè. & statutum Ang. dicebat, ꝙ de carcere exire non posset nisi soluat, & adhuc hoc voluit sentire Bald. in d. l. j. qui limitat se, nisi statutum nominatim aliud in contrarium disponat, sed satis disposuit cũ dicit, ꝙ de carceribus exire nõ possit, nisi soluat, & in casu legis nostræ est minus dubiũ, tam quia disponit magis clarè, quàm

in carcere: vt est casus in d.l.j. facit tex.in l.iij.§.tutores qui. ff.de suspe.tuto. ibi. (vinculis publicis iubentur contineri,) qui tex. allegatur ad hoc per aliquos. sed non multum facit quia loquitur in diuerso casu, scilicet, imponendo pœnam tutoribus qui inuentarium non fecerunt, seu pertinaciter pecuniam ad emptionẽ prædiorum non contulerint,&c. Prędicta intellige, quòd debitor potest carcerari, si est condemnatus: & non soluit, exclusis prius omnibus bonis ipsius de
a bitoris,[a] scilicet, omnibus bonis rebus & iuribus,& debitoribus ipsius debitoris.l. à diuo Pio.in §.invenditione.ff.de re iud. ista est gl. singularis in l. iij.in §. tutores qui. ff. de substit. tut. quam ad hoc extollit Bar.in d.l.j.C.qui bo. ce. poss. per quã sic limitat d.l. de quo
5 infrà latius dicã.† Superuenit postea ius Codicis,& statutum est, quòd si aliquis pro debito condemnatus est, & nõ soluit non carceretur: prout ante statutum erat, sed cedendo bonis euitet pœnã carcerationis, hoc statuitur in toto tit. C. &
6 ff. de cess. bon.† Post omnia hæc iura, superuenit hoc ius nouum nostri regni, quo statuitur, vt debitor condemnatus qui non habet vnde soluat, non liberetur cedendo bonis: imò debet poni in potestatem creditoris, vt ei seruiat ex officio, vel operibus suis, pro-
7 ut latius hic disponitur. †Nota primò istum tex. quòd debitor condemnatus qui non habet vnde soluat: incarcerandus est, dandus in potestatem creditoris, vt ei seruiat: ita quòd de eo quod fuerit lucratus ex operibus suis, satisfiat creditori. facit text. in l. xij. incipit. (si home que es deudor.) in hoc foro lib. iiij. titu. (de las deudas.)ibi (sea entregado del cuerpo.) & ibi. (aquel sea entregado del cuerpo.) l.fin.eiusdem tit.ibi.(& si los bienes nõ complieren sea apoderado del cuerpo del deudor, assi como manda la ley,&c.ex hoc videtur corrigi l.ob æs.C. de act. & obli. vbi tex. dicit (ob æs alienum, seruire liberos creditoribus iura compelli non patiuntur:) maximè secundum vnam casus positionẽ, quam sequitur Bald. post glo. creditor meus, quia non habeo vnde ei soluam vult me compellere, vt iure seruitutis pręstem ei operas, certè non potest. idẽ si non iure seruitutis: quia operæ nõ inducũtur liberis personis.l.ij. de lib.ho.exh.&in hoc vltimo est cõtra hãc l.& Bal.ibi in j.oppo.dicit nõ obstare l.j.C.de cess. bo. in l. nemo. &in l.quoties. C.de exact.trib. quæ iura permittũt condẽnatũ incarcerari pro

pro debito: nā d. iura loquuntur de carcere tædiali, vt tędio affectus soluat, vel alius pro eo miseratione ductus: sed tex. in d. l. ob æs, loquitur de carceratione, seu detentione apud creditorem, & in eius potestate ad seruiendū & pręstandū operas. quod prohibetur in d. l. ob æs. cū quodāmodo sit quædā species seruitutis: ideò dicit Papa in c. ij. de pig. lex habet, vt homo liber pro debito nō teneatur, & si res defuerint, quæ possent pro debito adiici.
8 † Hoc corrigitur hodie per hanc l. imò debitor carceratur in potestate ipsius creditoris, & seruire tenetur in officio donec debitū extenuatum sit. Itaque per hāc l. reducitur hæc materia ad ius antiquū quod dispo nebat, vt debitor condēnatus non soluēs, detrudatur in carcerem, sed addit hæc lex, ꝙ si creditor vult incarceretē apud eū, & ei seruiat ex officio vsq; ad totius debiti æquiualentiā, & ꝙ hodie sublatū sit beneficiū cessionis per hāc l. nec per eā euitabitur carceratio in practica est indubitatū, & etiā in theorica: licet hic non dicatur specificè.
9 † Allego ad hoc in terminis sing. verbū Ang. in l. is qui bonis. ff. de cess. bo. vbi dicit, ꝙ cū in Thuscia sint statuta ꝙ obligati per instrumēta guarētigiæ ponātur in carceribus, de quibus exire nōpossunt, nisi soluāt, nō audiūtur bonis cedē do: refert sic fuisse pronunciatū Perusij eo aduocante. Fundamentū suū est quoddā dictum Cy. in l. j. C. de cess. bo. vbi dicit ꝙ obligatur præcisè ad factū, b nō gaudet [b] priuilegio cessionis bonorū. & Bart. in l. Sabinus. ff. de cess. bo. refert hoc dictū Cy. & illū sequitur. s. ꝙ vbi lex dicit quē præcisè teneri ad factū, nullo modo potest gaudere cessione bonorū: est verū ꝙ And. Sicu. in c. Odoardus. de solut. refert hoc dictū Ang. & dicit malè consuluisse, & obtinuisse: mouetur ex dicto Bal. in
10 l. j. C. de cessio bo. † Tu tene cō clusionē ang. nam Bal. non loquitur in casu statuti, in quo loquitur Ang. sed solum dicit ꝙ si statutū dicat, quòd instrumenta guarētigiæ mandētur executioni per carcerē, & quāuis alia via quæ magis placuerit creditori: dicit ꝙ isto casu euitauit carcerationem debitor per cessionem bonorum: & sic loquitur magis strictè. & statutum Ang. dicebat, ꝙ de carcere exire non posset nisi soluat, & adhuc hoc voluit sentire Bald. in d. l. j. qui limitat se, nisi statutum nominatim aliud in contrarium disponat, sed satis disposuit cū dicit, ꝙ de carceribus exire nō possit, nisi soluat, & in casu legis nostræ est minus dubiū, tam quia disponit magis clarè, quàm

ex eo, quia est lex in qua cessant fundamēta Bald.& Sicul. tamē ipse Bal.in d.l.j.in ij.col. ad finē dixit se limitare illud dictū Cyn.s.ꝙ obligatus pcise ad factū nō liberetur cedendo bonis: esse verū si haberet facultatē faciendi alias propter impossibilitatē venitur ad interesse: & sic haberet locū cessio: sed quoad nostrā legē verius est qd dixi. † Et notabis istū text. ibi (y lo demas reciba lo en cuēta de su deuda:) quia ex hoc videtur, quòd quodāmodo loco pignoris ponitur debitor in potestate creditoris: vnde debes scire, ꝙ operæ seruientes nō extenuāt sortē in contractu emptionis, puta si propter nimiam egestatem pater venderet filiū: nam tunc operæ seruiles huius filij non extenuant sortem. Casus est in l.ij.C.de patri.qui fi.distra. sed in contractu pignoris bene operæ seruiles extenuāt sortem sicut in aliis rebus pignorātis secundū Bal.in d.l.ij. in ij colū. cum quo concordat
12 ista lex. † Vnum tamen tene menti, quod etiam de iure cōmuni poterat inueniri remediū, quasi cum hac lege cōcordans: dico enim quòd si creditores renūciassent iuri carcerandi debitorē, ꝙ debitor tūc non posset cedere bonis: quia
c ratio carceris cessat: [c] & ideo tunc in hoc casu prout dictum lucrabitur, talis debitor creditoribus soluere tenetur nō attento ne egeat cū cessante ratione beneficiū cesset.l.fin.ff. de diuor. hæc Bal.in l.j.in iij. col.C.qui bo.cede.pos.& Sali. extollit hanc cōclusionē in d. l.j in iiij colū. ex quo infert ꝙ caute poterunt sibi debitores prouidere ad euitandā cessionem, sed in fine dubitās tenet cōtrariū. Mouetur quia beneficium cessionis duo dicit. vnū ne in carcerem detrudat aliud ne in foro cōueniatur, nisi pro quæsitis postea, & habeat ratio ne egeat: ideo dato, quod creditor renunciet iuri conueniēdi eum insolidū dando facultatem, vt deducat ne egeat nō satis facit: vnde dicit, quòd ex sola dicta renuntiatiōe carcerādi nō potest impediri quo minus debitor bonis cedat.
13 † Mihi videtur æqua & iuridica opin. Bal. quā corroboro ex dictis per Cyn. post Iac.de Aret.in d.l.j.C.qui bon.cede. post.viij.quæst. vbi tenet quod debitor non potest cedere bonis creditoribus nō petētib⁹: ex eo quia beneficium cessionis est inductum ad euitandā carceris iniuriā.l.j.C.eo.titu. & l.fi. itaque debitor bene potest soluere creditoribus non instātibus, sed non cedere bonis: cum ergo si creditores renunciant iuri carcerādi, cessat carceratio ad cuius iniuriam vitan

vitandam fuit cesſio introducta ceſſare debet ceſsio. Item fraudibus obuiandũ eſt cõtra ribaldos,& inuerecundos debitores:nã ſic poſſent fraudari in quærendis creditoribus ſub ſpe ceſsionis fiendæ ꝙ eſſe nõ debet,vt dicebat Cyn.in d. l.j.iuſtum ergo quòd ex laboribus ſoluant quod debent & ſic exonerabunt cõſcientiam ſuam,vt ſecuriores recedãt ab hac vita.ad fundamentũ Salic. reſpõdeo verum eſſe,ꝙ ceſsio operatur illos effectus, quos ipſe dicit:tamen illud poſtquã ceſsio facta fuit & habuit effectum,ſed cũ nondũ facta eſt: imo iuſte impedita ꝓpter carceris renunciationẽ a creditoribus factã quæ non eſt,nõ poteſt inducere effectũ tanquam ſi facta eſſet,& ita teneo opin. Bald.per quã datur ſingularis concordia de iure cõmuni ad hanc l.licet non quãtũ adhoc, vt ponatur in poteſtate credi-
14 toris. † Ex quo infero vnum ſingulare remediũ ſi eſſet caſus in quo fortè creditor non vult habere debitorẽ in domo ſua quòd renuntiet iuri carcerandi: & ex operibus dietim creditori ſatiſfaciat, & etiam ſine hac renuntiatione poſſet hoc fieri ſecundũ hanc l.quæ ad ſecuritatẽ creditoris mandat,vt ponatur debitor carcerat⁹ in poteſtate ſua:& ſi ipſe vellet non tenere eũ in domo:

& cõfidens de illo dimitteret illũ operari,& laborare ad libitum bene poſſet hoc facere.
15 † Quæro primo ad declarationẽ huius l. quæ forma debet teneri? vbi debitor datur creditori ad illũ ſeruiendũ,& de iure communi ceſsio fiebat ſola voluntate dicendo cedo bonis abſque alia ſolennitate verborum vel facti.text.eſt in l.in omni.C.qui. bo.cede.po. vbi ait Imperator ſcrupuloſitate priorum legum exploſa: profeſsio ſola querẽda eſt:ſufficit enim voluntatis ſola profeſsio l.pen.& fin.ff.eo.ti. poteſt etiã fieri per nuncium vel per epiſtolam.ff.eo.l.fin. conſuetudo tamen in opprobriũ debitorum reperiit alias formas:nam in quibuſdam partibus de conſuetudine vel iure municipali percutit in poſteriori parte alibi cũ poſterioribus percutit vnũ lapidẽ adhoc ordinatũ,& Romæ aſcendit leonẽ marmoreũ qui eſt in pede ſcalarij capitolij & dicit cedo bonis. cap. Odoardus de ſolutio.refert Cyn.in d.l.j.in v.quæſt.licèt dicat talia ſtatuta,& cõſuetudines eſſe contra bonos mores,& cõtra l.fin.C. &.ff.de ce.bo.Ang.in l.fin.ff. de.ce.bo.dicit,quod in partibus Italiæ inoleuit cõſuetudo, ꝙ nudus vadat cedẽs bonis in loco publico, & notorio, & poſteriora percutiat ter ad la-

pidē vel colūnā clamādo cedo bonis.& Ang.in d.l fin.dicit, ꝙ semel vidit fieri cessionem ad colūnā existentē iuxta pala tium priorum dominorū Perusij. Hæc lex nostra nil harū solēnitatū videtur requirere, nisi quod postquā quis est con demnatus:ita quòd constat de debito.& est incarceratus debet fieri executio in omnibus bonis,& si non sufficiunt po nendus est in potestate creditoris.vt ei seruiat, & laboret in officio:ita quod ex operib⁹ suis debitū extenuetur,& vltra hoc facta est hodie quædā pragmatica sanctio,qua caue tur vt cedens bonis portet ad
16 collum manicā ferreā. † Notabis tamē quòd postquā per debitorem fuerit facta cessio bonorū,debet stare in carcerē per nouē dies,quibus durantibus publicè præconium detur qualiter debitor datur incarceratus tali creditori,& iuret creditor in forma iuris,ꝙ eum recipit sine simulatione, & fraude,& per iudicē limitetur tēpus debitori, quo seruire teneat̄ creditori.& quod post tempus finitū talis debitor alij creditori pro debito sibi debito detur etiā incarceratus,si contra eum constat de debito:ita dicit quædā lex in ordi.regis Henrici iiij.in Madrid. ańo.lviij. petition. viij.
17 † Quæro secūdo de validitate huius l.disponētis,ꝙ debitor si non habet vnde soluat, ponatur in potestate creditoris, vt ei seruiat: certè ista lex in totū videtur euertere materiā cessionis bonorū,cū non permittat debitorē exire de carcere,nisi soluat:& si nō potest soluere si creditor vult debet ei dari,vt seruiat illi secundū formam hic traditā.dic quod bene valet lex,quod ponatur in carcere donec soluat.de hoc est casus in l.j C.qui bon.cede. poss.vbi ante cessionis benefi cium hoc statutū erat. Attende tamen quod Salice. mouet q̄st.in d.l j.in ij.col in v.oppo si.si valeret statutū:vt debitor condēnatus nō soluens ponatur in carcere publico:hoc est sine dubio,quod valet per *d.l.* j.vbi cōdēnati incarcerabantur:sed si vltra hoc statutū ꝓcederet,
18 † addendo vt nō possent carceres exire,nisi soluāt etiā si vellent cedere bonis ad quā cessionem nō admittātur: vtrū valeat tale statutū prohibens cessionē ibi,nō se determinat:sed remittit se ad id q̄d ponit in quæstione de renūcia tione:& ibi in ix.quæst.se determinat in hoc,quod nō potest debitor renuntiare beneficio cessionis bonorū secutus opinionē Dini.Mouetur:quia carcer est inuētus ad custodiā non ad pœnam inducendam: & quia tale pactum est contra

bonos

bonos mores,& naturalẽ ęqui tatem:quia contra humanitatẽ:& sic nõ debet valere.l.alia §.eleganter.ff.solu.mat. Item quia inuẽtus deducitur, vt in carcere perpetuo retineatur quæ censetur esse quædã species,quasi seruitutis l.ij.ff. de libe.ho.exhiben.ergo nõ debet valere.l.ob æs.C.de actio. & obliga.& quia liberi hominis caro,& corium per indirectum videtur deduci in cõmercium inclusionis carcerum ad petitionẽ & voluntatem creditoris,contra l.stipulãtem in §.sacram.ff.de verbo.oblig.& hæc omnia secundũ eum inducunt vnũ votũ captãdæ mortis illius contra l.fin.C.de pactis. per quæ residet renunciationẽ nõ valere ex qua decisione iũcto eo quod dixit in ij colum. satis videtur esse de mẽte sua nõ valere dictũ statutum.melius facit quod Bal.dicit in d.l. j.in ij.col.vbi firmat quod bene valet statutum quod debitor detineatur in carcere publico, si non soluat condẽnatus, sed non vt detineatur in carcere priuato.Illud enim fit pro crimine capitali,vt per to

19 tum de priua.carce. † His non obstantibus teneo valere huius l.dispositionẽ,& quod valeat legis dispositio[e] quod debitor condẽnatus non soluens detrudatur in carcerem à quo nõ extrahatũ donec soluat,nec sibi aliquid profit cessio bonorũ nõ est dubiũ:quia casus legis est apertus in dic l.j.vbi illud idem erat statutum ante quam beneficiũ cessionis concessum esset,quod ad illud tollendum inuentũ est,nec reperitur à iure quod esset tempus prefinitum,seu taxatum intra quod,& non vltra deberet cõdemnatus stare in carcere:licèt glo.in dic.l.j.& si.diceret, quod quadraginta dies post quos dabatur creditorib[9] dilacerandus quæ reprobatur,vt

20 dictũ est. † Præterea licet de iure liber homo nõ posset vẽdi,nec pignorari ꝓ debito l. j.C.de pact. qui fi. distra.l.ob æs cũ authen.ibi posita.C. de actio.& oblig.ff.quæ res pig. oblig.non pos.l.fi.cum vulgaribus.tamen ex causa hoc lex ꝑmittit: & statuit posse fieri: nã pater necessitate famis vẽdere & pignorare potest filiũ l.ij.C.de patri.q fi.dis.sic etiã fuit legi visa iusta causa,vt debitor nõ soluẽs seruiat creditori:ita vt ex laborib[9],& opib[9] debitũ extennetur.Item,quia hic nõ inducitur seruitus debitori,sed solũ modo vt seruiat,vt dicebat gl.fin.in l.j.C. qui bon.ce.po.& nõ reperitur prohibitum: imo permissum, quod quis posset locare operas suas l.qui operas, & l. in operis cum aliis.ff. loca. quãto magis à lege poterit per-

mitti & statui vt debitor operetur creditori donec debitũ sit satisfactũ, non dubito igitur de validitate legis, in fortiori casu disponebatur in lege duodecim tabularũ si Azoni Augerio & Acursio credamus qui in d.l.j.& si.tenent ꝙ 1 post xl.dies si nõ soluebat dabatur creditoribus dilacerandus.plus dicebat Bal.in dict.l.

11 fi.in j.colũ. † Quod in falsis a mercatoribus qui fugiunt nõ ex infortunio:sed dolo cũ pecunia & rebus alienis,quòd cõtra istos tales bene valeret statutũ quòd dẽtur creditoribus lacerãdi.Bonus tex.in ratione sui in l.bona fides.ff. deposi. vbi cõsultus ait si ciuile ius & legũ ordinẽ magis in publicã differenda sunt,nã malè meri 1 tus publicè,vt exẽplo aliis ad terrenda maleficia:sic etiã ege state laborare debet. Per quę concludo dispositionẽ hui⁹ l. validã esse:& quia de hoc non est latius insistendum cũ sacrilegiũ reputetur de principis a potestate disputare,& absque dubio obseruet curiosum magis quã vtile esset cartas amplius in hoc occupare.In simili de obside statutũ est,& vtrũ homo liber posset obses constitui pro securitate debiti vel alterius rei larga est materia, de qua p gl.in c.ex rescripto de iureiu.& ibi canonistæ latissime gl.in l.ij.de patri.qui fil.dist.& ibi doct.& in l. ob æs.C.de actio.& oblig.& in l. obsides de testamẽ.ff. cũ vulgaribus.& vide Bal.qui singulariter loquitur in d.l.ij.C.de patri.qui fil.distraxerunt.

SVMMARIVM.

Si debitor nõ vult cedere bonis:sed dicit se velle esse in carceribus,& nume.1.

ADDITIO.

Adde in simili si debitor est condẽnatus in pecunia ex delicto,& mauult eligere penã corporalem quã soluere pecuniã cũ sit soluẽdo an debeat audiri:de qua vi. Bal. in l.fi.versi.quid si reus diues. ff. de in ius vocando:& facit etiam Bart.in l.stichus.ff.de peculio legato.Alexã.de Imo.in l.quanuis co.fi.ff.sol.mat.

Quæro tertiò pone quod debitor existens in carcere pro debito iam liquidato siue per sententiam vel aliàs, nõ vult cedere bonis ne detur incarceratus in potestatẽ sui creditoris: sed dicit se velle esse in carcere [a] quid fiendũ? habui de facto iudicare super hoc,dum semel fuissem ad visitandas carceres, quando in hac Cãcellaria erã auditor in quodam factore illustris marchionis de Astorga,qui erat cõdemnatus in magna quãtitate,& erat positus in carcerem, qui nolebat cedere bonis, ne daretur in potestatẽ Marchionis,vt ei seruiret timens ne in eum

eum sæuiret, certe in materia cessionis bonorum gl. mouet quęst. in l. fi. C. de cessio. bono. in parte generandi, & dicit ꝙ si debitor, nec vellet cedere bonis, nec stare iuri debet incarcerati: & sic vsque ad xl. dies stare vt saltē misericordiæ causa aliquis soluat, ꝑ eo postmodum creditoribus dilacerandus detur, & sic residet Accur. cum quo transit ibi Sali. excepto eo de dando creditoribus declarādo: & est casus de quæstione in l. j C. de cessio. bono. a vbi antequam cessio bonorū inuenta esset manebat carceratus, ergo si non cedit bonis, b debeat esse in carcere: sed hoc
1 non esset sine dubio. †De iure communi attenta opinione tenentium quòd hodie debitor non posset renuntiare beneficio cessionis bonorū, sed satis renuntiat ex quo nō vult cedere bonis: sed hodie dico hoc esse determinatū per hanc legem vt post nouem dies ex quo stetit in carcere iam condemnatus pro debito debet dari creditori vt ei seruiat secūdum formam hic traditam si non habet vnde soluat, nec in hoc exquiritur volūtas debitoris, sed volūtas creditoris ibi (Y a quel a quien deuiere la deuda le quisiere tener.) & sic iudicaui contra illū ribaldū qui volebat esse in carcere & nō cedere in bonis.

SVMMARIVM.

1 *Debitor an possit impedire ne detur ad seruiendū creditoribus excipiendo de nullitate sententiæ, & nu. 2. & nu. 5.*

3 *Aduersus minorē viginti & quinque annis an possit procedi ad capturam in contumacia & quando restitutio in integrū impediat executionem sententiæ.*

4 *Exceptio nullitatis an impediat executionem irretractabili trium sententiarum?*

ADDITIO.

a *Adde ibidem per scribentes nouiores & vide Bart. Soci. in consil. lxxviij. licet pendeant. vol. iij.*

b *Adde per tex. gl. & doct. in c. frustrata. de in integ. restit. Alex. de Imo. consi. xviij. vol. j.*

1 QVartò †quæritur de quæstione no. ista lex permittit, & mādat vt debitor ponatur in carcere, & post nouem dies ponatur in potestate creditoris: vt ei seruiat si debitor cōtra sentētiā latā cōtra eum & contra eius executionē poterit opponere exceptionem nullitatis: & si talis exceptio nullitatis impediet hanc executionem personalem permissam per hāc l. ne detur seu ponatur in potestatem creditoris: dico ꝙ sic, & est hoc valde notandum. Vnde dico quòd licet regulariter exceptio nullitatis seu alia altiorē indaginē requirens non impediat executionem sententię: sed reseruatur

uatur in iudicio ordinario: vt l. à diuo Pio. in §. super rebus. ff. de re iud. & in l. iiij. in §. cõdemnatum. eo. ti. vbi plenè di
a stinguit,[a] & in aliis locis vulgaribus: tamẽ prędicta doctrina est vera in executione retractabili: vt quando executio fit in bonis si autem petatur
2 † fieri in personam per capturam: tunc quia ex illa infertur quædam iniuria quæ non potest aboleri tũc indistinctè impeditur executio pẽdente causa nullitatis, etiam per viam exceptionis: etiam si non offeratur probatio incontinenti. elegans fuit verbum Pau. de Cast. in l. iiij. in §. condemnatum. de re iud. Alex. in d. §. cõdemnatum. in v. addi. commemorat hoc dictum pro valde not. adducens ad illius corroborationem id quod traditur in l. si creditores. in fi. de priu. cred. & in l. si verò. in §. qui pro rei. ff. qui satisda. cog. & quod voluit Ange. in l. nemo carcerem. C. de exact. trib. lib.
3 x. vbi concludit. † Quod aduersus minorẽ xxv. annis non potest procedi ad capturam & in contumacia: quia nõ est ita retractabile præiudicium capturæ sicut primi & secũdi decreti quod potest fieri contra minorẽ: isti assumũt quoddam fundamẽtũ ex quodã famoso dicto Bal. in l. j. C. in inte. rest. minor. pen. ne quid noui fiat, ibi enim dixit gl. ꝙ si petitur restitutio contra sententiã nõ potest sententia mandari executioni, est verũ, quòd in hoc
b fit magna distinctio:[b] sed dicit ibi., quòd ibi executio sententiæ esset irretractabilis nõ potest fieri pendẽte restitutione in integrũ, ex quo infert ꝙ donec cõdemnatus petit restitutionẽ in integrũ non potest poni in carcere propter sentẽtiam vel instrumentũ debiti, cùm istud grauamen non posset retractari, vt not. in simili in l. ij. de appella. res. quod est menti tenẽdum. Bene facit illud singulare dictum Pauli de
4 Leaza. † In cle. vt calumniis. de re iud. vbi tenet quòd licet exceptio nullitatis nõ impediat executionẽ trium sententiarum: tamen hoc est verum nisi executio esset irretractabilis: quia tunc indistinctè exceptio nullitatis impedit executionem sententiæ. Idem Bal. post Cin. in l. ab executione. C. quor. appell. nõ reci. & in l. eum qui duas. C. de adul. & in l. j. C. de temp. in integ. resti.
5 † Ex prædictis pono hãc singularẽ cõclusionẽ quo ad hanc l. ꝙ vbi debitor esset cõdẽnatus: & ex eo quod nõ habet vnde soluat, iudex vult eũ ponere in potestate creditoris. vt ei seruiat secũdũ formã hic traditam, quod ad impediẽdã hanc capturã & incarcerationem. si ipse

ipse debitor opponat exceptionem nullitatis contra sententiam, vel aliam quæ latiorē indaginem requirat, quod impedietur executio, dato quod nō probet incontinenti. Quod perpetuò notabis.

SVMMARIVM.

1 *Debitor fugiens ad Ecclesiam an possit inde retrahi vt seruiat creditoribus, & nu. 2. & quid si fugit ad hospitalem, nu. 4.*

3 *Si familia potestatis currit post debitorem, & ipse velocitate fugæ ingreditur ecclesiam an gaudeat immunitate.*

5 *Qui non potest conueniri, nisi inquantū facere potest an possit carcerari pro debito.*

6 *Mulier an & quando possit pro debito carcerari vsque nume. 12. exclusiuè.*

9 *Priuilegium introductum propter honestatem personæ vel sexus, an possit renuntiari.*

12 *Aduocatus an possit pro debito carcerari & an priuilegia militū competant aduocatis.*

14 *Doctor, clericus, & monachus an possint pro debito ciuili capi: & nume. 15.*

16 *Pupillus vel adultus an possit cedere bonis vel pro debito carcerari: & nu. 17.*

ADDITIO.

a *Adde Henri. in c fi. de immu. eccle. & Host. in sum. tit. de his qui ad eccle. confu. doct. de Pala. Ru. repe. rub. de don. inter vir. & vx. §. xxxvij. inci. imò fortius. col. ij. & adde quæ inconsideratè scribit Hippo. de Marsi. in mate. in l. vnica. C. de rap. virg. in repe. nu. 109. cum seq. & plura de hac materia & quæst. ac etiam an condemnatus qui fracto seu rupto carcere fugit ad ecclesiā debeat gaudere immunitate per Nicē. Boe. in decisio. aurea. cxxxvj.*

b *Contra hanc Bar. opi. tenet Barb. in c. ij. nu. 4. de pig. Ludo. Gome. in c. ij. de iudi. in vj. nu 22. Andr. à Pena. in addi. ad Bar. in auth. matri & auiæ. Præposi. in c. & part. M. col. vlt. de appel. Hippo. in practica crimi. §. attingam. nu. 64. & nouissime. Couarruuias cum authore hoc concludit in lib. Vari. resol. ij. c. j. nu. 3.*

c *Adde quòd illa gl. est communiter approbata secundum Vincentium & Ias. ibi allegantes plura licet Albe. de Rosa. & Pau. de Cast. dixerint quòd non seruaretur de facto: & vide Vdalricum Zasium de substitutionibus, sub rub. de cōpendiosa in iij. membro. ver. quid autem. de aduocatis: vbi post Ipolitum dicit quòd nunquam sibi placuit quòd priuilegia militum competant aduocatis, nihil propter Ciceronem allegant, & qualiter sint honorandi aduocati. vide Lucam de Pen. in l. j. C. de iudi.*

d *Adde latè Barb. in proœm. Clem. vbi congerit lxxxiiij. priuilegia doct. & de doctoribus, an debeant præcedere milites: vide Ias. in l. pe. C. de pact. Feli. & Philip. Dec. in c. cleri. de iudi.*

Quin

1 QVinto † quæritur verũ debitor fugiẽs ad ecclesiam posset per hãc l. extrahi ab ecclesia cùm debeat poni in potestate creditoris vt ei seruiat ex officio: prout hic disponitur. Abb. mouet hãc q. in c. inter alia. vij. col. de immu. eccl. vbi dicit, ꝙ licet fugiẽs ad ecclesiã pro debito gaudeat immunitate: vt inde inuitus non posset extrahi: vt probatur in d. c. inter alia. qđ generaliter loquitur. & in c. miror. & in c. si quis contumax. xvj. q. iiij. & probatur in l. præsenti. C. de his qui ad ecc. cõfu. tenet Old. cõsi. liiij. tamen dicit illud esse verũ inspecto iure cõmuni, sed si statutum haberet vt debitor posset cõpelli ad seruiẽdũ pro debito, tũc bene posset extrahi ab ecclesia. Ratio est: quia non videtur cõcessa immunitas cũ præiudicio istius, qui est quasi dominus, arg. eius quod de seruo. dicitur in c. inter alia, & quia iustũ est ne alter priuetur iure suo, quod cõpetit cõtra illius personã, & sic residet referẽs, ꝙ hæc opi. placet Ant. licet in meo lib. Ant. nil dicat. hoc dictũ Abb. hucusq; nõ vidi obtẽtũ in practica: imò vidi debitores ad ecclesiã fugiẽtes ibi esse securos & ab ea non extrahi. a

2 † Adde tamen ad corroborãdã cõclusionẽ Abb. quãdã l. singularẽ que est in hoc foro. lib. iij. tit. (de las deudas.) l. xv. inci. (si el deudor.) vbi expressè disponit tex. quod fugiens ad ecclesiã pro debito sit securus, nec inde extrahaᵗ, subdit tex. hec verba (el clerigo ruegue al que le demãda que le de mayor plazo a aquel su deudor: y si no le quisiere dar plazo ruegue le q̃ no le lisie, y entregue le el deudor, o le lo dexe tomar: y si el clerigo no le quisiere dar, o no le mãdare tomar su deudor, y ficar le de la yglesia.) qui tex. est terribilis in materia: sed vt dixi, nec ista lex, nec dictũ Abb. seruatur in practica, imò cõtrariũ semper vidi obtentũ & obseruatũ: pro qua practica vide quãdã l. singularẽ quæ est in prima parti. tit. xj l. ij. in fine. vbi lex dispo nit, quòd fugiens ad ecclesiam pro debito nõ debet inde extrahi ad seruiẽdum creditori, nec alio modo carcerandus, quod tene mẽti. † Adde, quòd 3
si familia potestatis currebat post Titium causa capiendi eũ pro debito ipse velocitate fugæ peruenit & ingressus est ecclesiam, quòd nõ possit extrahi ab ea. Ita firmat Bal. [a] in l. plerique. ff. de in ius vocã. per tex. no. in l. quis sit fugitiuus. §. idem Celsus. ff. de ædi. edi. licet contrarium secundũ eum vide

videbatur confiderato principio per l.quod ait.in §.fi.ff.de adult.fequuntur Bal. Alex. & Rom.in d.l.plerique.eft verũ, quòd ipfe Bal. tenuit cõtrariũ in repe.l. cũctos populos.viij. char. C. de fum. Trini. & fide cath.per d.§. fi.vbi fatis eft,ꝙ initium fuiffet licitum fi nullũ interuallum interceffit:& refpondit ad d. §. idem Celfus. cum ibi not.in gl.in parte abduci,quòd loquitur ibi quãdo per abftractionem fieret iniuria,aut prçiudicium tertio:fed primum verius:& fic practicatur & fatis probatur in d.l.pleriq;.in parte refugiũ. Nec obftat l.quod ait lex.in d.§. fi. & regula ibi pofita habebit verũ nifi alia fit ratio.in fine quàm fuit in principio, vt dicebat Alex. in d. l. plerique. & Bal. exprefsè in l. fi quis nõ dicam rapere.C.de epifc.& cle.v. col. per d.§.idẽ Celfus, fed in propofito bene eft alia ratio in fine:hoc eft in ecclefia ad quam confugit quæ debet effe refugium tutifsimum ad eam confugiẽtibus,vt in d.c.inter alia. & in d. l. præfenti. quã in initio à quo incepit fuga qui erat
4 locus prophanus. †Ex quibus tenebis mẽti,ꝙ hodie pro debito nõ poteft quis extrahi ab ecclefia etiã fi per hanc legem cõftituatur quoddã ius ipfi creditori cõtra debitorẽ. fcilicet, quòd debeat poni in eius poteftate ad feruiendũ ei, & nõ folũ confugiens ad eccleſiã gaudebit hac immunitate:verum etiam idem erit in fugiẽte ad hofpitale:verbũ fingulare fuit Arch.in c.diffiniũt.xvij.quçft. iiij.quod extollit Bal. in l. fi quis ad declinandã.xvj.col.C. de epifc.& cler. His aliqualiter & fuccinctè quæfitis deueniendum cenfui ad huius l. limitationes,in quibus tota huius l.virtus cõfiftit:fit ergo regula quòd debitor pro debito cõdemnatus in carcere ponendus eft,& fi nõ habet vnde foluat tradendus eft creditori,vt
5 ei feruiat. † Quam l.limita: primò in eo qui nõ poteft conueniri, nifi inquãtũ facere poteft:nã ifte nõ poteft capi perfonaliter aliquo modo pro debito.ifta eft glo.not.quam ibi approbat Bald. in l. liber captus.in fi.C.de capti.& poftli. reuer.reperies Are. in l.maritum.in §. eleganter.ff. foluto matri.col. iij. dicentem fe vidiffe fic practicari Ferrariæ quòd perpetuò tene menti ad hanc legem : conclufio ifta iuridica eft licet nõ probetur ex gl.Vnde infert Bal. ꝙ fi filius adiuit hæreditatẽ paternã: & non eft foluendo, quòd mater nõ poteft petere filiũ carcerari pro dote,cùm nõ teneatur filiꝰ matri ad dotis reftitutionẽ
6 nifi inquãtũ facere poteft. †Secũdò limita iftã l. in muliere. nam

nã vbicunque aliquis est detinendus,seu carcerãdus ex eo: quia nõ potest satisdare iuxta l.j.C.de exhiben.reis,& in l. præcedẽ.tamẽ hoc fallit in mu
b liere b quæ propter istam causam non debet detineri, nec carcerari.Casus est in authen. nouo iure.C.de custo.reo.quã ad hoc propositũ valde extollit Bal.in l.nemo deinceps.C. de episco.audi.quod limita & intellige in muliere honesta.
7 †Secus in meretrice,vel luxuriosè viuente:nam ista posset personaliter capi,& carcerari. Verbũ est singulare Bald.in l. consentaneum.col.vij.C.quomodo & quan.iud. in parte in gloss.non cogendum. Mouetur Bart.argu.text.in auth.de testi.& ea quæ pa.in §.fin.Roma.in l.si vero in §.de viro.ff. solu.matrimo.quem sequutus fuit Alexan.l.plerique in fin. colum. in versicu. adde quod licet mulier. limitauerunt dictam conclusionẽ esseverã:vbi talis mulier luxuriosè viuens fuisset soluta:secus si esset nupta:quia tunc dato,quòd luxuriosè viueret nõ posset carcerari per tex. singularẽ in arg. in l.si vxor.in §.j.de adult.ff. pro quo facit etiam singularis conclusio Io.And. in addit.ad Spec.in tit. de iniuriis. vbi dicit per illum text. quòd si per formam statuti meretrix potest impunè offendi illud habebit verum in meretrice soluta,secus si esset nupta:& hoc dictũ corruptè allegauit And. Sicu.in c.ij.de pign. vbi idem tenuit,licet non fideliter alle. Io.And.eodem errore,allegat dictam additionem Ioã. And. in c.per tuas.in ij.col.de prob.
8 †Secũdus casus est,vbicunq; mulier esset obligata pro ratione tutelæ,quã administrauit,& in assumptione tutelæ, renuntiauit Velleiano,& omni alio auxilio: nam pro debito contracto ratione malæ administrationis dictæ tutelæ, bene poterit capi & carcerari: hoc fuit quoddam elegans verbum Bar. in authen. matri & auiæ. C. quando mulier offic. tuto.fun.fundamentũ Bar. est hoc dicit enim ipse, quòd per talem renuntiationem beneficia mulieribus cõcessa tolluntur: & mulier in hoc casu redigitur tãquam si esset tutor masculus, & per talem renuntiationem, videtur tali mulieri sublatum beneficium sibi competens per d. auth. sed hodie. de offic. diuer. iudic. quod est summè notãdum.Hoc dictũ sequutus est Alex.in d. l. pleriq;. idem sequutus fuit Barto. in l. si quis sub conditione. ff. de testa.tutel.ix. col. idem Salic. in d. auth. matri & auiæ. licet And.Sicu. in c.ij. de pigno.tenuerit contrarium per tex. in c.ij.§.fi.in versic.fœminæ. ibi.

(etiam

(etiam si ad hoc voluntas accederet eorundẽ.)de iud.li. vj. iuncta l. ij.in § sin autẽ dignitas.C.de iur.calum.& per tex. in l.ij.C.de offic. diuer, iud.cũ auth.vbi ponderatur honestas sexus:& per regulam sing.positam à Bal.in l.j.C. qui bo. ce. poss.ꝙ vbicunq; aliquod priui
9 legium † est introductum propter honestatẽ personę,seu sexus,non potest tolli per renũtiationẽ: ergo cùm mulier nõ posset expressè renuntiare priuilegio d.l. j. multo minus videtur renunciasse generaliter secundum eum:& si verum dixerit,non habeo tempus inuestigandi, sed non multum cõfidas in dictis istius doctoris. dicit etiam And.Sic.in d. c. ij. quòd si esset magna summa pecuniarum,quòd sibi videtur ꝙ pro debito ita arduo posset carcerari. argu. eius quod voluit Iac.de Aret. in l.qui testamento. in §. mulier. ff. de testam. iuncta authen. nouo iure. de custo.reo. licet aliqualiter obstet in seruorum.§.fi.ff.de pœ.
10 † Adde etiam Bal. in l. etiam. in col.iij.in versi. sed nunquid Abbatissa. C.de exec. rei iud. vbi dicit, ꝙ licet mulier de iure C. posset carcerari pro debito l.pe. C,qui bo.poss. tamẽ secus est in Abbatissa, quæ nõ potest personaliter capi per Episcopũ pro debito monasterij.per c.Odoardus. de solu.& quia professus nõ habet bona quibus cedere possit, & propter bona venitur ad carcerẽ in subsidiũ, non recta via,vt l. iij.in §.tutores.de suspe.tu. ff.
11 † Additio.Ista tene mẽti ad intellectum & limitationem l. Thauri.nume. 62.cuius verba sunt (ninguna muger por ninguna deuda que no desciẽda de delicto pueda ser presa,ni detenida, sino fuere conoscidamente mala de su persona.) & attendas ꝙ per ista verba(por ninguna deuda.) videtur ꝙ hodie non procedat determinatio Bar.supra dicta,quæ habet ꝙ pro debito descendente ex administratione tutelæ,posset mulier carcerari, cùm ista sint verba generalia:& mens legislatoris est,ꝙ pro nullo debito cuiuscunq; naturæ & conditionis sit: dũ tamen nõ descendat de delicto,posset mulier carcerari: & hac ratione dicas non procedere dictũ And.sic sup dictũ,qui tenet ꝙ pro debito arduo posset mulier carcerari:maximè quia si bene attendamus istud est quoddã priuilegiũ mulieri per principem cõcessum humanitatis causa: ratione fragilitatis sexus:vt alia etiã priuilegia mulieri concedantur, quæ viris denegãtur: vnde eadẽ ratio est in debito magno,
12 quæ est in paruo. † Tertiò lilimita istã l.nõ habere locũ in

aduocato, cùm non conueniatur, nisi in quantum facere potest: ita dicit gl. sing.[c] in l. miles. ff. de re iud. mouetur glo. quia etiam ipse miles est. arg. C. de aduo. diuer. iud. l. aduocati. de bo. poss. ex testa. mili. l. j. in princ. & quia in quasi castrensi peculio: idē priuilegiū habet aduocatus, quod miles in Castrensi. C. de aduo. diuer. iud. l. fori: & sic residet ibi gl. quā perpetuò tenebis menti: & illam gl. sequitur: & ibi approbat Ang. dicens, nota pro nobis. & illam sequitur, & approbat ibi Bar. per quam infert, ꝙ si aduocatus relinqueret vel donaret concubinæ, non valeret relictū, & eadem ratione donatio sicut in quolibet alio milite esset prohibita: in simili facit glos. singul. in l. j in § et alius in parte reperit. ff. si quis à paren. fue. ma. ibi enim dicit tex. ꝙ non competit patri bonorum posses. contra tab. contra testamentum filij, qui militare cœperit, dicit Bar. ibi post gl. ꝙ idē erit si cœpit militare alia militia, vt quia esset doctor vel aduocatus, cū fauores sunt ampliandi. Pau. de Cast. etiam in d. l. miles approbat d. gl. licet dicat se credere, quod de facto non seruaretur, & in simili Cynus in l. milites. C.
13 de quæst. † Dicit, quòd sicut milites torqueri non possunt. l. desertorem. in §. j. ff. de re militari: ita nec aduocati: pro quo bonus tex. in l. j. C. de aduoc. diuers. iudic. vbi est tex. ꝙ ille quo officium aduocationis iam deposuit est in dignitate, & dicitur clarissimus, ex quo apparet secundum Bart. quòd non debet torqueri tanquam habens dignitatem, & debet iuramentum mitti ad eum tanquam ad egregiam personam: & quòd non debeat torqueri, sequitur Alexan. in l. Centurio. in col. iij. ff. de vulga. & pupil. & reperio Alex. in specie in l. Centurio. de vulga. & pupil. col. vij. expressè affirmantem, quòd aduocatus non potest carcerari pro debito, nec eget cessione bonorū: prout de milite dixit Bal. in l. j. C. qui bon. ced. poss. & ibi Alex. per duas col. firmat priuilegia militibus concessa aduocatis competere, per quod infert dispositionem d. l. Centurio. quæ habet, vt substitutio compendiosa filio impuberi à milite facta, valeat iure directo pupillari iure communi, &c. Habeat locum in aduocato substituente filio suo, & loquitur per quatuor columnas & plus in dicta quæst. vltra morem suum, & fortè loquebatur de seipso, ideò placuit extendere calamum. & idem Alex. in d. l. miles, sequutus fuit hanc opinionem, scilicet, vt aduocatus non

non posset pro debito carcerari, & vide eum ibi latius fundantem hæc aduocatorum priuilegia, in d. l. Centurio. ad prædicta facit tex. sing. l. medicos. C. de profess. & me. lib.
14 xij. † Vbi d probatur, quòd
d doctor pro debito ciuili non posset capi nec carcerari. Facit gl. & quod Bart. dicit per eam in l. si libertus. de in ius voc. idem dicendum in milite celestis militiæ, vt est clericus, vt non posset pro debito capi nec carcerari. ita dicit gl. d. l. miles. quam communiter sequuntur doct. & est pro ea casus in c. Odoardus. de solur. de quo Alex. plenissimè in d. l. Centurio. & in d. l. miles. & in aliis locis idem And. Sic. latè in d. c. Odoardus: & ista
15 sit quarta limitatio. † Idem dicendum in monacho qui propter debitum ciuile personaliter non potest pati carcerationem, nec detineri in carcere: ita dicit singulariter Bal. in authen. causa quæ cum monacho. C. de episc. & cler. Et ista
16 sit limitatio quinta. † Limita sextò, non habere locum in minore, quia si est pupillus, non potest cedere bonis, nec pro debito carcerari: adultus etiãnõ potest cedere bonis, nisi ad petitionem creditoris, & cum iudicis decreto, cùm sit alienatio vniuersorum. l. magis puto. in §. ne passim. ff. de rebus eor. nec tenetur cedere cum iuramento. l. quæ sub conditione. ff. de cõd. inst. nec carcerabitur, quia non stat per se quo minus soluat, sed per beneficium iuris, quòd beneficium non debet resolui in carcerem. l. quòd fauore. ff. de legi. hæc fuerunt verba Bal. in l. j. C. qui bo. ced. poss. fin. col. Idem literaliter Saliç. ibi pen.
17 col. xj. q. † Itaq; stat conclusio istorum not. ꝙ minor pupillus nullo modo potest cedere bonis, nec carcerari, quia satis est, ꝙ ex debito paterno patitur secundum decretum, & ex proprio primum tantum, sed in adulto iudicis autoritate, & decreto valeret cessio, & per consequẽs carceratio: & sic haberet locum hæc lex: sed iudice non autorante, nec valeret cessio, nec carcerabitur, quod tene menti ad huius l. intellectum & limitationem. (Additio.) Alia quæ genitor meus scripsit super hac lege fuerunt igne consumpta.

FINIS.

SVBTILISSIMA EIVSDEM CONSVLTISSIMI RODERICI Suares declaratio in l. iiij. libro ij. foro legum, quæ sequitur.



Odo ome que demanda fiziere a otro sobre alguna cosa, que dize que le deue, o que le fizo, o que le deue fazer, si se lo prouar no pudiere, salue se el demandado por su jura; y si no lo quisiere jurar, sea vencido dela demanda. Casus secundũ intellectum quem teneo, etiã actore non probãte, reus compellitur iurare, si per actorem ei deferatur iuramentum; hoc dicit secundum me.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus Alfonsi de Montaluo ad hanc legem.*

2 *Actore non probante, an hodie de iure regni teneatur reus iurare, & iuramento se purgare: & numero 3. & 4.*

5 *De iure communi an actore non probante reus debeat absolui, vel cogatur iurare, vsque ad numerum 9. inclusiuè.*

10 *In causa matrimoniali an sit exigendum iuramentum à reo actore non probante.*

11 *In causa feudali an vassallus contra quem nihil est probatum, cogatur iurare.*

12 *In causa criminali actore nihil probante, an reus debeat se saluare proprio iuramento: & numero 13.*

14 *Reus interrogatus super crimine an teneatur iurare, tam de iure cõmuni, quàm de iure regni, vsque ad nume. 18. inclusiuè.*

19 *Si actor probauit aliquid, sed non semiplene, an deferatur reo iuramentum ad purgationem suæ innocentiæ, vsque ad numerum 24. vbi plenè de intellectu cap. fina. de iureiur.*

25 *Si actor plenè probat intentionem suam, an & quando debeat ipse vel reus iurare, vsque ad numerum 28. inclusiuè, & nu. 40.*

29 *Consuetudo vt actor qui plenè probauit debeat iurare, an & quando valeat: & numero 30. & 31. & 34.*

32 *An valeat statutum quod non valeat contractus sine decreto iudicis, etiam si minor iurauerit.*

33 *Statutum super his quæ disposita sunt à iure diuino, an possit fieri.*

Exc

35 *Excipiens de exceptione non verisimili, an grauetur maiori onere probationis.*

36 *Quando is qui litigat est cauillosus vel solitus corrumpere testes, vel testes suspecti de periurio, an debeat is qui plenè probauit nihilominus iurare.*

34 *Iurare de calumnia an debeat is qui iam plenè probauit.*

42 *Reus antequam compellatur iurare, an possit petere vt offeratur ab actore libellus, & nume. 43.* d

ADDITIO.

a *Adde de hoc gl. ord. in c. prout ecclesiastici beneficia. & moder. maximè Phi. Dec. in l. qui accusare. hic alleg. ampliantem multipliciter hanc conclus. & vide Hip. de Marsi. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæst. eundem in l. vnius. l. regni. §. j. ea causa. ff. eod. ti.*

b *Adde de veritate huius q. quam disputat in præsenti autor plenius per Ias. arguentem ad partes, & dicentē passum esse satis disputabilem: & quod facile esset sustinere vtramque opi. licet sibi ex pluribus fundamentis per eum adductis plus placeat reū compellendum iurare, etiam si actor nihil probauerit, de quo per eundē Ias. in repe. l. admonendi. ff. de iureiur. nu. 71. & per Phil. Dec. disputantem in c. ij. col. v. cum seq. de proba. & vide Hip. de Marsi. in sing. lxxxij. in ore vulgi.* f g h

c *Adde an positioni criminosæ teneatur quis respondere regulæ, cum pluribus limitationibus, per Georg. natam in Clemen. sæpe. in §. & quia. de verb. signific. & plura quæ remissiuè scribit Hip. de Marsil. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæst. in j. col. & vide sanct. Tho. in ij. ij. quæst. lxix. art. primo: l. regni. vtrum absque peccato mortali possit accusatus negare veritatem propter quam condemnaretur de crimine: vbi vide Caiet. in commentariis.* i

d *Adde quæ scribit Hip. de Marsi. in sua praxi causarum criminalium. nume. 40.*

e *Adde de intellectu & examinatione huius doctrinæ Bar. & conclusionis copiose per Ias. in repet. l. admonendi. ff. de iureiur. col. xxxiij. nume. 85. versic. iuxta istum casum à quo autor videtur habuisse plura ex his quæ in lectura huius legis allegauit.*

f *Adde repetentes in l. admonendi. ff. de iureiur. vbi considerant plures casus, vbi vide Ioan. baptist. de canalu. & etiam Ias. in repetitio. nume. 312. versic. primus casus.*

g *Adde vltra scribentes modern. in eod. c. ij. pen. char. quæ per illū tex. & eius intellectum retulit Ias. in repe. l. admonendi. ff. de iureiu. nu. 81. versic. condescendendo nunc ad secundum casum.*

h *Adde sing. & resolutè Phil. Dec. in eod. c. ij. de prob. in iiij col. nu. 6. inferentem ex hac communi sententia, vbi latè per Fel. ij. col. multipliciter limitantem.*

i *Adde sanctum Thom. ij. ij. q. lxx.*

arti.ij. an statutum vel cõsuetudo possit inducere vt valeat testa.cũ minori nu. testium vid. Ange. cc. xxxiij. in causa prædicta. colũ. j. doct. in l.j. C. de sum. tri. Alex. de Imo. in l. si non speciali. C. de testa. late per Feli. col. uij. nu. 9. & Philip. Dec. col. ix. nu. 12. in c. sicut. de probationib.

k *Consilium autoris.*

l *Adde quod est Ias. in repe. nume. 74. vbi dicit alibi non legisse & esse diligenter notandum in practica.*

1 CONsidera quòd Alfonsus Hispanus noster, cui⁹ anima requiescat in pace, qui vt nuntiatũ est, pridie migrauit ex hac infelicissima patria: & sic iam requiescet à laboribus suis, vt Io. in Apoc. testatur sibi præceptũ esse scribere. Volens reducere hãc legẽ ad terminos iuris communis aliter intelligit illam: & postillat sic verba eius. ibi (si se lo prouar no pudiere), s. plene ita quòd habet pro se semiplenã probationẽ: & tũc si est aliqua præsumptio pro reo, & præpõderatur in eo qualitas, & extimatio, iudex deferat ei iuramẽtũ secũdũ requisita in l. in bonæ fidei, & in l. admonendi: & per totũ titulũ. C. & ff. de iure iurã. si autẽ nihil probat, non tenetur iurare reus. c. fi. de iureiurã. hæc ille. Profecto magna violentia infertur huic literæ ex intellectu hoc: nec incõgruè cõtra hunc doct. adduci potest, quod præclarè scribitur apud Hieronymũ in prologo Bibliæ vj. epistola. Nec enim inquit ipse scire dignatur, quid Prophetæ, quid apostoli senserint, sed ad sensum suũ incongrua aptant testimonia, quasi grãde sit & nõ vitiosissimũ dicẽdi genus deprauare sentẽtias, & ad volũtatẽ suã sacrã trahere repugnãtẽ: & in hoc vitiũ incidim⁹ omnes inter quos maximè sum ego qui ausus sum ponere manũ ad calamũ indoctus, & insufficiens ad hoc iuxta illud Horatianũ.

Scribimus indocti doctíque poëmata passim.

Fateor quod multa scripta super hoc libro, quæ egebãt correctiõe, & emẽdatione & alia & fere omnia quæ egebãt supletione me cõpulerũt sponte subire laborẽ, & linguis detractorũ me exponere: nã stulta est clementia cũ tot vbiq; vatibus occurras perituræ parcere chartę, vt de seipso testatur Iuuenalis in pri. satira: & Plinius in epistolis magnũ prouentũ poëtarũ. Annus hic attulit, toto mẽse Aprili null⁹ fere dies, quo nõ recitaret aliquis: iuuat me ꝙ vigent studia, ꝓferũt se ingenia hominũ, & ostẽ-

2 tant. † Ideo intellectũ ab eo positũ reprobo incõuincibiliter ex verbis isti⁹ tex. imò dico

co verũ intellectũ esse quod de iure cõmuni actore nõ probãte absoluit re⁹.l.qui accusare. C.de eden.[a] nec tũc reus cõpel
4 litur iurare,vt ibi gl.& latiùs statim dicã:tñ hodie sit casus famosus & nou⁹ hic:ꝙ licèt actor nihil probat re⁹ cõpellitũ iurare & saluare se ꝓprio iuramento.si per actorẽ ei deferatur:colligitũ clarè hic intellectus exverbis hui⁹ l.ibi(y si se lo prouar no pudiere.) & infra.ibi (salue se el demãdado por su jura.) ꝙ verbũ expressè imponit reo hãc necessitatẽ iurãdi. Sed si hæc l. intelligeretur secundũ quod Alfonsus intelligit,s. secundũ dispositionẽ iuris cõmunis nõ detulisset simpliciter,& indistinctæ iuramẽtũ reo:& si detulisset in priuilegiũ rei:quia pro eo præponderat qualitas eius,seu aliqua præsumptio,vt inquit dictus doctor.nõ imponeret hæc l.reo necessitatẽ iurandi:cũ hoc sit in eius cõmodũ,verteretur in dãnũ.
3 † Hic intellectus meus probatur:ex hac l.in quãtũ dicit (salue se) dictio importãs necessitatem reo ad se purgãdũ, dato ꝙ nil contra eũ probaretur,vt in l.j. titu.iij.(de los denuestos.) lib.viij.ibi (y si no le fuere prouado salue se, assi como lo manda la ley.) facit l.ij incipit (Todo home.ti. viij. de las testimonias.) li. ij.ibi(y si prueua no ouiere salue se el demãdado por su cabeça.)facit l.v.incipit(si cõtesciere,tit.xv.de los fier uos fuydos.) ibi (y si no se lo pudiere prouar salue se.)quæ iura expressè in causa criminali disponũt,quòd reus saluet se propio iuramẽto:licet nihil contra eũ probetũ : & loquũtur per hæc eadẽ verba: quæ hic exprimũtur,s.(salue se) maximè cũ hic text. æquiparat causam ciuilẽ & criminalem in quãtũ dicit (que dize que le deue,o que le fizo) & in vtraq; dicit (salue se) ergo cõcluditur ꝓpositũ meum ꝙ in criminalib⁹ quãuis actor nihil probauit iuramentũ necessariũ,quod appellatur iuramentũ purgationis deferẽdũ posse reo,vt est casus in l.præsenti.§.sicubi.C.de his qui ad eccle.cõf.& in authẽ.nouo iure.C.de pœ.iudicis.& in c.fin. de iureiur.doc.in l.ait prætor. ff.de iureiur.dicã infra.
4 †Hoc etiã probatur in l.j.ti. (de las juras.) & ibi satis apertè ponitur forma iuramenti, quomodo debeat se purgare qs, & quomodo intelligãtur hæc verba (salue se:) ibi declaratur,s.iurando forma,ibi tradita.vnde habes ibi casum singularẽ ad intellectũ l. qui accusare.C. de eden.& c.fin.de iureiuran.vbi actore non probante debet absolui reus, ta-

men cōpellitur se purgare ꝓprio iuramēto, si per actorem hoc petat modo, & forma expresis in l.j.isto lib.titu.(de las juras) & ita obtinui multoties de facto:& vidi semper sic practicari & est ęquissimū: & sentit hoc licèt nō multum clarè do.Episcopus in d.l.j.in
5 parte iureiurā. † Ante omnia vt seruemus cōsuetudinē quā polliciti sumus discutiendum est, quid de iure cōmuni statutum sit, scilicet vtrū actore nō probante reus sit absoluēdus: ita quod nō compellatur iurare
b re[b] vel sic cōpellēdus est iurare quasi ad se purgandū gl.tenet quòd non cōpellitur iurare in l.in bonæfidei.super parte decidi.C.de iureiuran. quā Bal.ibi sequitur in prima oppositione:& Sali.ibi in vj.oppositione.idē gl.in l.admonēdi in parte exacto iuramento quā ibi sequuntur Bar.& Bal. & pleriq; moderniorum mouentur omnes per l. qui accusare.C.de eden.vbi text.indistincte dicit, quod actore non probante reus debet absolui, nec aliquid amplius requirit lex illa.Idē Spec.de iureiurā. §.j.in princip.versi. sinautem actor.& loquitur etiam in iuramento iudiciali.dicit sic debere intelligi. l.manifeste.ff. de iureiurā.vbi actor aliquid probasset etiam minus quam semiplene. Hanc conclusionem communē sequitur Abb. in c.fin.de iureiuran. Nam in necessario est casus secundum eum in d.c.fi.ibi (omnino defecerit reus debet, & si nihil pręstiterit obtinere.) ergo idē in casu quo actor deferat secūdū Abb.& dicit ipse, quod multi ex hoc decipiuntur in d.l. manifeste.cum illa nō habeat locum, vbi actor nil probauit. Idē Abb.in cap.ij.vlti notab. de probat.& ibi est casus singularis, ꝙ si actor plenè ꝓbauit, non cōpellitur iurare, nec valet consuetudo aliter disponens. Ergo idē dicendū in reo
6 actore non probāte. † Superuenit Pau.de Ca.in d.l.admonendi xij.col.& in l.iusiurandum.& ad pecunias.§.ait prętor.eo.titu.vbi dicit, quòd licèt in iuramento necessario quod defertur à iudice in supplementū probationis, vel in iuramento necessario purgationis rei, nisi actor semiplenè probauit reus non cōpellitur iurare, vt est casus in d.c. fin.tamen in iuramento iudiciali qđ defertur à parte parti, in iudicio etiā si nil actor penitus probauit, cogitur reus iurare, aut referre, aut soluere:& sic habeat locū d.l.manifeste indistinctè, ꝓut indistinctè loquitur, scilicet etiā actore non probāte. Nec hoc videtur iniuriosum reo, cū hoc iusiurādū posset referre, quod

non

non est in necessario, vt dicit tex.in d.l.vt iusiurandũ.Idem Pau.in dic.l.manifestè.fundamentũ Pauli est in d.l.manifestè quę indistinctè loquitur.& per di.§.ait prætor. nec obest secundũ eum d.l.qui accusare. quæ debet limitari secundum dispositionem d.l. manifestè, nec ob.text.in d.c.fi.versi.sane.quia loquitur in iuramẽto necessario,seu purgationis qđ defertur à iudice non à parte. Hanc opi.Pau.sequitur Bal.in d l.manifeste in lectura antiqua, & idem videtur esse de
7 mente Ang. † Alex.in d.l.manifestè.sequitur etiã hãc opi. dicens,nõ esse iustam causam reo recusandi iuramentũ iudiciale,eò quòd actor nil ꝓbasset:nam iniquũ videtur si reus est de veritate informat⁹,quãuis actor nil ꝓbauit:quod nõ compellatur iurare vel referre:nam satis videtur turpiter versari,quæ fuit potissima ratio decidendi posita in d.l.manifestè. nec ob.d.l.in bonæfidei & quę ibi per glo.quia loquuntur in iuramento necessario deferẽdo à iudice ob inopiã probationũ, in quo non habet locũ relatio:& sic cessat in eo ratio dictæ l. manifestè quæ est turpe,est reo nolle iurare,aut iuramentũ deferre,& hoc modo respondet ad alia obiecta,& in hoc residet,& de hoc iuramento necessario videtur sentire glo.in d.l in bonæfidei.& l.admonẽdi.& etiã Bart. Hanc partem sequitur Alberi.in d.l.in bon.fid.penultimũ.motus per l.generaliter. §.j.C.eod.vbi text.dicit quòd in principio & in medio,& in fine, potest deferri iuramẽtũ, etiam si in principrio constat nihil actorem probasse. † Est
8 verũ, quòd quidã modernior legens in studio Ticinensi in d.l.admonendi.dicit, ꝙ illud fundamentũ parum vrget, cũ loquatur in iuramento cõuentionali,seu voluntario delato ex cõsensu partium,seu quãdo vna pars esset inuita, non aperit,sed melius posset respõdere.Nã diuersum est deferre in fine causæ transactis omnibus terminis probationũ videretur se deficere in probatione.Quo casu loquitur quo præcedens vel deferre in principio causæ dum habet spem probandi, nec est desperatus de ꝓbationibus, sed bene fa-
9 cit. † Hanc partem sequitur Areti.in capi.ij. de probat.in iiij.notab.mouetur per text. singu.in l.fin.C.de fideicõ.ibi (nullis testibus) licet ille tex. loquatur in vltima voluntate, & videtur inducere specialitatem in vltima voluntate & eius fauore, vt inquit Barto. in l.nemo potest.ff.de lega.j.

ergo in contrarium est ius cõmune. Optimus text.probat hoc in l.tutor.ff.de iureiurã. in princ.vbi tex.dicit,quòd tutor deficientibus alijs probationibus iusiurãdum deferens audiendus est,quem text.reperies allegatũ per Areti.ad hoc propositũ in d.c.ij.licèt cauilletur per quẽdam moderniorem in d.l.admonẽdi. c Bon⁹ tex.in l.cum de indebito.§.in omnibus.ff.de pba.ibi (licentia concedenda est ei cui onus probationis incumbit aduersario suo de rei veritate iusiurandũ inferre)vbi probat tex. fortius quod in casib⁹ in quibus est pręsumptio cõtra actorem propter quã sibi incũbit onus probandi dixit tex.quòd si non vult probare potest reo iuramentũ deferre,& reus cõpellendus est iurare vel referre,ergo non recusare,& hunc tex.tacit singularẽ dictus modernior repetẽs post alios plures d.l. admonendi. idẽ videtur seq Bal.in l.actor.in prin. C.de proba.per l.vbicunque. ff.de interro.actio.& per d.l. quoniã.C. de fideicõ. & sic de iure communi: etiã hæc pars est verior & ęquior que hodie de iure huius regni est indubitata in vtroq; iuramenro necessario & iudiciali vidi illam

10 seruari. † Vnum tamen tenebis menti,& probat tex.in capit.℘ nobis de clandest.despõ. impu. ibi (aliquatenus compellendi)quod vbicũq; deficit omnis probatio matrimonij nõ est exigendũ iuramentũ à reo,sed potius purè absoluendus.ita dicit Abbas ibi in primo notabili, quod intelligit quando pro matrimonio nil apparet secus si subest saltẽ aliqualis suspicio pro matrimonio secundum eum. Principalis conclusio Abbatis nõ est vera,nec probatur ex text.nã dico,quod in causa matrimoniali licèt actor nil pbet reus tenetur iurare,siue ei deferatur à parte,siue hoc iudex detulerit.probatur hoc argumẽto capitu.continebatur, & in capi.attestationes de spõ.impuberum. Item allego ad hoc glo.singularem in dicto capi. cõtinebatur in parte iuramẽto,vbi glos.dicit,quòd in causis matrimonialibus non debet omitti iuramentum ne in fraudem aliquid tentetur. & idem Abbas ibi mutata opinione superiori, dicens,quòd vbicũque vertitur periculum animæ potest exigi iuramentum à reo,licèt actor nil probauerit,cum in hoc satis exuperat iudicis officiũ. idẽ Abbas in dicto capit.attestationes in fi.post Hostiẽ.& omnes tenet, quòd vbi agitur de sacramento matrimonij, debet

semper

ſemper iuramētū exigi à reo: licet actor nil probet, vt veritas tanti ſacramēti melius clareſcat, ſubdens idē eſſe vbi vertitur periculum animæ, vt ſuprà dictū eſt, & ſic iſta l. & eius diſpoſitio obtinebit etiam in
11 matrimonio. †Idem dicas de iure communi diſpoſitū in feudo, quādo vaſallus eſſet in poſſeſsione feudi, & dominus directus negaret eum vel prædeceſſores ſuos nunquam fuiſſe inueſtitos, licet vaſallus ſit in poſſeſsione feudi, etiam ſi contra eum nil probetur, cogitur iurare. c. ij. ſi de feu. inter dominum & vaſal. lis oriatur: & in c. j. de contro. inter maſcu-
12 lum, & fœminam. †Idem dicas in cauſa criminali, quòd actore nil probante reus debet ſe ſaluare proprio iuramento forma tradita. in l. j. in hoc ti. (de las juras) probatur in hac l. ibi (o que le fizo) eſt caſus in l. j infra lib. iiij. tit. (de los denueſtos) ibi (y ſino le fue reprouado ſalue ſe:) & in l. ij. inci. (Todo home.) lib. ij. tit. viij. (de las teſtimonias) & ibi (y ſi prueua no ouiere ſalue ſe.) idem probat tex. in l. j. huius tit. & ibi Vincentius modum iurādi & purgādi ponit ibi text. de iure communi probatur hoc in c. fin. de iureiuran. melius in authen. nouo iure. de pœna iudicis qui male iudi. in l. præſenti. §. ſicubi. C. de his qui ad eccle. confu. qui text. eſt ſingularis, & probat apertè, quod ille qui eſt habitus ſuſpectus de poſitione rerum penes eum facta, etiam ſi ſit clericus, tenetur iurare & ſuſpicionē iuramēto purgare: quod Sal. reputat mēti tenendum, & in d. auth. nouo iure. eſt caſus, quod diffamato de criminali indicitur iuramentū purgationis quod ſi ſubire recuſauerit habetur pro cōfeſſo, & Alex. in v. & ſi. col. l. ait prætor. in princ. ff. de iureiur. fatetur hoc eſſe abſque dubio in criminalibus etiam ſi actor nil probauit ſemper poſſe reo deferri iuramentum neceſſarium quod appellatur iuramentum purgationis, & glo. magiſtraliter, in d. §. ſicubi. ponit plures caſus purgatio-
13 nis. †Hoc eſt de mente Bar. in l. maritus. ff. de quęſt. in fin. verbis. nam certum eſt quòd in criminalibus in defectū plenæ probationis, non eſt deferendum actori iuramentum cōtra reum, cùm probationes debeant eſſe luce clariores: vt in l. ſciant cuncti. C. de proba. glo. & omnes in l. admonendi. & in l. bonæ fidei. glo. & plenius Bart. diſtinguens veritatē in l. maritus. ff. de quæſtio. ſubdit Bar. & in hoc facit quòd in iuramento quod defertur à iudice in defectū probationis reo ad abſolutionem bene

bene poteſt deferri, vt in d. l. præſenti. quod dicitur iuramentũ purgationis nõ autem actori,cùm ꝓbationes debeāt eſſe luce clariores: & ſic dicit debere intelligi glo. ibi poſitam. Hæc omnia intellige in iuramẽto deciſorio, quod deſertur reo ad innocentiã purgandam maximè quando contra eum laborat aliqua ſuſpi-
14 cio ſuper crimine. †Sed in alio iuramento nõ deciſorio,vt in iuramẽto de calumnia:vtrũ reus teneatur iurare interrogatus ſuper crimine vtrũ com-
c miſit,vel non. [c] Hęc eſt materia larga:vide Barto.not. in l. Marcellus.ff.re.amo.Specu.in tit.de poſitio.§.vij.verſi.xviij. Bal.in l.j.C. de pœn. iudi. qui male iudi.per Arch.50. diſtin. c.ex pœnitentibus. cùm decretum dicat, non dico tibi, vt te prodas.Bal.in l.vni.de confeſ. Bal. & poſt eum alij moderni in l.ij.§.quod obſeruari.C. de iuram.calùm. eundem Bar. in l.fin.ff.de his quib.vt indig.& in l.non intelligitur.§. tacitè. ff.de iure fiſ.Bal. in l. cõſtitit. C.de pœn.iud.Bar.in l.qui iuraſſe.§.ſi pater.in fi.ff.de iureiuran. optimè per Inno. Abb. in c.dudum.el ij.de elect. vulgata eſt materia, qua vtimur quotidiè dicendo nõ ſum obligatus reſpondere,quia poſi-
15 tio eſt criminoſa. †Vnũ nota perpetuò quòd regulariter, vbi aliquis accuſatur ſuper aliquo delicto ſtatim,quod ponitur in carcere,cõpellitur à iudice,vt ante omnia iuret dicere veritatẽ ſuper illo delicto, ſuper quo accuſatur, & capitur ab eo iuramentum in forma de dicenda veritate, & ſub iuramento dictum ſuum ponitur in actis, & iudex procedit in negotio via ordinaria. Iſta eſt lex multum ſing.in vij.parti.tit.xxix. (de como deuen ſer recaudados los preſos.) l.iiij.quæ incipit, (Mandando el Rey:) vbi tex. dicit (y eſtonce el Rey,o el juzgador deue le fazer jurar, q̃ diga la verdad de aquel fecho ſobre que lo recaudaron: y deue lo todo fazer eſcreuir lo que dixere, y andar adelãte enel pleyto.)& iſta lex practicatur ſine differentia. Vide cauſam arduiſsimam, in qua ego eram aduocatus in fauorẽ Illuſtriſsimi Comitis de Vrueña,qui accuſabatur eo quòd mandato ſuo quidam iudices, & executores fraternitatis fuerunt per quoſdã officiales ſuos ducti verecundè ſuper aſinis cum præconio,fuit poſitus in maximo periculo, quia inculpabatur mãdato ſuo illud eſſe factũ, & poſt accuſationẽ fuit ſibi præceptum per iudices de mãdato excel

excellentissimorum Regũno
strorum quod iuraret, vt præ-
cipit d.l. partite. & quod ipse
ad primum præceptum noluit
iurare fuit lata sentẽtia cõtra
eum, vt ante omnia iuraret,
aliàs haberetur pro confesso:
& sic cùm ex tunc pronuntia-
bant nisi iurasset,& hoc per d.
l. partite, & facit d. auth. sed
16 nouo iure. † Et d. l. partite.
potest assumere fundamẽtum
de iure communi in l. j. C. de
iur. cal. ibi (siue propter quic-
quam aliud) per quam glo. ibi
colligit arg. quòd etiã in cau-
sa criminali iurãdũ est de ca-
lumnia,& idẽ gl. in c.j eod. ti.
quas sequitur ibi Cin. & Bar.
& alij. subdit ibi Bar. quòd ho
die secundum communẽ vsum
Italiæ hoc nõ obseruatur, sed
statim cùm accusatur venit. iu
rat accusationem veram esse,
postea cùm comparet reus iu-
rat de veritate dicẽda: & dicit
quòd ita seruat stilus iuris cõ-
munis. Bal. notanter in d.l.j.
dictas gl. approbat & plus, sci-
licet quòd dictum iuramentũ
debet esse non de credulitate,
sed de veritate dicẽda, cùm in
criminalibus sit respondendũ
de veritate,& nõ de credulita-
te: & sic est iurandum. facit l.
vlti. ff. de crimi. expil. habetur
optimus tex. in c. cùm dilecti.
de accusa. & hoc tenebis mẽti
ad concordãtiam huius legis
partite,& stili communis no-
stræ Hispaniæ cõcordans cum
17 stilo Italiæ. † Ad vnũ aduer-
te, quòd refert Alex. in l.j. ff.
de bon. eorum qui mor. con.
in apostillis, quòd respondens
inquisitioni cum iuramento
etiam si respondeat contra ve
ritatem non puniatur de per-
iurio. refert sic fuisse consultũ
cõtra Bar. per quosdã peritos
doctores, probatur in d. l. j.
vbi text. dicit (in capitalibus
criminibus à principibus de-
cretum est non nocere ei qui
aduersarium corrumpit ea ra
tione: quia ignoscendum cen-
suerunt ei qui sanguinem suũ
qualitercunque redemptũ vo-
d luit) [d] & dicit glo. ibi, & Bar.
non ob. quòd in causa crimina
li iuretur de calumnia, vt in l.
j. C. eod. & iurat, quòd nil da-
bit, vt in auth principales. eo.
tit. Nam respondet, ꝙ hoc fa-
cit lege permittente, ideo nõ
incidit in illud capitulum iu-
ramenti quod nihil dabitur.
Facit quod Bal. scribit in repe
titio. l. ij. ff. de iureiur. lxxiiij.
col. versic. sed nunquid. de eo
vbi mouet quęst. de eo qui re-
spondet positionibus cum iu-
ramento,& se periurauit vtrũ
posset puniri de periurio &
accusari,& cõcludit quòd nõ:
quia pro isto dolo ciuiliter
non competit actio de dolo:
ergo non potest criminaliter
agi, quia istud iuramẽtum nõ
imponit necessitatem proba-
tio

tionis aduersario, sed l.ei imponit.C.de eden.l.qui accusare. vnde periurium istud non aggrauat probatio, onus sed non releuat ab onere probandi. Vnde per hoc perdit lucrũ, non autem sentit damnum: fatetur tamen quòd ex quo offendit aures iudicis: si iudex vult potest eum mulctare. argu.l.nullum.C. de testi. idem sentit Bal in l. si duo patroni. §.fina.in fine. ff. de iureiuran. Facit bonus tex.de pœni.dist. j.in c.quis aliquando videt.in §.non tibi. vbi text. dicit qui fuit Pauli ad Hebr. Non tibi dico, vt te prodas in publicũ, nec apud alios te accuses, sed obedire te volo Prophetæ dicenti, reuela ante Deum viam tuam,& vide bonam gl. & ibi Archi.in c.de pœn.50. distinc.
18 & in c.quia.xxij.q.ij. †Quædam opin. Maria. probat hoc posita in l.j. C. de iura.cal. sic declarat per Bald. nam in illa quæst. vtrum in criminalibus sit iurandum de calumnia in argum.tenuit,quòd non ea ratione,ꝙ in criminali causa est licitũ reo se defendere etiã ꝑ calũniã: & sic licet ei negare veritatẽ: & sic periurare:& sic iuramentum esset frustra secundum Bald. ibi.ij. col. licet non persistat in hac opin. quo ad principale quæsitum. contrarium tenet Salice. in d.l.ij. §. quòd obseruari. ad finem. vnico verbo. C.de iura.calum; & in d.l.j.Bal. & Abb. & glo. in c.j.de iura.calum. & Bal. in repetitio. l.ij. de iura. calum. lxij.col. ponit regulam, quòd vbicunque iuramentum est retractabile semper potest quæri de periurio. vide eum ibi & cogita super hoc:quia non habeo nunc tempus inuestigandi veritatem huius articuli. Hęc breuiter quo ad primum intellectum, ex quo habes quòd actore nil probante reus tenetur iurare, & se proprio iuramẽto purgare si per acto-
19 rem petatur. †Considera secundò posse verificari hanc l. non solum. vbi actor nil probauit, sed etiam vbi actor aliquid probauit, sed non est talis probatio, quæ sufficiat ad semiplenam probationẽ: nam tunc nullo modo est deferendum actori iuramentum:quia vbi actor semiplenè probat cęteris paribus ei deferendum est iuramentum. aliàs considératis circunstantiis,& qualitate causæ & idoneitate personę secundum distinctionem eorum,quæ per gl.& docto.traduntur secundum magis communem opinionem in l.in bonæ fidei.C. de iureiuran. & in l. admonendi. de iureiur. sed si actor nõ habet pro se semiplenam probationem, sed aliquid quod facit suspicionem in sui fauorem: & tunc nõ defertur

fertur actori iuramentum. Ratio est, quia tunc tale iuramentum ipsius non perficeret integram probationē, sed isto casu defertur reo ad sui purgationem contra dictā suspicionem. Hæc sunt elegantia verba Bar.[e] in d.l. admonendi. in
e fi col. in versi. his pręmissis. ad quæ reperies paucos aduertisse ad quæ inducitur fundamēto. c. fi. de iureiur. sing. est conclusio & intellectus ad d. c. fina.
20 † Ex quo infertur pulchra limitatio ad d.l. in bonæ fid. & ad d.l. admonēdi. quę iura disponunt quòd in defectum plenæ probationis defertur actori iuramentum vel reo inspectis qualitatibus personæ, & aliis circunstantiis: & cæteris paribus actori habenti pro se probationē semiplenam. Nā hoc est verum, vbi actor semiplenè probauit, sed si non semiplenè: sed habet pro se aliquam probationem quæ inducit pro eo aliquam suspicionē. nam tunc nō debet aliquo modo iuramentum deferri actori, sed debet reo deferri ad eius innocentiā quasi purgandam, & hanc Bar. doctrinā sequuntur aliqui moderniorum in d.l. admonendi. faciat glo. sing. in l. iij. §. si quis cum minorē. versi. idē tamē super parte leuior. ff. de mino. vbi gl. dicit, ꝙ afferēti pręsumptionem leuē nō defertur sacramētū in defectū probationis quā Bar. ibi sequitur, dicēs no. gl. quòd ex sola leui suspicione nō debet deferri iuramētū. idē Bal. ibi, idē Ange. in l. nō est verisimile. §. j. ff. quod me. cau. commendat ad hoc glo. d.l. & Bal. in l. admonendi. in vj. col. in princip. dicit quòd si minus est probatū, quam semiplenè non habet locum delatio iuramenti. facit glo. not. in l. non est. ff. quod met. cau. hoc idem reperio sequi Alex. in j. vol. consiliorum. consi. xxxij. & optimè idē consi. cxxviij in ij. vol. per plura cōsuluit iudicem nullo modo posse actori deferre iuramentū vbi minus est quàm semiplena probatio. Idē Ang. in auth. de nup. §. si vero vsufru. dicit, quòd nunquam iudex potest venire ad delationem iuramenti ex indiciis sed ex semiplenis probationibus, quæ sunt plus quàm indicia. l. cùm probatio. ff. de prob. alle. gl. in d.l. iij. idem Alex. in d.l. admonendi. fin. verb. alleg. d. glo. idem tenet glo. si rectè illam pōderas in c. fi. de iureiur. & hæc videtur mihi rectior &
21 cōmunior sentētia. † Quam etiam sentit gl. in l. fi. in prin. in gl. magna. ff. quod me. cau. tenēt Rom. & resident in hoc tāquā in sentētia magis cōmuni alij moderniores, nec te diuertat ab hac cōclusione gl. in c. tā literis. super parte ꝓbata.

de

de testi.in quãtum dicit, quòd si actor habet pro se vnam bonam præsumptionẽ deueniendum est ad delationẽ iuramẽti, quia illud intelligit de semiplena probatione: si bene ponderetur secundũ iura quæ allegat, scilicet d.l.in bonæfidei: & secus dicit in causa criminali mota, in qua nõ habet locũ delatio iuramenti: & sic clarè sentit de eo ꝙ regulariter inducit delationẽ iuramẽti, quod est semiplena probatio in ciuilibus, In criminalibus secus, nec etiam obstat id qđ Bal. dicit in l.si fundũ ad fi. C.de rei ven. vbi inquit quòd si iudex habet probabiles coniecturas potest deferre iuramentum ad supplendam probationem: nam non affirmat ipse dictas cõiecturas debere esse tales, quæ sint minus quã semiplena probatio: imò viso exemplo per eũ posito etiam maior est, scilicet quòd ad probandum quantitatem fructus probauerat actor redditus an-
22 ni præteriti. † Est verum quòd Alex. in j. vol. consiliorum, consi. liij. incipit in causa vertenti. inter Michaelem consuluit, quòd non solum actori est deferẽdum iuramentum si habet semiplenã probationem, sed etiam si habet minus quàm semiplenã, si habet aliquas cõiecturas & præsumptiones quæ iudicẽ inducant ad suspicãdũ pro actore. Mouetur duobus fundamẽtis. primò ex doctrina Bal. in d.l. si fundũ. & Bar. in d. l. admonẽdi. Sed ad Bal. iam superius respõdi: fundamẽtũ Bar. nil facit inquantũ Bar. loquitur de suspicione. vide eum diligẽter ibi, in pe.col. si cõsideras intẽte eum ipse se declarat intelligendo de tali suspicione quæ inducit semiplenam probationem ex quibus manet apud omnes intellectus d. c. fina. inquantum dicit simpliciter deferendum reo iuramentum, vt intelligatur secundum ꝙ Bar. intelligit illud, scilicet illud esse, propterea quia ibi actor non habebat per se semiplenam probationẽ, sed aliquam præsumptionem, vt etiam tenet ibi gl. Alex. Ro. & cæteri in d.l. admonendi. quos ante retuli. de intellectu illius c. nõ disputemus nunc, cùm esset magis curiosum, quàm vtile inuestigare. & Sali. in l.in bonæ fidei. xij. & xiij. col. recitat plures intellectus, inter quos nõ faciens mentionẽ Bart. nec gl. vt moris sui est refert illam Bar. responsionẽ, dicẽs, esse bonã & verã in se. s. ꝙ ideò ibi iuramentũ delatũ fuit simpliciter, quia actor non habebat pro se semiplenam probationem, & trãsit alios intellectus,
23 quos videre poteris. † Sufficiat tibi ꝙ Bart. est verissima

&

& communis, quam etiam sequitur Abb. in d. c. fi. in § sanè. in iij. col. versic. iij. quæro, vbi dicit, ꝙ si præsumptio pro actore non est talis quæ faciat semiplenam probationem, non potest deferri iuramentum actori. Ratio est in promptu, quia ipse actor, maximè in causa propria non potest facere vltra semiplenam: & sic non potest resultare plena probatio: sed tunc si videbitur iudici deferetur iuramentum reo ad purgandam illam præsumptionem, vt in c. fi. & in c. tam literis. de testi. idẽ sentit Bar. in d. l. in bonæ fidei. licet Abb. non allegat ad hoc dictam doctrinam Bar. in d. l. admonendi: hæc doctrina est verissima, & quisq; sapiens legabitur ratione Bar. quæ videtur concludere de necessario: sed est impossibile illam fundari ex d. c. fi. ꝙ. Bar. allegat in suum fundamentum. Nam Bart. mouetur ex verbis illius c. ibi (præsumptione verò faciente pro illo reo deferri potest ad ostẽdendam suam innocentiam iuramentum) quę verba non possunt intelligi de præsumptione tali, quæ non induceret semiplenam: imò necessariò debet intelligi de tali præsumptione, quę inducit semiplenã: & hoc clarè demonstrãt verba tex. quę sequũtur. s. (nisi iudex inspectis personarum & causæ circunstãtiis actori videat deferendũ:) itaq; si verba superiora intelligerẽtur, ꝙ actor habebat minus quàm semiplenè, non sequeretur ꝙetiã tunc iudex secundũ qualitatẽ personarũ posset iuramentũ deferre actori: & sic nõ necessitaretur iudex ad deferẽdum reo quod est apertè contra conclusionẽ omniũ: & sequeretur ꝙ etiam vbi actor haberet pro se minus quàm semiplenam probationẽ posset ei deferre iuramẽtum: vnde dico, si ille tex. intelligeretur secundũ ꝙ Bart. voluit illum intelligere esset directè casus rotundus contra suã conclusionẽ, per dictã exce-

24 ptionẽ positã in fi. d. c. † Ideò infero etiam Salic. nõ bene dixisse in d. l. in bonæ fidei, in quantũ dixit esse verã responsionem, scilicet, quòd ibi actor habebat minus quàm semiplenam, licet non persistat in ea. quapropter tene conclusionem Bar. sua ratione, non tamen per fundamenta d. cap. fi. quod c. est intelligendũ, prout Abb. ibi tradit. Prædicta eodem modo in actore intelligas, quemadmodũ dixi in reo.

25 † Vnde si actor plenè probasset intẽtionẽ suã, puta mutuasset cẽtũ Gayo, ipse Gayus reus probasset solutionem per aliquod indiciũ leue, non defertur ipsi reo iuramentum: quia eius iuramentum non supple-

ret, nec perficeret probationẽ suã:sed tũc defertur actori ad purgandã suam innocentiam eadem ratione: de qua supra quod est notandũ:ita dicit Bar. in d.l. admonendi. in fi.col. in versi.his præmissis:sed hoc intellige quando est talis exceptio,quæ compatitur cũ actione,puta,peto decẽ quæ mutuaui,opponit reus de solutione, & sic de aliis,quia si non compatitur,sed est directo contraria: tunc plena probatio actoris non confunditur per præsumptionẽ,nec semiplenã probationẽ rei, nec hoc casu esset necesse venire ad delationem iuramenti secundum Bal.in d. l.in bonæ fidei.in fi.verbis,ibi latius Salic.Ioan.Fab.ibi contrarium tenet,si euidẽtes præsumptiones essent pro reo. in hoc videtur Cy. ibi inclinare: vide eũ, & in l.j. C.de procur. & per hoc habes etiam alium casum sing.ad extẽsionem huius legis quæ loquitur de reo, qui debet proprio iuramento se saluare: nam etiam in casu superiori actor saluandus est, de quo statim aliquid subiiciã.

26 † Quæro ergo si actor plenè probauit intentionem suam, si est compellendus iurare: & se proprio iuramento purgare, si per eum petatur: & si reus per aliquod leue iudicium probasset exceptionem suam: certum est quòd sic eodẽ modo quo supra dixi, quia sic est in reo quando actor probauit minus quàm semiplenè: vnde iste articulus est sine dubio quando actor plenè probasset intentionem suam, sed reus probasset exceptionẽ per aliquod leue indicium, quando erat talis exceptio quæ cõpatiebatur se cum actione: vt in exemplo ante posito: nam tunc respectu exceptionis,non dicitur actor plenè probasse, cùm non repugnet verum esse actorem mutuasse, atq; reum soluisse:& sic obtinet doctrina Bart. superius relata, sed nec mihi deseruit de magno dubio: imò tunc regulariter seruabitur quod dispositum est in reo super delatione iuramenti:de quo Sali.in d. l. in bonæ fidei.xij.col.& exemplificat in omnibus exceptionibus, quæ se compatiuntur cum actoris petitione, vt exceptio transactione solutionis pacti de non petendo & similium,sed extra istũ casum quid iuris, & gl. in l.admonẽdi videtur sentire, ꝙ actore plenè probãte reus debeat condemnari:ita quòd nec actor iurare compellatur.Bar. & Salic. in d. l. in bonæ fidei. xij. col. versic. & si actor probasset, tenet hanc conclusionem, siue in casu quo actor plenè probasset, & reus nihil probasset, vel etiam si talis reus semiplenè probasset excep-

cept

ceptionem suam contradictoriã actoris petitioni, quæ cum illa se non compatiebatur: nã in vtroq; casu dicit non esse deueniendum ad delatioem iuramenti, sed reus ex probationibus est omnimodo condemnandus, cum in nullo sint elisæ probationes actoris: ita se expedit, nõ tamen aperit multum clarè si saltem tunc iuramentum purgationis actor cõpelleretur pręstare reo petente. allegat gl. in l. ob carmen. in § fi. ff de legib. Io. and. in d. c. fi. reperies Cy. quem tacet in d. l. in bonæ fidei in fin. q. expressè tenere hanc conclusionem Sali. C. ꝙ si actor ex parte sua plenè probauit intentionẽ suam per duos testes, reus ex parte sua probauit semiplenè exceptionem suam, nunquid sit locus huic iuramento? concludit cum dicta distinctione, scilicet, aut exceptio est cõtraria, & non cõpatibilis: & tunc secus. Idem tenet ipse Cyn. in l. j. C. de procur. in iij quæst. idẽ Ang. in d. l. in bonæ fidei,
27 ad fin. † Conclude breuiter, ꝙ aut actore plenè probãte reus probasset semiplenè exceptionem talem, quæ est compatibilis petitioni actoris, vt exceptionem pacti de non petendo solutionis translationis, & similium: & tunc deueniendum est ad delationem iuramenti eodem modo & forma, de quibus scribitur regulariter in delatione iuramenti: inspectis circunstantiis, & aliis quæ Doct. scribunt ad determinandum: vtrum reo vel actori deferendum sit: nam tunc ex quo reus semiplenè probat talem exceptionem compatibilẽ perinde iudicandum est, vt iudicamus de actore semiplenè intentionem suam probante, vt supra dictum est, aut non probauit illã exceptionem semiplenè, sed per aliquod leue iudicium, quod est minus quàm semiplena probatio: & tunc indistinctè actori est deferendum iuramentum ad innocentiam ostendendam: & ad purgandam dictam præsumptionem contra eum ortam per illud indicium à reo probatum, ita dicit Bar. in d. l. admonẽdi. in pen. col. in versic. his præmissis: quia sic statutum est, & dispositum in actore probãte, minus quàm semiplenè intentionem suam per aliquod leue indicium: quia reo deferẽdum est iuramẽtum ad innocentiã suam purgandam: ergo quare non idem in fauorem rei dicendum est: sed quando actor plenè probasset intentionem suam reo nihil probante, vel semiplenè probante exceptionem suam contrariam, & non compatibilẽ, quod quasi idem est: si tunc reus petat, vt actor compellatur iurare si ad hoc

potest compelli saltem ad innocentiam, & iustitiam petitionis purgandam.& vt vidisti ante doctores supra relati videntur concludere, quòd isto casu nullo modo deueniẽdum sit ad delationem iuramenti, sed ipsi videntur loqui de regulari delatione iuramenti, tamen nõ bene aperiunt: vtrum saltem ad innocentiam ostendendam compellatur actor iurare: licet rationibus suis vidẽtur concludere quòd non: & certè si arguamus de his quæ contra reum disposita sunt, vt eadem contra actorem statuantur, actor iurare compellendus esset, quia actore non probante, licet reus debeat ab solui, vt in l.qui accusare.C.de eden. tamen si per actorem petatur, compellitur reus iurare ad purgandam innocentiam: ita videretur dicendum econtra actorem compellendum. contrarium apertè videtur de-
g cisum in tex. valdè singulari g in c.ij.de probat. ibi disponit Papa in casu fortiori, scilicet, quòd non valet consuetudo, quòd si actor plenè probasset intẽtionem suam testibus aut instrumentis, quòd hoc sacramentum ei deferatur: ecce casum expressum, quòd si actor plenè probasset intentionem suam, non compellitur iurare, etiam si consuetudo contrarium disponeret, quam Papa ibi reprobat: & sic videtur ibi esse casus quæstionis etiam in casu fortiori. Rationẽ ibi subdit tex. quia ad hoc iuramentum deuenitur in subsidium, cùm aliæ legitimæ probationes deficiunt, vt in l.in bonæ fidei.& in l.admonendi. de iureiur. ergo cessantibus legitimis probationibus, cessat hoc remedium subsidiarium.Ioan. And. subdit aliam rationem: quia talis cõsuetudo esset contra rationem naturalem, quæ non admittit superflua. l. stipulatio.§. diuus.ff.vt leg. no. ca. Item iuri diuino repugnãs quòd nõ permittit iurare sine causa,& disponit in ore duorum vel trium stare omne ver-
28 bum.† Ego dico sic distinguendum:nam si actore plenè probante, & reo nil probante, petat reus contra actorem, vt iuret non super eo quòd directè tendit contra id quod per actorem probatum est, sed super aliquo facto, seu exceptione cõpatibili cũ actoris petitione: vt quia actor petit centũ, quæ dicit se mutuasse Cayo,& plenè probauit de mutuo.reus autem dicit se soluisse, seu transegisse: & sic de similibus: & nil probauit super hoc. sed petit vt super hoc actor compellatur iurare, & innocentiam ostendere proprio iuramento,& nõ dubito, nisi quòd compellatur iurare, tã per ea quæ

quęſupra dixi in reo actore nõ probante, quàm per iſtam l. quæ generaliter diſponit in ratione ſui. Item quia reſpectu iſtius exceptionis reus poteſt dici actor: prætendit enim contra actorem ſibi ſoluiſſe, ſeu inter eos tranſactum eſſe: & ſic militat huius legis ratio. Item ſi iſto caſu neceſsitetur reus ad iurandum actore nihil probante: ita actor reo nil probãte circa dictã exceptionem, cũ à pari iudicentur, quia etiam reus in caſu quo actor nil probat: ita eſt in caſu victoriæ, ſicut quando actor plenè probat. Item quia fauorabiliores reis quàm actoribus debemus eſſe. l. Arrianus. ff. de actio. & oblig. & contrariorum eadem debet eſſe diſciplina. l. j cũ ſimil. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. & in correlatiuis, vt ſunt actor & reus, quod ſtatuitur in vno, & in reliquo. l. fin. & ibi Bar. & doct. C. vnde vi. l. fin. & ibi Bar. ff. de accep. l. j. C. de cupreſsis. lib. xj. Item quia ipſe Bar. fatetur, ꝙ ſi reus probaſſet per aliquod leue iudicium exceptionem, actor eſſet compellendus iurare ad innocentiam oſtendendam. argu. eius quod cõtra reum ſtatutũ erat, ergo ſi reperimus ſtatutum in reo quòd in actore nil probante, ipſe reus cõpellatur iurare ad innocẽtiam oſtendendam. Item econtra, ꝙ etiam ſi reus non probet in nihilum exceptionem oppoſitam per reum, quæ non contrariatur actoris petitioni, compelletur iurare: ſi per reũ hoc petatur ad innocentiam oſtendendam, & hoc tam per iſtã legem, quàm per opinionem ſupra relatam, quę habet, vt actore non probante etiamſi nihil probet reus, compellatur ſe proprio iuramento purgare, ſi hoc petatur ab actore

29 † Nec in iſto caſu habet locum diſpoſitio d. c. ij. de prob. nam ille tex. non loquitur, niſi in caſu quo actor plenè probauit intentionem, ſcilicet, ſe mutuaſſe, & contra directam petitionem, & directè contra id quod ipſe probauerat, reus volebat, ꝙ iuraret actor, ſcilicet, vtrũ mutuaſſet ſibi illam quantitatem, quam probauit mutuaſſe, & ſuper hoc erat cõſuetudo quã ibi reprobat Papa, & hoc clarè colligitur ex tex. in quãtum dicit, quòd erat conſuetudo, quòd teſtibus & inſtrumentis ab actore productis per quæ intentionẽ ſuam probauit, non adhiberetur fides, niſi proprio iuramento ea coadiuuaret: & in caſu, quo reus allegat exceptionem cõpatibilem cum petitione actoris: ceſſat ratio & diſpoſitio d. cap. vbi autem reus petit quòd actor qui plenè probauit intentionem ſuam, iuret ſuper aliqua exceptione, ſeu ſuper

eo quod directè tendit contra petitionem actoris: & contra id quod ab eo probatum est plene, puta petit actor cẽtum à reo quæ sibi mutuauit & plene ꝓbauit. de mutuo reus petit ꝙ actor iuret si in veritate mutuauit: & tũc videtur apertè militare dispositio dicti capit.ij. de probatio. & quia sufficit se in principio iurasse de calumnia. Nec obstat huic cõclusioni argumentum de reo qui compellitur iurare etiam actore nil probante. Nã cessant hoc casu rationes decidẽdæ positæ in dic. cap. de actore plenè ꝓbante, & rectè intuenti casus sunt diuersi in ratione: & sic in decisione. Et sic erit ibi casus singularis secundum omnes non valere cõsuetudinẽ quæ disponit ꝙ postquã actor plenè probauit intentionem suã, quòd tenetur
30 iurare. † Sed hoc elegãter limitabis & intelliges, vbi causa rationabilis hoc statuendi vel consuetudinem inducendi non subsisteret, quia tunc non valeret dicta cõsuetudo, & sic intelligatur tex. dict. capi. ij. secus esset si rationabilis
b & legitima causa subsisteret [h] inducendi talem consuetudinem in aliquo loco. puta si in aliquo loco sunt homines ita deprauati vt facillimè corrũpantur testes: nam valebit tũc consuetudo exigens ab actore iuramentum, & non solùm in certo loco: imò toto orbe posset induci hæc consuetudo si ad hanc fraudem committendam homines sic essent deprauati, vt in dicto loco particulari dictum est, ita dicit Abb. singulariter in dicto capit. ij. iij. col. de ꝓba. mouetur ipse, quia hoc non esset tollere ius diuinum disponẽs in ore duorum vel trium veritatem stare, quia remanet in se validũ ius diuinum: vbi causa violandi vel interpretandi non subest. Nam in casu homines in quo ita corrupti ad legitimã probationem corrumpẽdam, seu testes sunt malæ opinionis consueti deierare: vt ego in regno Galiciæ multoties vidi. Nã tũc nemo sanæ mentis diceret secũdum eum non esse validam consuetudinem talem: cũ & ipse deus hoc faceret casu adueniẽte: sicut enim hoc videmus in testamentis ꝙ fuit mutatũ: eo quia sæpe fuit detecta falsitas in ore duorũ: eodẽ modo dicendum erit in alijs causis legitima subsistẽte causa, maximè: quia illa regula in ore duorũ vel trium non est præceptum morale, ita vt ex transgressione incurratur mortale peccatũ, sed iudiciale, fundatũ super certa ratiõe qua deficiente, vt quia forte veritas non reperitur in duobus satis mutari potest iuris dispositio

sitio. bonus text. in arg. in l. si hominē. ff. mãda. l. ex facta. de vul. & quod no. Inn. in c. quod super his. de voto. & in ca. quia plerique in fi. de immu. eccle. & in c. quæ in ecclesiarũ. de cō sti. & faciunt ea quæ per doct. scribũtur in l. fi. C. si cōtra ius vel vti. publi. & iiij. distin. erit autē lex. Hãc opi. Abb. sequitur Ant. Imo. & plerique moderniorũ in d. c. sicut: excepto Andrea Sicu. qui ambulat fluctuãdo, vt moris sui est, si posset peruertere cōmunē opin. sed in discursu reducit se ad hanc opi. idē tenet Ioan And. in addi ad specu. in titu. de instrumē. edi. §. compendiose. in
31 versi. sed nunquid. † Sed considera quia reperio Bal. ad quē nullũ moderniorum inuenies aduertisse, etiã eos qui eius lecturã recitant qui in d. c. recte ponderatus tenet cōtrariũ, s. nō valere dictã cōsuetudinem inductã etiã ex iusta & rationabili causa, s. data hominum iniquitate verba sua sunt hęc, sed mirabile est. Nam ista consuetudo potest esse rationabilis propter cognitã hominum infidelitatem. ff. de legi. l. non possunt. respōdet, quòd in suo genere non potest esse rationabilis. quia derogat veritati, & quia est captiosa & iniqua. Nã absurdũ est cũ actor semel iurauerit de calũnia: licet postea nolit iurare ꝙ attestationes testiũ qui sunt omni exceptione maiores reputent quodãmodo falsæ & reddant quasi infames apud bonos & graues & quòd fides testis nō debet poni in arbitrio alterius partis, quę fuit ratio dicti c. secundũ eum. verba sunt famosa: & ad hoc propositum non pōderata. Sed nihilominus videtur mihi iustior opinio supra dicta quæ est communis, scilicet valere consuetudinem ex iusta & rationabili causa. ideo Pau. de Cast. in d l. admonendi. xiiij. col ff. de iureiurã. dicit, ꝙ Veneciis nō seruatur dispositio dict. c. imò seruatur consuetudo quam ibi reprehē dit Papa, quæ satis videtur facta ad refrenandas hominum
32 malitias. † Adduci potest id quod Bal. not. dicit in auth. sacramenta puberum iij. col. in versi. sed quæro nunquid iuri canonico. Vbi quærit nũquid valet statutũ, ꝙ non valeat cō tractus minoris sine decreto nō obstante ꝙ minor iurauerit? videtur ꝙ non ex quo statutũ non potest iuri canonico derogare: sed hoc non obstãte concludit valere statutũ, si sit factũ rationabili causa subsistente. puta: quia malitia hominũ illius loci erat multum prompta circa decipiẽdos minores & ideo emanauit statutum. Nã cũ habeat in se æquitatem & rationē naturalē, nō

potest dici tale statutū esse iuri contrarium.dicit sic seruari de facto.idem voluit in l.nō dubium.C.de legi.ego allego theoricā Bar.à quo Abb.videtur motiuum suū habuisse in l.omnes populi viij.colū.ff.de iusti.& iure.versi.iuxta prædi-
33 cta quæro. † In illa quæstione nunquid poterit fieri statutū super his,quæ disposita sunt à iure diuino:& concludit:ꝙ si ea q̄ sunt de iure diuino sunt tēporalia,& tunc etiā si à iure diuino sit simpliciter statutū si causa legis vel statuti excludit peccatum,& valet lex,siue statutum.exemplificat in testamentis,vbi de iure communi requiruntur septem testes : licèt de iure diuino duo sufficerent.[1] Nam ideo nō sufficiūt duo, quia tunc lex præsumit dolose & fraudulenter fieri.l. iubemus.in fi.C.de testa.l.hac consultissima.C.qui testamē. face. poss. propter quam violentam præsumptionem lex addidit iuri diuino maiorem probationem vnde concludit Bart.quod vbi causa legis,vel statuti excludit peccatum : & valet lex vel statutum dero-
34 gans iuri diuino. †Sic dicendū in proposito, si causa esset iusta ob falsitates & testiū cor ruptionem euitandas:vt vltra debitum & perfectum numerum testium lex,seu statutum vel consuetudo requireret iuramentū actoris,vltra plenam probationem seruanda esset si qualitas hominū,vel testium hoc requirat : & ad hanc opinionem corroborandam possunt adduci illa quæ per glos. & Docto.tradun.in l.fin.C.si contra ius vel vti.pu.& in d l. omnes populi,scilicet quòd ex causa ius diuinum interpreta-
35 tur per ius positiuum. † Facit text.sing.in capit.quia verisimili.de præsumpt.vbi singulariter secundum Anto.ibi quòd si contra eum qui opponit aliquam exceptionē esset p̄sumptio respectu exceptionis per eum oppositæ, vt quia talis exceptio non est verisimilis,quòd imponitur ei maius onus probandi quàm si plena probatio exceptionis Idē Anto.in capit.super hoc.de renū. xiij colū.& sic est ibi casus secundum Abb.etiam quod efficacior probatio requiritur ab eo qui vult probare exceptionem,seu quid aliud quod non est verisimile sic esse,vt allegatur per dict.c. quia verisimile. datur singularis limitatio ad d.ca.ij. de proba.vbi est casus quòd non debet quis grauari onere probandi vltra plenam probationē:quia illud est verum.nisi contra excipientem esset præsumptio,quod exceptio esset non verisimilis:quia tunc grauatur maiori onere probandi.ita dicit Ant.in d.c.

super

super hoc. & sequuntur etiam moderniores in d.c. quia veri
36 simile. quod not. † Et per prę-
k dicta [k] cōsului, ꝙ si esset homo quidam causlosus solitus corrumpere testes, seu testes essent talis conditionis qui facillimè corrūpunt & deierāt: vt infinitis vicibus vidi in causis & testibus Galiciæ, ꝙ etiā si actor plenè probaret intentionem suā si per reū peteretur vel hoc iudici visum fuerit ad veritatē plenè discutiēdam posset cōpellere actorem ad iurandū super veritate causæ: & sic dedi consiliū plerisq; iudicibus de causam iudicātibus, quia finis iudicum debet esse veritatē modis omnibus inuestigare, solū deum habendo præ oculis timore, amore & odio postpositis: & ita obseruandū fuerit iudex recordatus, quòd eadem mensura qua metieritis remetietur & vobis, extra hūc casum, scilicet quod nō obstante iusta & rationabili causa inducendæ dictæ cōsuetudinis propter corruptam hominum fidem. tene actorem plene probantē intētionem suā non esse vltra hoc compellendū iurare super eo super quo plenā adduxit probationē per d.c.ij. cuius dispo
37 sitionē seruabis. † Per quem tex. Bal. ibi infert, ꝙ licet iuramentū calūniæ non præstitum in cōtestatiōe litis debeat prę-stari postea inquacunq; parte exigatur: aliàs nolens iurare habeatur pro confesso. hoc limitetur esse verū nisi nollens iurare iam perfectè probauerit. Mouetur per dictum capi. quod dicit alibi non reperiri ad hoc cum eo trāseūt ibi moderniores: tamen prout pūgit Andr. Sicul. tex. in capit. ij. de iuramen. calūniæ lib. vj. videtur dati iudici potestatē exigendi iuramētū malitiæ quādo hoc viderit expedire. Re-
38 fert etiā Bal. ibi. † Quod si statutum disponat, quod reus requisitus ad subeūda tormēta, si non cōpareat habeat pro cōfesso. nā debet intelligi, nisi per prius de innocētia sua ꝓbauit cū quo vt meri relatores trāseunt moderniores: & ego cum eis: & per illud cap. refert Roma. in l. admonendi in vlt. col. ff. de iureiur. se cōsuluisse
39 in ciuitate Vincentiæ. † Vbi adest statutum, quod probatio per acta causa nō sufficiat, nisi etiā producens faciat fidē proprio iuramēto, ꝙ tale statutū nō valet ex eo: quia plenę probationi addit probationē per
40 iuramentū quod not. † Ex ꝓdictis singulariter habes intellectū nouū ad hanc l scilicet quod etiā si ipsa disponat contra reū, tamē obtinet contra actorem si reus probasset per aliquod leue indiciū exceptionē cōpatibilem cum peti-

tione actoris:& hoc de iure cõmuni per dictam opinionem Bart. Et idem secundum opinionem quam supra tenui, licèt nil probasset pro tali exceptione compatibili attẽta huius l. dispositione. Si autem id super quo reus petit actorem compellendum iurare esset di rectè contra id quod actor petiit,& super quo plenè probauit nõ compellitur iurare per dictũ capi.ij. nisi ex consuetudine inducta ex rationabili & iusta causa aliud induceret vel etiam si non esset talis consuetudo,& animus iudicis ad hoc se inclinaret considerata qualitate causę personarum & testium. tene menti perpetuò su-
41 pra dicta. † Nota vlterius verba legis. ibi (y si se lo prouar no pudiere salue se el demandado por su jura.) nã hic est casus, quòd actore non probãte reus compellitur iurare saluando se proprio iuramento: quid è contra an actore dixi supra.
42 † Sed vnũ tene menti, quod ad hoc vt reus cõpellatur subire hoc iuramentum est necesse, quòd prius ei offeratur libellus. allego ad hoc Albericũ de Ros. in l. iusiurãdum. & ad pecunias. §. ait prætor. ff. de iureiurãdo. in fina. vbi dicit se notare actum practicũ, scilicet quòd si actor petat centũ à reo propter quæ fecit eum coram iudice citari dicit actor se velle stare iuramento rei, reus respondit offeras primò libellũ, postea tibi respondebo. actor replicat nolo offerre, sed volo quòd de præsenti causa decidatur: quia nolo litigare: sed aut iura, aut deferas mihi: concludit non rectè allegare reum: imo esse necesse antequam compellatur iurare, quòd primò ei offeratur libellus. Motiuũ suum est: quia in causis debent offerri libelli. l. j de edendo. & authenti. offeratur. Idem tenet antiquus doctor Oldra. Lauden. quidem moderni postillantes Abb. in capit. fin. de iureiurando, referunt hoc dictũ pro valde notabili. transeunt simpliciter solùm contenti relatione. Quidam alius moder-
nus Mediolanensis. [1] repetẽs dictam legem admonendi in quinquagesima colu. etiã refert hoc dictum subdẽs, quod semper hæc decisio dura sibi visa est, quanuis contradicentem non inuenerit. Nam secundum eum calumniose videtur petere reus libellum, cũ si dubitet posset petere tempus ad deliberandũ quomodo iuret dicta l. iusiurandum: &
43 ad pecunias. † Mihi videtur hoc residere arbitrio boni iudicis. Nam si de hac calumnia manifestè non constaret iudici non debet reus repelli, nec videtur reus hoc calumniose petere

petere

petere in dubio. Nam ad deliberandum quomodo & qualiter debeat iurare: & si ei expediẽs sit iurare vel referre melius veniet oblato sibi prius libello, tũc enim melius certiorabitur de facto, super quo cõuenitur quàm si nullo libello porrecto iurare seu respondere compelleretur. Et ita teneo per d. auth. offeratur. vbi ideo præcipit lex libellum offerri reo, vt possit certitudinaliter esse certus, verũ ei liceat cedere vel cõtẽdere, & sic ex libello certificatur qs melius quàm nudo verbo, & alios casus, vbi etiã actore non probante reus non est absoluendus: imò debet se purgare: vide per gl. no. in c. j. vt Ecclesiast. benefic. & glo. singu. & ibi Bal. & Sali. in l. j. C. de requi. reis. Bal. in l. qui accusare. C. de eden.

PErquàm vtilis & quotidiana quæstio per eũdẽ dominum Rodericum Suares dispu tata: vtrum in bonis maioricatus pater habeat vsumfructum.

SVMMARIVM.

1 *Pater in bonis maioricatus filij an habeat vsumfructum: & numero 9.*

2 *Si filio sit relictus vsusfructus an pater illum debeat habere: & nu. 11. & 12. cum seq.*

3 *In feudis datis per Regem filiofamilias si sint quaternata & nobilia vtrum acquiratur vsusfructus patri: & nu. 5.*

4 *Donata ab Imperatore an sortiantur priuilegium bonorum castrensium.*

6 *Vtrum in feudo maximo aduentitio quæratur patri vsusfructus.*

8 *Maioratus in nostro regno quid sit.*

10 *Licentia à principe concessa ad faciendum maioratum an faciat bona castrensia.*

13 *Iura inseparabilia à persona an possint patri acquiri.*

15 *Pater an debeat habere commoditatem in omnibus rebus filij quibus patri non quæritur vsusfructus, & nu. 16.*

17 *In bonis maioriæ procedentibus à donatione regia an pater habeat vsumfructum vsque ad nume. 21. inclusiuè.*

22 *In bonis quæ vulgo appellantur Enrriqueña an pater habeat vsumfructum.*

23 *Si princeps donauit locum vel villam libere pro aliquo, & suis descendentibus, an pater debeat in illis bonis habere vsumfructum.*

24 *Si res ecclesiæ, vel reipublicæ solenniter distrahantur, an possint præscribi tanquam res priuatorum.*

25 *L. ex cùm multa. C. de bonis quæ liberis, an procedat tantum in Imperatore.*

26 *An iura quæ loquuntur in Imperatore habeant locum in Regibus & principibus vsque ad numerum*

rum 30. inclusiuè.

31 *An ex eo quod filius est clericus etiam primæ tonsuræ pater priuetur vsufructu, & an in bonis etiã quæsitis nõ intuitu clericatus prædicta procedant: & numero 32. & 33.*

34 *Clericus primæ tonsuræ an sit clericus, & gaudeat priuilegio clericorum cum aliis. & nu. 35.*

36 *Bona ante clericatum quæsita an efficiantur propter clericatum castrensia: ita quod pater priuetur vsufructu vsque ad nume. 38. inclusiuè.*

37 *Si pater administrat bona filij emancipati vel quãdo ei non quæritur vsusfructus an teneatur reddere rationem filio.*

ADDITIO.

a *Adde illud intelligendum dummodo sint iustè & licitè quæsita: nam in rebus aduentitijs filij ex illicita causa quæsitis pater non habet vsum, nec vsumfructum secundũ Ioan. And. in addi. ad Spec. tit. de actore. §. j. in glo. peculij. nu. 23. alleg. tex. in l. quod autem. ff. pro socio. & tex. in l. quod seruus. ff. de acqui. pos. vbi vide Alex. de Imo. & docto.*

b *Arguit author ad partem negatiuam: & adde quod gl. in authen. idem est: hic alleg. enumerat x. casus quibus patri nõ quæritur vsusfructus quæ glo: est magistra & ordinaria secũdũ Ias. in §. pœnales. nu. 88. insti. de actio. & vide quæ scribit Lud. Gom. in §. actiones autem. nume. 17. versi. iiij. species peculij. insti. de actio.*

c *Adde quod illum tex. dicit singu. Alex. de Imo. in l. j. §. hoc autem. fin. col. ff. ad Trebel. de cuius tex. intellectu, vi. Ias. & Phil. Dec. in authen. ex testa. C. de collat. & latè per Lud. Gome. referentem plura in §. actiones autem. instit. de actio. num. 15. maximè an ille tex. habeat locum in filio proprio Imperatoris vel tãtum in extraneo.*

d *Adde ex hoc posse inferri ad intellectum clausulæ Regis Henrici quod non tantum in solis filijs maioribus solum expressè vocatis, verùm etiam in nepotibus & pronepotibus & cæteris descendentibus habeant locum cùm dixerint* que lo aya por mayoradgo.

e *Adde quæ scribunt in propria specie huius quæstio. videlicet an in bonis maioratus filij, pater habeat vsumfructum. Hispanus in l. xlvij. in decisio. Tauri.*

f *Adde Bald. in l. cùm oportet. in princ. col. fin. C. de bonis quæ liberis. vbi ante authorem alleg. tex. in hac l. fin. de quo super meminit author nume. 5.*

g *Adde quod hanc sententiã Ang. sequitur & confirmat dicens eam singularem Ias. in l. cum filio. ff. de leg. j. in penul. char. nu. 157.*

h *Adde de hac clausula Regis Henrici, & eius intellectu: vbi eius verba sunt formaliter inserta aliqua singularia per doct. de Pal. Ru. in repe. rub. de don inter vir. & vx. § lxix. incip. extra casus prædictos, nu. 14. cum pluribus seq. per* vj.

vj.col.de quo alibi meminimus.

i *Adde quæ scribit Fel. in c.quæ in ecclesiarum.col.ij.de consti. & copiosè per eundem in c. cùm non liceat.col.iiij. de præscrip. & Phil. Dec.consi.cclxix.in iij.col. & per eundem in consi.cclxxj.per Nico. Boe.in decisi.viij.aurea.& Ioan. Igneũ in dispu. vtrum Rex Franciæ recognoscat Imperatorem.*

k *Adde Nico.Boe.in decisi.clxviij. aurea.in ij.col.*

l *Adde de his omnibus quæ prosequitur author doct.de Pal.Ru.in repetit.rub. de do.inter vir.& vx. §.xlij.incip.amplia. xl. col.ij. & doct.Didacum de Segu.in repe.l. Imperator.ff.ad Tre.char.lxviij. & vide scriben.moder.in l.penul. C.qui testa.fac.non poss.*

m *Adde Phi. Dec.in c.in præsentia. de prob.nu.65.ver.ex supradictis.*

n *Adde Pan.& doct.in rub. de vita & ho.cler.& Phil. Dec.in c. cùm non ab homine.ij.col.& nu.3. not.de iudi. & vide Pan. & addi.in c.iij.de postu.præla.& eundem Fel.in c.nõ dubiũ de sen.exc.*

o *Adde latè doct.de Pal.Ru.in repet.rub.de don.inter vir.& vx. §.xlij.incip.ampliatio.iiij.col. & nouissimè Phil. Dec. in c. in præsentia.hic alle.nu.62.versi.iij.dubitatur,vbi perpendit de verb Panor.& illius opi.reprobat & vide quæ scribit Phil. Corne. in consi. cxlvj.vol.j.nu. 15.*

p *Adde Barba.in rub.de pecu.cler. & Bal.in l.iij.§.si quis minor. in ij.lect.ff.de min.dicẽtẽ quod filius consequitur ex fructibus suæ præbendæ non quæritur patri vllo modo: & vide Paul. de Cast. consil. ccccxv.vol.ij.viso & examinato ex facto respõdere licet expẽsas factas à patre pro filio habente beneficia ecclesiast.videri factas de fructibus beneficiorum & sic animo compensandi cum fructibus.*

1 VTrum † in bonis maioriæ filio obuenientibus ex linea materna vel aliàs pater habeat vsumfructum? noua profectò & solennis est quæstio, quam habui de facto in causa ardua inter illustrẽ virum dominum Franciscũ Enrriquez nunc Adelantatum prouinciæ Beticæ cum patre suo dum viueret:& in alio negotio arduissimo fui cõsultus & multoties accidit in hoc regno, quòd aliqua illustris fœmina habẽs bona maioriæ, siue comitatũ vel ducatũ sibi ab antecessoribus delatũ contrahit matrimoniũ cum aliquo milite vel generoso viro; ea mortua relinquit ex tali matrimonio filiũ maiorẽ ad quem veniunt dicta bona iure primogenituræ: vt accidit in dicto Frãcisco Enrriquez,quia matri suæ pertinebat dictũ adelantamẽtũ : & sic in aliis pluribus hoc accidit vtrũ in talibus bonis debebat pater habere vsumfructum, & administrationẽ sicut in aliis bonis simpliciter aduentitiis? neminẽ vidi in specie scribẽtẽ

super

super hoc quotidiano atque perutili passu. Et ad pleniorẽ effectum consequendum scribã quæ scripta reperi quasi ad propositũ faciẽtia, & post hæc non tacebo quę multis diebus cogitaverã super hoc. Et quod pater debeat habere usumfructum est regula à qua pater de iure communi fundat intẽtionem suam, scilicet quod regulariter in omnibus aduenti-
a tiis[a] pater debeat habere usum fructum, ut in l. cùm oportet. & per totũ tit. C. de bonis quæ libe. & in toto tit. C. de bo. mater. Sed videamus nunc quæ
b huic regulę obstare possunt.[b]
2 † Primò obstat gl. in authen. idem est. C. de bonis quæ libe. quæ tenet, ꝙ si filio legatur usus fructus, quòd patri non acquiritur usus fructus talis. Idẽ tenet gl. in auth. ut liceat matri & auiæ. in prin. quam glo. approbat Alberi. Pergamensis doctor antiquus: & Bar. Contemporaneus in d. auth. Idem est, & in l j. C. de bon. mater. versic. quid si filio. ego allego aliam glo. quæ non solet allegari in l. fi. C. de usufru. in gl. magna ad finem. quæ tenet ꝙ dicta lex corrigitur: ergo si in aduẽtitiis corrigitur, videtur quod pater non debet habere usumfructum usus fructus. Sed si hæc cõclusio est vera, cùm in bonis primogeniturę filius nõ habeat quodãmodo, nisi usum fructũ: nam proprietas est inalienabilis, videtur ꝙ pater in talibus bonis nullo modo debeat habere usumfructũ. Præterea facit quod Bal. scribit in l. j. in fine. C. de bo. mater. ubi quærit nũquid usus fructus acquiratur patri in emphyteosi uxoris, quæ peruenit ad cõmunem filium, dicit ipse videtur, quòd non: quia haberet usumfructũ usus fructus. Item, quia alienare non potest, non bene se determinat pollicetur se dicturum in auth. idem est. C. de bonis quæ lib. sed ibi nihil dicit in specie in d. quæst. emphiteosis. Pręterea faciũt elegantia verba And. de Iser. in c j. in §. Regis. in ij. & iij. col. de his qui feud. dare possunt. in versi. valuasores. ad finem.
3 † Ubi quærens quid in feudis datis per Regẽ filiofamilias si sunt quaternata & nobilia: utrũ acquiratur usus fructus patri? dicit quòd non: etiam si filius sit in potestate tanquam castrensia. l. cùm multa. C. de bonis quæ libe. & hoc nõ videtur dubium per d. l. cùm multa, sed si filiusfamilias habet tale feudum quaternatũ ex regia dispositione: non tamen acquisiuit ipse à re: sed habuit ex successione materna: an tunc pater habebit usumfructũ in tali feudo? dicit hanc quæstionem fuisse de facto. Nam secũdum eum dicta l. cùm multa. loquitur

tur quando princeps dedisset ipsi filio: sed quãdo ex successione ad eũ peruenit, talia bona desinunt esse castrensia mutatione personæ. l. Paulus. de acquiren. hær. l. fin. de inoffic. testa. l. iij. & l. si fortè. & in l. hæreditatem. de castren. pecu. cum ratione personę militantis bona sortiuntur hanc conditionem, vt dictis legibus, & C. de castren. pecu. l. cùm allegas. lib. xij. fortè posset dici, q͂ non quæritur vsusfructus patri illa ratione: quia licet castrense nõ est apud illum, qui nõ militat: tamen feudum est apud hæredem sicut apud primum cõcessarium: quia tenetur ad seruitium militare filius, vel nepos sicut ascendentes quibus succeßsit. Vnde non desinunt esse feudalia, sicut illa castrensia: quia rei videtur hoc inesse per illam distinctionem, aut dignitas adhibetur personæ aut rei, vt in glo. l. j. de metropo. lib. vj. hæc sunt verba satis notanda, quę quasi literaliter traduxi: & solum propter hanc determinationẽ placuit mihi emisse. Andr. de Iser. sunt verba singularia, ex quibus videtur decisum patrẽ nõ gaudere vsufructu. De hoc dicto And. de Iser. reperio factam mẽtionem per And. Sic. à quo cõfiteor didicisse in sua solẽni repetitione quam fecit super rub. de testa. xcij. col. dicens, & affirmans, quòd si mulier habuit comitatum à Rege ea mortua succeßsit filius in comitatu, quod pater non acquirit vsumfructum comitatus. Refert And. de Iser. dixisse sic iudicatũ aliqualiter decurrat verba dicti Doct. & solum dicit fuisse quæstionẽ de facto, non tamen quòd sic fuisset iudicatum.

4 † Præterea accedat famosus text. in l. cùm c multa. [c] vbi casus, quòd donata ab Imperatore sortiuntur priuilegium bonorum castrensium per quem dicit Lud. Roma. in l. senium. C. qui test. face. poss. quod potest filiusfamilias in talibus bonis sic ei donatis per Imperatorẽ testari: licet esset in patris potestate cõstitutus, dicit ibi esse casum sing. ad hoc sequitur And. Sic. in d. repet. xcj. col. dicit se reperisse quandã apostillã Io. de Ana. manu propria scriptã super l. pe. C. qui test fac. pos. quę idem cõtinet: & cõtinebat secundum eum dicta apostilla fateri Ioã. de Ana. à nemine se hoc audiuisse. & est vnicus ille tex. ad hoc quod fœmina etiã potest habere quasi castrense peculiũ ex donatione principis, quod alibi nõ reperiẽ secũdũ Bal ibi addo Bal. in l. cùm oporter. §. j. quasi adfi. C. de bonis quę lib. mouet apertè quasi dictã quęstionẽ And. de Iser. habendo respectũ ad feudum.

Quæ

[illegible]

propter distinguit: nam si pa-
ter viue patrie præstatum, & in
aliis rebus adventitiis vult ha-
bere vsumfructum & non po-
test per d. l. cum multa. & per
l. j. de metropo. lib. xj in auth.
de testi. & ea quæ pr. §. si vero
& in c. si de ind. [illegible] aut si pa-
ter simul habitat in eadē do-
mo, & mēsa cū filio, qui habet
dictum feudum, tunc fructus
sunt

sunt communes, etiam patri, quo ad victum & necessaria, vt in d. §. dicitur de fratribus, hęc ille. Adde Bald. in l. si vxorem. ad fi. C. de con. inser. vbi l. quę
7 rit in hæc verba. † Quid in feudis concessis filiisfamiliâs: respondeo si regalia sunt concessa in feudum: ista sunt bona castrensia. l. cum multa. C. de bo. quæ lib. idem si non sunt regalia: sed alia ratione non acquiritur patri quidquam: quia feudum est seruitus quædam, vt not. ff. de vsufru. l. si cuius. in princ. & si acquireretur vsusfructus patri esset seruitus seruitutis, quod est impossibile, vt l. j. ff. de vsufru. leg. Itē quia pater non succedit filio in feudo, ergo nec ei acquiritur per filium. Probatur consequentia per l. quæ legata. ff. de reg. iur. hæc ille. faciat tex. sing. in l. iij. in §. si quid. in versi. sed si ei legatum, ibi cùm patri hanc non acquireret: vbi casus not. secundum Bald. ꝙ illud quod cohæret personæ filij, non acquiritur patri, vt in militia, quod facit secundum Bal. quòd illud quod filius consequitur ex fructibus suæ præbendæ, nō quæratur patri vllo modo. Hęc sunt à me reperta, quæ doctores ad propositum super hoc passu scripsere, ex quibus parum, aut nihil poteris colligere ad huius quæstionis de-
8 terminationem. † Superest in medium afferre labores vigiliarum mearum, vnde præsuppono, quòd in nostro regno hoc nomen (mayoradgo) sumitur multipliciter & largo modo appellamus (maioradgo.) illa bona sic vinculata & conditionata tali vinculo, vt deuenire debeant ad filium maiorem. & sic ad descendentem maiorem perpetuò [d] ita ꝙ sint inalienabilia vllo modo. Hoc præsupposito dico, ꝙ quædam sunt bona maioriæ siue primogenituræ vel maioricatus, quæ idem præsunt & synonoma, que bona procedūt à patre & auo, seu ab aliis personis: vinculo maioricatus vinculata siue conditionata, quæ bona non processerunt à rege & principe, nisi solùm quatenus rex dedit licentiam alicuí seu facultatem vinculādi bona sua: & faciendi maioricatum ex eis vni filiorū, cui voluerit vt communiter hodie impetrant parentes siue ab antiquo reperiuntur bona sic vinculata omnibus successoribus semper consentientibus: & sic possessa per tempus antiquissimum immemoriale, vel fortè: quia primus qui fecit maioricatum, & talia bona vinculauit, vt venirēt ad maiorē natu sui generis, & essent inalienabilia cùm filiis & descendentibus careret, talia bona contulit cum dicto vinculo ali-

cui conſanguineo ſuo, quod poteſt, vt ego iam vidi quamplures maioricatus factos his omnibus modis ante dictis. † In his bonis ſic vinculatis, & in tali maioricatu, quod alicui filiofamiliâs, obuenit tanquam bona aduentitia, crederem ꝙ pater debet habere vſumfructum,[e] nam iſta bona ex quo omnimodo ſunt aduentitia, nec procedunt à rege in talibus bonis, obtinent locum omnia iura quæ concedunt regulariter patri vſumfructum dictorum bonorum, nec huic propoſito poteſt adaptari l. cùm multa. C. de bo. quæ lib. quia illa loquitur ſpecificè in his bonis quæ filiusfamiliâs acquiſiuit ex donatione Imperiali in eum collata, quod clarè demonſtrant verba d. l. cùm multa. ibi (Imperialibus donationibus.) & ibi. (ſi quis igitur à ſereniſsimo Principe donationes ſit conſequutus,) & Bar. & Salic. ſic ſummant illam l. quòd in rebus donatis à principio filiofamiliâs, patri non quæritur vſusfructus, ſed cum nulla bona procedant à rege in caſibus ante dictis, ergo per conſequens nõ poteſt dici caſtrenſe: & ſic pater habet vſumfructum, & ceſſauit diſpoſitio d. l. cum multa. Item non poteſt dici, † quod per dictam licentiam quam rex alicui concedit ad faciendum maioricatum fiant caſtrenſia vel quaſi dicta bona ex quibus pater facit maioricatum virtute dictæ licentiæ, cùm bona ſint propria ipſius patris, & nulla ex dictis bonis procedunt à rege, ſed à patre vel auo, vel ab aliis: ſed l. cùm multa. præciſè loquitur in bonis donatis à culmine imperiali, & ſic præciſè intelligenda, maximè quia prout in plurimũ in eũ filiũ inquẽ pater cõſtituit maioricatũ virtute regalis ſibi conceſſæ non transfert omnia bona, quia legitimam tertiam & quintã ex diſpoſitione legis, poteſt pater relinquere vni ex filiis, quem elegerit, ſed imponere vincula in dictis bonis, ſcilicet, quòd non poſſet alienare, ꝙ veniat ad filium ſuum maiorem. Iſta magis reſpiciunt præiudicium filij cui relinquuntur dicta bona, cùm ſaltem in legitima nõ poſſet ei opponere aliquod grauamen, per l. quoniam in prioribus, ſi ad hoc non haberet regiam facultatem. & hoc caſu dicta facultas, ſeu regia licentia ad maioricatum conficiendum, magis tenderet in præiudicium quàm fauorem filij. † Nec etiam huic deciſioni obſtabit aliud fundamentũ, à me poſitum, ſcilicet, cum filius cui peruenit maioria, non habeat niſi vſumfructum, ex quo proprietas eſt inalienabilis, ergo vſumfructum, vſuſfruct

fructus non debet habere pater, quia respondeo aliam esse veram conclusionem, scilicet, quod etiam in casu quo filius in aliqua re habet solum vsumfructum, pater debet habere illum vsumfructum, & proprius commoditatem illius vsusfructus. f Iste est casus sing. in l. fi. C. de vsufru. vbi est casus secundum communem intellectũ, quòd filius habebat in aliqua re solum vsumfructum & disponit ibi Imperator quòd nihilominus acquiratur patri filio existente in potestate, in tantum quòd dictum vsumfructum non perdit pater morte vel emácipatione filij, vel quacunq; eius filij magna seu media capitis diminutione: est verum quòd gl. magna ibi in fi. dicit, quòd illa lex non potest intelligi in castrensi vel quasi, nec in profecticiis: quia in illis vel in totum acquiritur patri, vt in profecticiis vel in nihilũ: vt in castrẽsibus, nec etiam in aduenticiis: cùm dominium eorum acquiratur filio: sed vbi filius in aliqua re habet solùm vsumfructum dominium est in vsufructu: quia in vsufructu bene est dare dominium. ff. si vsuf. peta. l. qui vsumfructum. per quam l. dicit glo. & Bald. in rubri. C. de vsufru. quòd vsufructuarius habet dominium illius iuris, & vsusfructus, quod patet, quia ei datur actio in rem pro tali vsufructu, vt in l. vti frui. ff. si vsusfru. pet. ergo dictus fructus in totum acquiretur filio & nil patri. ideò dicit glo. ibi, quòd d. l. corrigitur, & sic sentit quòd pater non debet habere vsumfructum. hæc

12 est fortis oppositio, cùm † seruitus seruitutis esse nõ debet. ff. de vsufru. leg. l. j. & hæc fuit ibi opi. gl. quę reprobatur ibi à Bal. vbi Bald. eleganter loquitur in iij. & iiij. col. versic. omnimodo veniũt, dicit ipse aliis omissis, quòd quando filio legatur plena proprietas, tunc ei debetur proprietas, & patri vsusfructus formalis ex dispositione legali. l. cum oportet. & l. fi. de bonis quæ lib. quandoque filio relinquitur merus vsusfructus formalis, tunc in eodem vsufructu numero concurrunt pater & filius, scilicet, filius quo ad titulũ, pater quo ad effectum, qui durat in patre eo viuente in integro statu, postea reuertitur ad suam originem, id est ad filium, nec cõsolidatur cum proprietate: quia filius qui est in medio, & habet titulum vsufructuarij impedit consolidari. Hęc Bal. & sic patri nõ acquiritur vsusfructus formalis: sed mera cõmoditas alioquin acquireretur seruitus seruitutis, quod esse non debet: & sic non obstat l. j. ff. de vsufru. lega. hæc

Bal.in d.l. si. Idem per omnia Salic.in ij. opposit. reprobans
13 in effectu opin.gl.†Nec etiam obstat si dicatur iura inseparabilia à persona non acquiruntur patri, vt in d. l, iij. §.si quid.ff. de min. & ff. de iniur. l.sed si vnus.§ si filio.& vsusfructus est inseparabilis à persona.l.si vsusfructus. ff. de noua. de iur.dot. l.si vsusfructus.solut. matrim.l. vsufru. respondeo ex autoritate Bald. in d l. si.in ij.col.versic.redeo ad primum dicentis, quòd quædam sunt quæ cohærent personæ ex qualitate personæ cohærēte,vt militia,& ista non acquiruntur patri, & sic loquuntur d. l.iij.alia sunt quæ cohærent personæ ex natura rei: & sic consistunt in faciendo. Idem C. de caduc. tol. §. ne autem, nam voluntas facti est & personæ cohæret,ff de verb. obli. l. si stipulatus fuero illud aut consistit in iure,vt vsusfructus: & acquiritur patri,vt in d. l.si, & l. si vsusfructus ff. de stipu. seruo.vel respōdet aliter quòd iura inseparabilia à persona ex dispositione legali, non separantur quo ad titulum, sed extenduntur quo ad commodum & effectum; vnde ista est potius extensio, quæ fit ex natura qualitatis personæ inhærentis, quàm sit separatio & digressio, puta de vna persona in alteram. Hæc ille.

14 † Idem ibi Salic. in princip. versi, venio ad apparatum,nil in hoc discrepans à Bald. nisi quia dicit, quòd ista est magis quàm commoditas,habens aliquid iuris secum admixtum, arg.inter antiquam.C. de vsufru. Cyn. ibi dicit quòd vsusfructus non cohæret filio sed patri, & sic respondet ad d. l. iij.dicit sic tenere gl. & quanquam Cynus vadat per alios ambages; tamen in effectu tenet quòd semper quæratur patri vsusfructus, licet filius non habeat in re nisi solum vsumfructum reprobans glos. in d. authen. idem est, Hanc opin. sequitur Azo in summa, de bonis quæ liberis; dicens in effectu filium esse vsufructuarium; sed pater rebus ex vsufructu prouenientibus vtetur
15 & fruetur. † Plus dicit Ang. Are.in §.igitur,in iij.col. inst. per quas pers. nobis acquir. quod in omnibus casibus in quibus patri nō quæritur vsusfructus in aduentitiis filiorum:qui casus numerantur in d,auth. excipitur per gl.& in d.§.igitur. & in d. auth. Idem est tamen: pater semper debet habere
g commoditatem illius iuris,[g] quod non multum deliberatè affirmat dicens,quòd si hoc verum est, est singularis limitatio ad gl. in d. §. igitur. & ad notata in d.authen. excipitur, vnde infert cautelā esse quando

do aliquis vult, quòd patri filiorum nihil adquiritur in eo quod relinquit alicui filiofamiliàs, vt expresſè prohibeat, quòd nec vſusfructus nec aliqua commoditas quæratur patri, aliàs niſi de commoditate expresſè excipiatur: haberet pater commoditatem ſecundum eum. Mouetur per text. in l. plenum. in §. quanquam. & in l. filius. in fi. ff. de vſu & habit. vbi ſi filio relictus eſt vſus, vt cohæreat perſonæ filij, & pro indigentia perſonæ filij, tantummodo pater habebit commoditatem, licet illud ius non poſſet patri acquiri, quod eſt notandum. Hæc ſunt eius verba famoſa certè & adhuc noua. Ex his infertur limitatio ad d. auth. excipitur. & ad alia iura quamplurima: & licet hoc ſit ſingulare tamen habet maximum du-
16 bium. † Quia iura per eum allegata ſolùm probant, ꝙ etiam ſi filio legetur vſus, pater habebit commoditatem, vt in vſufructu dicit tex. in d. l. fin. ſed nec ex hoc infertur concluſio Ang. & quia non eſt præſens articulus, remitto ad eaquę eleganter dixi ſuper intellectu d. authent. excipitur in quadam quæſtione publicè per me diſputata, incipien. quædam mulier prouinciæ de Vizcaya, & ſufficit quatenus tangit propoſitum ſi patri acquiritur cõmoditas etiam in caſu, in quo ſolùm vſus eſt relictus filio, à fortiori acquiritur vſusfructus in bonis maioricatus, in quibus pinguius ius habet filius maior. Nec obſtat argumentum de feudo: quia etiam in illo tenet Iac. de Belu. & ſentit Bald. in d. l. cùm oportet in fi. quòd commoditas acquiritur patri ratione patriæ poteſtatis. Item quia feudum principaliter cõceditur, vt percipiat fructus, & inde ſeruiat, vt ſuperius dictum eſt, per prædicta in bonis maioricatus, vinculatis his modis, de quibus antea teneo indubitanter patrem habere vſumfructum.
17 † Alia ſunt bona maioriæ, quæ principaliter procedunt ex donatione ſeu mercede, vel confesſione regis vel principis, vt multoties vidi, quòd rex facit alicui donationem alicuius loci ceu villę, ſub hac conditione quòd habeat illam filius ſuus maior: & ſic de cæteris deſcendentibus iure primogenituræ: & quòd ſit inalienabilis perpetuò maneat in genere donatarij iure maioricatus, nã quãtum ad illũ facta fuit donatio primò à rege. Caſus procedit ſine dubio, ſcilicet, ꝙ patri illius donatarij, non quæritur vſusfructus, cùm dicta donatio facta à rege reputetur peculium quaſi Caſtrenſe. Iſte eſt caſus ſing. in d. l. cùm multa,

vnde in bonis sic filio donatis pater nõ habebit vsumfructum,& in isto cui facta est donatio. Casus procedit sine du-
18 bio. † Sed quid dicendum in suis successoribus? dico quòd si donatio à rege facta est hoc modo: quia ipse donauit alicui comitatum seu locum faciendo eum inalienabilem:& quòd post mortem donatarij veniat ad filium suũ maiorem iure maioricatus: & sic ad omnes suos descendentes, semper ad minorẽ natu iure maioricat⁹: & sic donatio facta fuit à rege iure maioricatus, teneo quòd tunc nõ solum in primo donatario, sed in quocunque suo descendẽte seruabitur dispositio supradicta, quod pater in talibus bonis non habeat vsumfructũ & seruetur dispositio dictæ l.cùm multa. Moueor ad sic tenendũ primò ex dicta doctrina Andr. de Iser. & Andr. Siculi supra relata, vbi aperte tenent, quòd pater non habeat vsum fructum nõ solum pater primi donatarij, sed pater alterius cuiuscunque successoris ad quem peruenit comitat⁹ licet Andreas de Iser nia loquatur in feudo: sed rationes & fundamẽta sua satis concludunt in casu nostro in donatione regia facta alicui alicuius loci seu comitatus, ita quòd semper perueniat ad filium suum maiorem, & sic inalienabilis maximè attẽto, ꝙ semper in talibus donationibus videtur onus appositum ipsi rei donatæ & illã possidẽti siue ad illam vocato: quia tenetur talis possessor siue vocatus seruire regi & suis successoribus nam ferè in talibus donationib⁹ reges apponũt clausulam, quod donatarius & sui successores teneantur de tali loco sic donato seruire regiæ coronæ facere guerram & pacem ad regis mandatum:& sic mutatione personæ non desinunt esse feudalia, quæ fuit ratio potissima mouens di-
19 ctum doctorem. † Præterea vltra hoc mouet me nimis. Nam ex quo princeps donauit locum vel comitatum iure maioriæ alicui, ita quòd eius descendentes possideant iure maioratus, certũ est quòd dicti descendẽtes, scilicet maior natu vocati sunt ex regia donatione & dispositione. Pro quo facit text. in l. quoties. C. de donatio. quæ sub modo vbi casus singularis, ꝙ si donaui alicui aliquã rẽ ita, vt ipse habeat in vita sua:& post ei⁹ mortem deueniat ad Titiũ, quòd ex tali donatione & cõcessione acquiritur vtilis actio dicto Titio & ei cui post mortẽ donatarij debet venire res donata. Est casus valde famosus in v. parte titu. iiij. l. vij. incipit. (hasta dia cierto.) vbi singu lariter

lariter dicit tex.quod trāsfertur dominiū & possessio in eū in quem post certū tempus res donata debet peruenire. puta si donaui alicui rem ita quod post certū tēpus debeat ad Sēpronium deuenire.nam trāsacto tempore in dictū Sēpronium transit dominū & possessio virtute talis donationis.

20 † Præterea Bal.quasi idem videtur tenere in l cū antiquioribus in vj.colū.C.de iure deliber.versic.x.sic dicens,quod in feudis post mortem patris transit possessio in filium sine noua apprehensione, & ponit hoc in themate illius quęstionis quando per Papam frater Caroli fuit inuestit⁹ de regno Siciliæ pro se & descendentibus,ita vt semper perueniret ad maiorē primogenituræ.facit quod Bar.tradit in l.iurisiurandi.§.si liberi de ope.liber. & Bal.in l.si adulta.C.de hære.actio.& in auth.vnde si parens.C.de inoff.test.& in aliis locis,vbi dicunt,ꝙ si pater acquisiuit ab aliquo iure cōtractus emphyteusim ꝓ se & filiis suis,quod dictis filiis dicitur ius acquisitū ex tali cōtractu nō tanquā hæredibus,sed tanquā filiis.Ideo dato quòd patris hæreditatem repudiassent habebūt emphyteusim ex eo quòd vocantur iure cōtra-

21 ctus. † Ad propositum ergo cùm rex donat alicui locū seu comitatū iure primogenituræ seu maioricatus, ita quòd ad descendētes donatarij perpetuo iure primogenituræ ad maiorem natu debeat peruenire,dico quòd dictus descendens maior videtur apertè vocatus à rege,& ex tali donatione regia ei est quæsitū ius ex quo infertur in consequentiam,quod non solū respectu primi donatarij,sed etiā quo ad omnes eius descendētes ad quos iure primogenituræ debet peruenire dicet quasi castrense quasi eis sit acquisitum ius ex donatione imperiali & obtinebit dispositio dic.l.cum multa cum descendens maior vocetur ex donatione regia, & ex illa acquisiuit ius,& ita pater nō habebit vsumfructū tanquā ex peculio castrensi:& per hæc euaduntur argumenta adducta in oppositum,scilicet quòd mutatione personæ desinit esse peculium castrense:vt in d.l.fin.nam hic nō mutatur persona respectu donatarij, cùm descendens maior natu vocet̄ ex dicta donatione,sic reputandum est tanquā si eidē à principio facta esset donatio:& sic cū quilibet descendens maior reputetur donatarius ex regia concessione non potest dici mutata persona donatarij,& hæc nota.& in hoc membro verificatur opi-

22 nio Andreæ de Iser. † Et hāc

conclusionem perpetuo tenebis menti ex qua infero ad omnia bona, quę vulgariter nũcupantur Enrriqueña.
h [h] nam cũ Rex Henricus qui cognominabatur bastard' frater inclitæ memoriæ Petri Regis Castellæ fecisset quàm plures mercedes atq; donationes tã comitatuum quàm villarũ & locorum militibus qui ei plurimum seruierant maximè dũ erat extra hæc regna in societatibus Francorũ timore dicti regis illustrissimi Petri fratris sui quæ donationes postea effectum sortitæ sunt: cũ fortuna fauente regno potitus sit victo atq; occiso dicto fratre & rege apud villã seu castellũ de Montiel. postea idem rex Henricus in testamento suo apposuit quandam clausulam, quòd omnia loca comitat' & villæ à se donatæ essent bona maioricatus inalienabilia: & quod ad descendentes donatariorum semper venirent iure primogenituræ ad maiorem natu & in defectum descendẽtium deuoluerentur ad regiã coronam. & quãquàm multæ altercationes atq; controuersiæ in hoc regno me vidẽte & in multis cõsulente ortæ fuissent, vtrũ dicta clausula esset in vsu vel ne. tamẽ p inuictissimos reges nostros fuit expſsè dispositum atque ordinatũ quòd dict. clausula esset omni modo obseruãda, & dedit causam primum hoc præcipiendi quoddam arduum negotium per me publicè disputatum in studio Salmãticensi super villa de Ceheinos inter Ferdinãdum de Bazan virum nobilẽ, & doña Maria Çapata generosam fœminã vicecomitissam de Palacios. & ex tunc absque vlla controuersia sic obseruatur & pronũciatur, ergo cum in talib' maioriis acquiratur ius descendentibus ex donatione regia, videtur quòd pater in illis non debet habere vsumfructum quod est mirabile & in tempus tanquã quid nouissimũ dabit honorẽ decedenti in practica.
23 † Hęc obtinent quãdo princeps donauit locũ ita vt haberet ipse & descendentes sui iure primogenituræ vel maioricatus: sed si donasset libere & simpliciter locũ vel aliquam villã seu hæreditatẽ pro donatario & suis descendentibus nulla maiorię facta mentione: sed ꝙ illã habeat donatarius liberè pro se & successoribus ad vendendũ donandũ, &c. & ad faciendum de re donata ad libitum prout sibi placuerit, in hoc credo licet quo ad hunc donatariũ primum reputetur castrẽse: tamẽ quo ad successores non. Vnde pater aliorum successorũ huius donatarij habebit vsumfructũ. pondero ad hoc dictam

l. cum

l.cum multa.ibi (si quis igitur à serenissimo Principe donationes sit consequutus habeat &c.) Vnde dicta lex solũ concedit hoc priuilegium ei cui à Principe facta est donatio.ergo in aliis successoribus remanet regula iuris communis. Præterea pondero dictã l.quæ dicit ad similitudinem castrẽsis peculij iuncta l.fina.C. de inoffici.testamen.vbi casus singularis,q̃ castrense peculium solum dicitur in eo,qui illud lucratus est in castris,sed illo mortuo statim desinit esse peculiũ castrense.Hæc est litera singularis dict.l.fina.ibi (cùm nec nomen peculij permanet, sed aliis rebus cõfunditur, similem fortunã recipit queadmodum & cæteræ res &c.) & Bal.ibi dicit nota quòd mutato statu personæ & rei status cõuenit mutari.facit l.castrẽse.ff.de castren.pecul.vbi text. dicit (castrense peculium est quod à parentibus vel cognatis in militia degenti donatũ est) & ibi. (uã quod erat &c.) facit not.text.in l.per procura rem.ff.de acquirẽ.hæredi. ibi (quia castrensia esse mutatione personæ desierunt.)& Salice.in dict l.fin.dicit:not.quod priuilegiũ datum nomini seu rei propter nomen cessat extincto nomine & dicit Imola post Di.in dict.l.per procuratorem quam ipse legit sub le-
24 ge Paulus. † Quòd si res ecclesiæ vel reipublicæ vẽdatur priuatæ personæ legitima iuris solẽnitate interueniente, quòd postea illa res potest pręscribi quemadmodum cæteræ res priuatorum.faciat elegans verbũ Barto.in l.si Publicanus in §.in vectigalibus.ff de public.dicens.quòd licèt in pręscriptione contra principẽ requiratur tẽpus immemoriale, tamen si volo præscribere cõtra eum cui princeps concessit vectigal.per priuilegium sufficiet præscriptio ordinaria.Idem Bald.in capit.j.quæ sint rega.& sic videtur mutatione personæ mutari priuilegium rei.Item si bene ponderentur verba Andreæ de Iser. in dict. capitu.j. supra relato hoc decidit expressè.nam loquendo in terminis propriæ quæstionis dicit respondendo argumen.d.l.fin.vbi mutatione personæ desinunt esse bona castrensia.dicit quòd illud obtinet in castrensibus non sic in feudo quod datur ad seruitium. Itaq; videtur aperte sentire quod in talibus castrensibus pater habebit vsumfructum,quãdo in illis filius suus successit alteri primo donatario:& hæc videtur mihi vera conclusio: nec immaturè explicata & supradicta tenebis menti tanquam noua & à nemine sanè quem viderim cõ-

25 siderata. † Vnum est quod in prędictis videtur apponere aliquam confusionē:& est quoddam verbum positū in extranea materia per Andream Sicu.in repe.quā fecit super rubrica de testamen.in nonagesimatertia col. vbi inquit expresse quòd dispositio d.l.cùm multa.non habeat locū in donatione facta à Rege,nec à populo libero non recognoscente superiorem:sed solū in donatione facta ab Imperatore. Mouetur per d.l.cùm multa. ibi (Imperialibus donationibus) profectò verbū est grande,& si est verum quasi de nihilo in regno nostro seruiet dispositio d.l. cùm multa.sed incōsideratè ab eo reputo ꝓlatum & non iniuria cōtra eum adduci potest illud ꝓclare scriptum ab Aristotele in primo de cælo respicientes ad pauca de facili enunciant.Vnde contra eum induco sequentia. Primo Bal.in l.exemplo ad finē. C.de probatio.vbi dicit,quòd rex in regno suo est Imperator:quod [1] infert ibi ad quæ-

i stionem vtrum sentētia regis lata pro ipso rege possit probari per scripturā eius sigillo

26 roboratam. † Et quòd Imperator vocetur rex allego not. text.in l.in fin. C. de legi. ibi (quid enim maius quid sanctius Imperiali maiestate vel quis tāto superbiæ fastidio tumidus est vt regalē sensum cōtēnat) & ibi (an oporteat huiusmodi regiā interpretationē) & Bal.eleganter in proœ. ff.in iij.colum.versicu.& nota quod Imperator dicitur optimè in alia materia inquit Bal. in l.precib⁹. C.de impu.& ali. sub. viij.col.in xiij.opp. quod domini in terris suis dicuntur lex animata ideo testamētum eorum est ibi lex concludens dispositum in milite quātum ad substituendi potestatē habere locum in dominis terrarum . Allego etiā singularem conclusionem Bald. in authē. hoc amplius. C. de fideicommis.in iij.colum.versi. quæro an filij regis,vbi mouet quæstionem an filij regis possent inter se diuidere baronias pro futuris dissensionibus euitandis,dicit quod sic de consensu regis in quo perseueret vsque ad mortē.vt l.fin.C.de pactis. non tamen rex potest promittere,sed permittere:quia permissio in qua potest habere locum pœnitentia,non aufert testandi libertatē,id est hæredem instituendi vel codicillādi.Etiā ille subdit eleganter quod fortè illa lex finalis potest tolli per statutū regiū:vt in c.j.in §.ꝑterea.qui.mo.feu. amit.quia rex est lex animata in regno suo.& potest plusquā lex cōmunis vel cōsuetudo ex quo infert vnū mirabile,ꝙ

le, ꝙ si primogenitus sit insufficiẽs ad regni gubernationẽ, posset secũdogenito regnũ dare: nam consuetudo regni de præferendo primogenitũ non debet interpretari contra totius regni vtilitatem. ff. de legi. l. quod fauore. & vtitur etiã Bal. arg. eius quod fecit Dauid
27 inter filios suos. † Præterea dicebat Bal. in l. in quibus. C. de secun. nup. quòd si consuetudo dictat ꝙ filius primogenitus succedat in regno, quòd si nati sunt simul duo ex eodẽ vtero nescitur quis sit prior vel posterior, quòd Rex genitor potest eligere quis eorũ sit rex & regnũ gubernet, prædictis etiam accedere potest conclusio Bal. in c. j. in §. Item sacramẽta. de pace iur. fir. in v. col. vbi dicit quòd valet donatio inter Regẽ & filiũ suũ existentem in sua potestate propter authoritatẽ Regũ si exprimat facere regia authoritate, arg. l. pe. C. de don. inter vir. & vx. quem sequitur Alex. in l. quan quã. ff. de test. mil. & in l. Centurio. in viij. col. ff. de vulg. facit singulare consilium Oldr. in consi. ccxxxj. incip. vt eius. de quo quæritur aliqualis notitia habeatur: vbi tenet quòd sicut in donatione facta ab Imperatore non requiritur insinuatio: vt in auth. idẽ est C. de don. & gl. in l. j. C. eo. ita erit in dona. Regis seu alterius domini locũ tenẽtis Imperatoris in terris suis. & ibi tenet quòd l. pe. C. de do. inter vir. & vxo. disponens valere donatio. inter Imperatorẽ & Augustã obtinere etiã in donatione inter Regem & Reginam, licet d. l. loquat̃ in Imperatore. & hoc expressè firmat Bal. ibi, idem expressè Ludo. Rom. in auth. ex testa. C. de colla. & quòd in donatione regia non requiratur insinuatio, sequitur Bald. in l. Sancimus. in princip. in ij. col. C. de donatio. Ioan. Andr. in addi. ad Specu. in tit. de instru. editio. §. porrò. in vltima addit. magna. Ioan. de Imo. in c. cùm contingat. penul. char.
28 de iureiur. † Mihi videtur casus singu. in d. l. pe. ibi (in piissimam reginam) & pulchrè Alex. multas cotas ponens in d. l. Centurio. viij. col. à quo traduxit quidã modernior in c. cùm nõ liceat. iiij. col. versic. dices idem de Rege. de præs. & Bal. in rub. quæ sunt rega. dicit quòd quilibet Rex in regno suo est monarcha. idem Bal. in c. cùm venissent. de eo qui mit. in poss. & in c. cæterũ. de iudi. dicit verbũ Regis habetur pro lege alleg. l. bene à Zenone. de qua. præs. & Cin. in d. l. pe. C. de do. inter vir. & vx. dicit ꝙ dominus nõ recognoscẽs superiorẽ in terra sua est princeps, & Bar. in l. infamem. in fi. q. de pub. iudi. dicit quòd

quòd ciuitas nõ recognoſcens ſuperiorem habet tantam poteſtatem in populo quantã Imperator invniuerſo.idem in l. relegati.ff.de pœnis. quòd ciuitates Italiæ nõ recognoſcentes ſuperiorem ſunt principes ſibiipſis.& And.de Iſer.in rubri.quæ ſunt rega.quod quilibet Rex in regno ſuo poteſt quod Imperator in terra Imperij & tãtum ius habet in regno quantũ Imperator in Imperio:& adhuc melius gubernant reges cùm maximam curam habeãt de vtilitate regni propter filios, qui poſt mortẽ eorum regnare debent,quod ſecus eſt in Imperatore cùm procedat per electionem non ita bene gubernat ſecundum eum.Item quia à principio domini fuerunt reges,vt in §.exactis.ff.de ori. iu. & in §. cùm placuiſſet.in authen.vt propo. no.Impera.in princ.& ſic ſunt redditę prouinciæ priſtinę for-
29 mę habẽdi reges.†Allego tibi duo iura ſingularia. Primũ in l.poſtliminium.in princ.ff. de capti.ibi (inter nos liberos omnes populos regẽſque moribus conſtitutum)ſecundum in c.per venerabilẽ. qui filij ſunt legi.§.inſuper. vbi caſus ſing. ſecundum doct.ibi quòd principes non recognoſcentes ſuperiorem poſſunt exercere ſaltem de facto ea quæ ſunt conceſſa atque reſeruata Imperatori in ſignum ſpecialis priuilegij vt legitimare,famæ reſtituere & ſimilia. Itẽ facit text. ſingu.in d.l. cùm multa. ibi(ſi quis igitur à ſereniſsimo principe)& Bal.ibi dicit not. quòd feuda regalia caſtrẽſi peculio annumerãtur. & ſic intelligit dictam l.in donatione facta à Rege : & hoc expreſsè tenet Andr.de Iſer.in c. j. de his qui feud. da.po.ſentit Bart.in d.l. penul. Et per prædicta habeas opinio. And.Sicu. pro caduca
30 atque non ſcripta. †De iure noſtri regni,hoc eſt expeditiſſimum per quandam l. regni. not.quæ eſt in ij.parti.in tit. j. l.viij.incipit(ſibida coſa es) vbi tex.apertè dicit quòd omnia priuilegia & omnis poteſtas Imperatoribus conceſſa cenſetur conceſſa regibus & adhuc maior, [k] vt ibi.l.numerat.& eſt magis expreſſum in iiij.parti.tit.xvij. (del poder que han los padres ſobre ſus hijos) l vij.incipit caſtrenſe peculium, vbi apertè eſt caſus conſimilis d.l. cùm multa. & loquitur in donatione facta à Rege. tene menti , quia hic genitor meus tractat devſufr. qui patri tanquã legitimo adminiſtratori pertinet,cõtiguè interponã aliã quæſtionem ab eo tactam in dicto tractatu & eſt an in bonis aduentitiis clerici pater habeat vſumfructũ, & poſtea ponã duas quęſtiones

tan

tangentes bona maioricatus: 31 verba eius sunt. †Cõsidera ta 1 men vtiliter & singulariter ꝙ si filiusfami. tempore quo aduentitia sibi delata sunt esset clericus etiam primæ tõsuræ: nam tunc vsusfructus aduentitiorum non quęritur patri: allego ad hoc primo not. tex. in c. quia nos. de testa. & ibi dicit Abb. Host. & And. Sicu. not. ꝙ clerici in parentum potestate constituti licitè possunt testari de omnibus aduentitiis: vnde vsusfructus illorum bonorum non acquiritur parẽtibus cùm illud quod laicis est aduẽtitiũ in clericis appelletur & reputetur quasi castrẽse, quod And. Sicu. ibi reputat mirabile ad limitationem l. j. C. de bon. ma. & l. cùm oportet. C. de bonis quæ lib. quibus est cautum vsumfructum aduentitiorum filiifamilias acquiri parentibus, vt non habeant locum in filiofamilias clerico. Vnde infert id quod ex se est clarum, ꝙ si mater vel alius instituat filiumfamilias clericũ non acquirĩt vsusfructus patri. Quod reputat mirabile in fauorẽ clericorum. hęc ille more suo exclamans de tanto priuilegio. Hæc sequitur ibi Card. & hoc probatur expresse in authent. presbyteros. & in l. sacrosanctæ. C. de episc. & cler. & Bal. in d. l. sacrosanctæ. ad finem, dicit tertio not. quòd pater clerici in peculio filij clerici non habet vsumfructum, & Bald. in dicta authenti. presbyteros. in princi. postillando verba sub sua potestate posita in dicta authen. dicit not. quòd ista verba significant quod filius habeat sub sua potestate quantum ad proprietatem & vsumfructum. 32 † Est verum quod Bar. in d. l. sacrosanctæ. videtur hoc restringere ad bona filio acquisita intuitu clericatus, vt in illis non acquiratur patri vsusfructus, secus in aliis aduentitiis, & ita videtur etiam esse de mente sua, in l. litis. in §. pater. de nego. gest. Clarius hoc tenet Salic. in dicta authen. presbyteros. in prin. dicit enim quod clerici possunt habere bona triplicis speciei. Quædam vt laici quia non contemplatione ecclesiæ mediatè vel immediatè, nec clericatus causa: & ista si sunt aduentitia patri quæretur vsusfructus cùm per sacerdotium non sunt liberati à patris potestate, vt in dicta authent & sic. l. cùm oportet. in princip. C. de bonis quæ libe. habet locum in talibus bonis, & per dictam authent. presbyteros, non corrigitur d. l. cùm oportet in his bonis. Hæc Salice. quod est satis notandum. alia sunt bona quæ clericus acquirit mediante clericatu, alia immediatè de quibus

bus ibi latè: quia non facit ad propositum omitto. sufficit ꝙ in bonis aduẽtitiis de quibus agimus est conclusio Sal. quod eorum vsusfructus acquiratur patri per filium clericum, & in aliis acquisitis intuitu clericatus seruetur dispositio dictæ authen. & patri non acquiratur eorum vsusfructus ad similitudinem peculij quasi castrensis. Nota. verbum est de quo And. Sic. qui putauit summam Mineruę arcem attigisse nõ soluit difficultatem, certè isti dicunt contra opinio. Hostien. Abb. And. Sicu. Bal. & aliorum quos ante recitaui de quorum intentione est vt indistinctè vsusfructus etiam aduentitiorum non quæratur
53 patri per filium clericum. †Et hęc opinio videtur verior, pro qua videtur mihi tex. singularis in d. authenti. presbyteros. ibi (res quolibet modo ad dominium venientes eorum) & in d. l. sacrosanctæ. ibi (ea quæcunque in eodẽ clericatus gradu locóque viuentes acquirere & habere potuerunt etiam si in patris auíque proaui potestate constituti) & sic dictæ dictiones quæcunque & quolibet modo satis demonstrant indistinctè bona etiam si non intuitu clericatus filiis obueniant esse præcipua filiorum absque eo quod patri vsusfructus quæratur. & Pau. de Cast. in d. l. sacrosanctæ. ad hoc extollit valde illum tex. vt clerici sint valde magis priuilegiati, quàm milites: cùm milites solũ testari possunt de his quæ acquiruntur in castris occasione militiæ: clerici etiã de aliũ de quæsitis quàm intuitu clericatus puta de aduentitiis & aliis, & hoc apertè probatur in c. quia quos. & in c. relatũ. in §. cæterum. & in c. requisisti. in §. illud. de testa. hãc opinio. approbat hodie quædam lex partitæ in prima partita. tit. xxj. l. iij. hanc opin. sequitur Abb. in c. in præsentia. de proba. xix. col. in versi. ego aliter dicerẽ. dicens, quòd de bonis alicui obuenientibus post ingressum religionis indistinctè acquiruntur monasterio, nec patri acquiritur vsusfructus: tum quia exit à patris potestate tum quia clerici & personę religiosę sunt priuilegiatæ super bonis aduentitiis, vt habeãt ipsorũ administrationẽ plenã & illud quod prophanis est aduẽtitiũ in eis sit quasi castrẽse, vt in d. auth. presbyteros. & in d. c. quia nos. & hãc opi. sequitur Anto. in d. c. quia nos. & illã extendit etiã ad clericos primæ tonsuræ m quam opin. ibi sequitur And. Sicu. in iij. col. per d. authen. presbyteros. & per d. l. sacrosanctæ. quę generaliter disponunt in omnibus clericis. hoc idem videtur

tur esse de mente Abb. in d.c. quia nos. ad fin. de testa. nam ibi est casus secundum Innoc. quòd clerici in parentum potestate constituti possunt liberè testari & disponere de omnibus aduentitiis. Vnde vsusfructus illorum bonorum nõ acquiritur patri: nam quod in laicis est aduentitium in clericis reputatur castrẽse vel quasi. Est casus rotundus in d. authen. presbyteros. subdit & in hoc facit & loquitur ille tex. in omnibus clericis cuiuscũq; ordinis. & etiam facit tex. in d. c. quia nos. qui generaliter loquitur in clericis, debuerat Abb. si placuerat facere men-
34 tionem de do. Ant. †Confir-
n mo " hanc conclusionem quia clericus primæ tonsuræ appellatur clericus, & adhuc est ordo clericalis tex. not. in c. cùm contingat. de æta. & quali. ibi (an clericatus ordo in tonsura huiusmodi cõferatur) & in fi. ibi (per primã tonsuram iuxta formam ecclesiæ datam à talibus clericalis ordo confertur) & ibi gl. notanda quæ hoc tenet allegans ad hoc alia iura & allego glo. singularẽ xxxij. distin. in summa. vbi glo. dicit quòd latè ordines minores dicũtur sacri, & quia in quolibet ordine confertur gratia si dignè sumatur de quo per magistrum in quarto sentẽtiarum. Idem tenet Abb. in c. clericus. de vita & honest. clerico. & sic intelligit glo. ibi quæ contrariũ sentit, scilicet strictè: nam largè sic per c. si qs episcopus. xxvij. q. j. bene facit tex. in c. cùm nõ ab homine. de iud. ibi (in quocunque ordine) & ibi Abb. in ij. not. dicit clericum primę tonsuræ gaudere priuilegio fori, vt non valeat cõueniri coram iudice seculari, per d. c. cùm contingat. Facit quod dicit do. Ant. in d. c. cùm non ab homine. quem sequitur ibi Andr. Sicu. & sequitur Abb. in d. c. clericus. quòd quilibet clericus etiam primę tonsuræ est capax sententiæ depositionis, per dictum c. si quis episcopus. Nec obstat tex. in d. c. clericus. in versi. sine ecclesiastico gradu. vbi videtur casus quòd clericus in minoribus non dicitur habere gradum, quia intelligitur strictè: sed largè sic & etiam sacrum: sed strictè nõ est sacer, & sic intelligitur ille text. de gradu sacro & quòd largè dicatur ordo sacer in minoribus est glo. singu. in d. c. summa. xxxij. quæstio. quam commendat Abb. ad hoc in d. c. clericus. & And. Sicu. in d. c. cùm non ab homine. ij. col. &
35 in d. c. at si clerici. ij. col. †Bene facit quòd per prædicta infert And. Sicu. in d. c. at si clerici ij. col. quòd dispositio dicti cap. quæ habet vt clericus non posset cõdemnari coram

episco

epiſcopo ex cõfeſsione,quam fecit coram iudice ſeculari ha beat locum in clerico primæ tonſuræ & tenet Hoſtien.ſecundum eũ in d.c.cum non ab homine.licet contrarium dicat ſentire Anto.in dicto cap. cum nõ ab homine.& in d.c.ſi cleric⁹.& prædicta & alia fuerunt per me allegata in cauſa vertente inter Ioã. de Oualle & Ioan.de Vria patrem ſuum nobiles viros conciues meos in gradu ſupplicationis: nam ex parte dicti Ioan.de Oualle fuit ſupplicatum à dicta ſententia & allegaui illũ eſſe clericum primæ tonſuræ tempore mortis matris ſuæ quæ illũ inſtituit hæredem.& per conſequens vſumfructum nõ eſſe acquiſitũ patri ſuo:& ita fuit pronunciatum & ex hoc capite fuit reuocata prima ſententia quæ fuerat lata in fauorem

36 patris ſui quæ omnia no. †Et tenebis menti perpetuò quòd intãtũ obtinẽt prædicta quod habebũt locũ in bonis etiam quęſitis ante clericatũ, quia eo clerico facto efficiũtur caſtrẽſia & ſic pater priuabitur vſufructu in eis acquiſito. Hoc fuit de mẽte Abb.in d.c.in pręſentia.xxvij.col.de prob.verſ. ego aliter dicerẽ: licet loquatur in filio monacho. nam ibi Abb.poſtquam tenuit concluſionẽ ꝙ ſi filius ingrediaĩ monaſteriũ in bonis ei obueniẽti bus & acquiſitis poſt ingreſſum religionis nõ habeat pater vſumfructũ: imò liberè & plenè acquirãtur monaſterio p d.auth. presbyteros. ſubdit hæc verba,& hac ratione idẽ fortè poſſet dici in bonis acquiſitis ante ingreſſum vt ſtatim p ingreſſum gaudeat priuilegio auth. presbyteros. & ſic priuabiĩ pater vſufructu illorũ bonorũ etiã in vita ſua & eſt noua & pulchra cõſideratio ſecũdum eum,quod intelligit quando filius hoc expreſsè diſpoſuiſſet, aliàs dicit ſtandum diſpoſitioni d. auth. ſi qua mulier.nec obſtat ſecundum eum cap. licet de ſepult. nam loquitur in laico,non in clerico

37 ſeu religioſo.† Ego crederem quòd hæc conſideratio Abb. nõ eſt noua, vt ipſe exclamat, nec vera ⁹ vt affirmat licet dubius per verbum fortè. Primò allego expreſsè Sali.ind.auth. ingreſsi. vbi apertè tenet ꝙ ſi filius ingrediatur monaſteriũ,pater non priuabitur vſufructu bonorum aduentitiorum quæ filius habebat ante ingreſſum. quam opin. tenuit ibi Ioan. Fab.& Ant. in d.c.in præſentia: ſi ergo Abbas dicit contra opinionem, quam iſti antea tenuerunt, quomodo vocat ipſe nouam conſiderationem ſuam,quæ contrarium conſiderauit. Secundò Abbas nullo fundamento loquitur, niſi

nisi solú per rationē auth. præsbyteros. Sed ego non video verbū in d. auth. ex quo posset constare propositum eius, scilicet, ꝙ si aliquis efficiatur religiosus vel clericus nō solùm bona acquisita post clericatum, sed etiam ante quæsita efficiantur quasi castrensia: imò ibi rectè ponderatus est casus in oppositum ibi (res quolibet modo ad dominium venientes eorum) & sic loquitur deve nientibus ad eorū dominium post clericatum non ante. clarius probat text. in d. l sacrosanctæ. ibi (ea quæcunq; in eodem clericatus gradu locóque viuentes acquirere) & sic non de antea acquisitis. Præterea dicta iura cōcesserunt hoc priuilegium clericis ad similitudinē castrensis peculij: sed miles habet hoc priuilegiū in his quę in castris acquirit vel militiæ occasione, vt in toto tit. ff. de castr. pec. & C. eod. tit. nec iure cautū est ꝙ eo ipso quòd est miles efficiatur castrense vel quasi, id quod ante militiā acquisierat. & satis est quòd clericus habeat priuilegium, etiam vltra militem, vt non solùm id quod lucratur ex clericali officio: sed omnia alia bona etiam aduentitia, quoquo modo acquisita post clericatū efficiantur castrensia, vt supra dictū est. De quo dubitauit Bar. in d. l. sacrosanctæ. & Sali. id d. auth. presbyteros. quos ante recitaui, quantò magis vt concedamus (si Abb. credimus.) ꝙ ante clericatū acquisita gaudeāt priuilegio castrēsis peculij.

38 † Præterea Domi. de sancto Gemi. in c. fi. in §. fi. de iud. li. vj aperte sentit hoc: dicit enim quod bona acquisita post clericatum efficiuntur quasi castrensia: vnde residet mens mea in contrariā Abb. opi. s. quòd d. auth. præsbyteros, non habeat locū in bonis per clericū acquisitis, ante clericatum, in quibus crederē patrem non priuari vsufructu: licet opinio Abbatis inter canonistas sit magnæ autoritatis, de cuius opinione in hoc articulo rectè posset dici illud quod præclare scribit Aeneus Seneca. Sæpissimè opinione laboramus non re. Ad prædicta

p † tenebis vnum menti perpetuò ꝙ si filius esset extra patriam potestatem, vt quia eum pater emancipauerat, vel aliàs exiisset tunc, licet filius non administrasset bona sua per se, sed eius pater pro eo, hoc non officeret filio, nec patrē excusaret ad rationem reddendam. allego ad hoc tex. singularem in l. litis. in §. pater. ff. de neg. gestis. vbi est casus, quòd actio negotiorum gestorum datur inter patrem & filium: quam Bart. dicit ibi valdè notabilem ad hoc,

quia ſæpe pater emancipat filium, & retinet eum in domo, & adminiſtrat illud quod ſibi donauit, quòd non quæritur vſusfructus ipſi patri, imò tenetur reddere rationem ipſi filio: idem eadem ratione in omnibus his quæ quæruntur filio, quorum patri non acquiritur vſusfructus: vnde ſi pater adminiſtrat bona præbendæ filij, tenetur ei reddere rationem adminiſtrationis actione negotiorum geſtorum. dicit ſic ſe vidiſſe de facto, quia præbendæ habentur loco caſtrenſis peculij, vel quaſi. l. ſacroſanctæ. C. de epiſc. & cler. Ang. ibi idem dicens multoties vidiſſe patres emancipatis filiis multa donaſſe: & nihilominus patres in poſſeſsione manſiſſe: & talia bona adminiſtraſſe, quòd poſt mortem patris ille filius in diuiſione, quam facit cum fratribus de bonis paternis, poterit imputare omnia bona & fructus ad manus patris peruenta illa fratribus imputare: ideò ſint ſolliciti fratres: quia de facili poterunt periclitari, ſecundum eum: idem Bal. ibi: vnde propter hæc euitanda pater multoties in inſtrumentis reſeruat ſibi vſumfructum.

FINIS.

SEQVITVR SVBTILIS EIVSDEM RODERICI SVARES declaratio in legem viij. Titulo de las herencias, libro tertio foro legum.



I a la hora que muriere el padre, o la madre, o qualquier dellos alguno de los hijos, no fueren en la tierra, y el otro hijo que y fuere tomare, o ſe apoderare delos bienes que les pertenece por herencia quãdo quier que viniere el hermano q̃ no era en la tierra entre en aquellos bienes, & no le pueda dezir el hermano q̃ ante ſe apodero que ſalga de aquellos bienes, porq̃ el era tenedor mas tenga los de ſovno haſta que los partã eſto miſmo ſea dela herẽcia que les viniere de ague

aguelo, o de aguela, o otro pariente, que ayā derecho de heredar de consuno.

HAec lex situata est in hoc lib. iij. tit. (de las herencias.) & est l. viij. quæ in summa hoc intēdit. Filius qui erat absens tempore mortis patris potest accipere possessionem pro sua portione hæreditaria in bonis quæ remanserunt in hæreditate patris sui, dato quod per alium fratrem suum, qui erat præsens tempore, quo pater decessit, essent occupata dicta bona hæreditaria, cum hac lege videtur concordare l. ij. in fine. titulo primo.

SVMMARIVM.

1 *Hæres vniuersalis an possit propria autoritate occupare possessionem.*
2 *Quid si est institutus in re certa.*
3 *Quid si est institutus in quota, & ibi quid de legitima filij.*
4 *Mulier quando possit autoritate propria ingredi fundum dotalem, & an possit remanere in domo mariti ipso mortuo.*
5 *Quid si sit alius in possessione, & contradicat.*
6 *Si filius sit absens tempore mortis patris, an possit ingredi possessionem autoritate propria, vel an requiratur autoritas iudicis, & numero 7.*
8 *Hæc lex regia vnde capiat fundamentum, & de possidentibus iure communionis vel familiaritatis, & nume. 9. & 10.*
11 *Missio in possessionem facta in fauorem vnius filij, ex edicto diui Adria. an prosit aliis.*
12 *Hodie de iure regni an filio ante apprehensam possessionem, competat remedium possessorium.*
13 *Intellectus l. cum quærebatur. C. vnde vi.*
14 *Interdictum vnde vi, an competat filio ante apprahensam possessionem.*
15 *Si per statutum fingitur continuata possessio, an competat eo casu interdictum ne vis fiat ei.*
16 *Statutum vel lex, quòd post mortem defuncti fingatur continuata possessio in defunctum, an valeat.*
17 *Si per legem vel statutum, mortuo testatore, singulariter sit translata possessio in hæredem, an nihilominus hæredi competat beneficium l. fin. C. de edict. diui Adria. & de aliis circa illud statutum, vsque ad nume. 20 inclusiuè.*
21 *An in donatarium ad diem adueniente die transferatur dominium & possessio de iure regni, & an idem in successore maioricatus. & nu. 22. & 23.*
24 *An hæc lex habeat locum in bonis iure maioriæ possessis quæ frater maior occupauit.*
25 *Facultas ingrediendi competens autoritate propria filio absenti tempore mortis patris quanto tempore durat vsque ad nume. 28.*
29 *Si filius qui erat absens tempore mortis patris rediit, quanto tempore post reditum durat sibi facul-*

tas ingrediendi possessionem autoritate propria. vsque ad num. 32. inclusiuè.

33 An filij vel consanguinei venientes antequam ingrediantur possessionem autoritate propria, debeant informationem aliquam saltem summariè præstare. & numero 34. & 35.

36 An possit filius ingredi possessionem autoritate propria, etiam nemine reperto in possessione.

37 Si volens ingredi possessionem timens resistentiam adit iudicem, an debeat pars citari.

38 Diuisio facta inter cohæredes, an præiudicet iuri absentis in portione sua vel in fructibus eius portionis, etiam bona fide consumptis, & numero 39.

40 Fructus à bonæ fidei possessore, bona fide consumpti, an veniant in legitima filij. & nume. 41.

42 Iuri immiscendi contra filios vel adeundi contra extraneos, quanto tempore præscribatur, vide latè vsque ad finem lecturæ, & limitatur nu. 52, cum seq.

ADDITIO.

a Adde de hoc artic. per Alex. de Imo. referêtem plures in l. quoties. C. de hæred. inst. & ibidem per Ias. in pen. col. per eundem Ias. in l. non est dubium. fin. col. C. de leg.

b Adde singulariter pro hac conclusione Alexand. de Imol. consil. cxxxiiij. attentis narratis volu. iiij. vbi pluribus relatis concludit esse magis communem opi. quòd filius in legitima institutus, nô possit eam autoritate propria occupare. Vide Bald. in l. fin. de edicto diui Adria. tollen.

c Adde decisionem Guido. Papæ. cccclxxviij. si agatur negatoria vbi de practica solita seruari in hoc casu à curia parlamenti. & vide copiosè de hoc artic. per Curt. seniorem in consi. lx. super eo artic. an duobus contendentibus.

d Adde ibi scribentes modern. Pau. de Castr. in l. communis seruus. ff. eodem tit.

e Adde quòd hæc lex reperitur infrà sub tit. (de la restitucion de los despojados.) lib. iij. ordina. sed in ea nullum verbum de restitutione possessionis, sed tantum dicit. que tornen y restituyan los bienes que ansi entraren.)

f Adde quòd ille tex. videtur loqui in quibusdam rebus donatis à patre filio, non autem dicit de omnibus bonis patris: de quo vide Ale. de Imo. in l. cum hæredes, col. ij. ff. de acquir. possess. Ias. in l. in suis. col. v. nu. 29. ff. de lib. & posthu.

g Adde Bar. Socin. consil. lxvij. eadem die. volum. iij. fin. col. & eundem consil. xliiij. in causa episcopi. fi. col. eod. volum. plura remissiuè per Philippum Dec. consil. cccclxvij. bene & côsultè in j. col.

h Adde quæ scribit doctor Didacus de Segura in l. queâdmodum. col. iiij. ff. de acquir. poss. de poss. ciuilissima: & adde hodie l. xlv. vbi inscribentes Hispanos in deci. Tauri.

k Nota considerationem authoris super quam cogita.

Adde

l *Adde quòd imò hæc lex videtur conseruare ius absentis illæsum per totum absentiæ tempus absque aliqua limitatione temporis, ideò fortè dicẽdum quòd filio qui erat absens, redeunte cõpetat quandocunque venerit hæc facultas ingrediẽdi per verba eius legis.* (quando quier que viniere el hermano que no era en la tierra entre aquella buena): *& cùm sit alleg. in hoc casu specialiter ita decisum videtur, quòd saltẽ in absentiæ tẽpore non sit locus arbitrio iudicis: & vide l.ij.tit.xj.li.iij.foro legũ.*

m *Adde illud esse notandũ: quia licet legitima succedat loco alimentorum, & in alimentis procedatur summariè, secus in petitione legitimæ, per text.illum vbi Salic. Pau.de Cast.& Ias.& ibi per Alberic. de rosa. de forma libellandi in casu illius legis.*

n *Adde in simili ad cõprobationem plura quæ congerit Curt.sen.in cõs. lxxiij.super memorata facti narratione. col.iij. vbi deducit semper esse necesse constare de qualitate super qua lex se fundat ex pluribus per eundẽ ibidem allegatis.*

o *Adde de diuisione æqualiter facienda inter fratres, vel cohæredes plura per Nic. Boer. decis. aurea xlvj. & si diuisio facta allegetur erronea: vide p Bar. Soc.cõs.xxv. spiritus sanctus illuminet.vol.iij.*

p *Adde latè do. Did.de Segu.in l.cũ patronus.ff.de leg.ij.j.not. disputantem an legitima filij sit quota bonorum vel hæreditatis.*

q *Adde quòd illã opi gl.tanquã cõmunẽ sequuntur doct.in ea l.licet. & in l.vna.C.quãdo non petentiũ partes.& Raph.Cu.cõs.xxix.quidã Gunterius de mõte. & Bald. qui sing.loquitur, tã circa præscriptio.iuris immiscendi, quàm iuris adeundi in tract.de præscr. in iiij. par.quartæ par. principalis. in q. xix.licet Ias.in l.licet.C.de iur. de lib.hic alle. audacter teneat cõtra cõmunẽ, videlicet, nullo tẽpore præscribi iuri immiscendi ex motiuis quæ prius fuerunt Alex. de Imo. in l.vna.C.quan.nõ peten. partes. vbi vide Phil.Dec.in iiij.col.substinentẽ communẽ opi. contra Ias.*

r *Adde quòd plures alij doct. sequũtur has decisiones Bal. quas refert Ias.in ea.l.licet.col.fin. & plenius Bald. in tract. de præscr. in iiij. parte quartæ partis principalis.in q.xix.supra proximè allegata.*

1 NOta† primò istum tex.in fauorem filiorum absentium tempore mortis patris, vt venientes possent ingredi possessionem bonorũ, quæ in hæreditate paterna remãserũt, dato ꝙ bona essent per alium fratrẽ occupata. Et antequàm ad materiã l.deueniamus, præmittenda sunt, quæ de iure cõmuni sup hoc sunt statuta: vnde dico quòd de iure cõmuni licet possessio nõ trãsfertur in hæredẽ sine apprehẽsione l.cũ hæredes.ff.de acquir. poss. tamen est videndũ verum de iure cõmuni hæres posset occupare

possessionē propria authoritate,& dic quod vbi hæres est vniuersalis nemine possidente, licitum est ei occupare possessionem propria authoritate. Probatur in l.cum hęredes.ff. de acqui.possess.sic dicit Bal.in l.si in princi.C.de edicto diui Adria.tol. Vbi dicit quod vbicunque hæres properat ad possessionē propria authoritate occupandā,si nemo alius tenet,nec cōtradicit,tūc est in sua electione accipere & possidere propria authoritate:quia nullius interest,& ipse ex iure factum iustificat. Hæc enim est authoritas habentis iura principalia & directa,vt per se ipsum possideat nec ab alijs quærat. a

2 † Bar.idē in l.meminimus.C. quādo & quib.iiij.pars debeatur lib x.dicens quod licet hæredi vniuersali totum occupare propria authoritate nemine possidente l.cum hæredes.ff. de acqui.possess.l fin.C.de edi. diui Adria.tollen.hæc ille.Idē ipse Bar.in l.ex facto (l 2 grāde) ij.col.ff.de hære.insti.ver si.quid ergo dicemus.idē dicit ibi Imo.dicens hoc nō esse dubiū in hærede vniuersali. per d.l.cum hæredes. Pro hoc benefacit l.non dubium.C.de leg.vbi in legatario hoc permittitur secundum distinctionē de qua ibi:ergo à fortiori in hęrede vniuersali probatur etiā in l.ij.in fin.infra.hoc lib. tit.vij.(de la guarda de los huerfanos) ibi (entre en los biennes del muerto) in tantū quòd hæres institutus in re certa potest propria authoritate accipere rem in qua est institutus [a] ita dicit Bar.in d. l ex facto ij.col. versicu.quid ergo dicemus. quem sequitur ibi Ioā de Imo.iiij.col. Quod obtinebit licet alius esset vniuersaliter hæres institutus qui adiuisset hæreditatē,quo casu institutus in re certa habetur loco legatarij,vt dicit gl.in l. si quis priore.ff. ad Trebel.l. quoties.ff.de hæred.instit.nā isto casu talis hæres in re certa institutus,posset propria authoritate occupare rē, in qua fuit institutus. Ita dicit singulariter Ioan.de Imo.in d l.ex facto v.col.monetur, quia testator potest dare legatario licentiam occupandi rem legatā propria authoritate, absque licētia hęredis.Casus singularis in l.titia cū testamento.ff. de lega.ij.Sed satis videtur cōcedere dictam licentiā hæredi instituto in re certa,ex quo per verba merè directa vocauit eum ad ipsam rem,vt etiā vult ibi Barto.quia tūc sonat quod manu sua capiat,vt ait Imo.in l.j.§.ex fundo viij.col. ff.de hære.instituen.argu.eius quod notat Barto.in l. Centurio circa fi.ff.de vulga.& quod not.in l.eam quam.C.de fidei-com.

com. hanc opinionē approbauit ipse Imo. in octaua colum. eiusdem l. & in l. j. §. lex fundo. octaua colum. ff. de hære. institu. & in vj. colum. † Quid
3 autem in instituto in quota? Bal. in l. si quis in suo. C. de inoffi. test. tenet quòd posset eā occupare propria autoritate per text. in authen. de hære. & fal. §. in omnibus ex quo infert quòd cū filius institutus in legitima dicatur institutus in quota propria autoritate posset eā occupare secūdū Gul. de cu. per d. l. quisquis. §. filiorū ad l. Iuliam maiesta. ipse dicit videri contrariū: imò quod filius institutus in legitima nō posset eā occupare autoritate
b propria [b] per text in l. ij. quā. & qui. iiij. pars. vbi videtur casus & etiam per d. l. si quis in suo. vbi dicit Imperator quòd filius debet petere legitimam in iudicio. Finaliter relidet dicens dicta iura esse intelligenda, quādo filius esset hęres institutus in quota legitimæ, vt in exemplo supra posito, puta quia pater dixit instituo filiū meū in legitima: & alius esset vniuersaliter institutus qui totum occupasset: nā illo casu filius nō posset ꝑpria autoritate occupare alias sic: cōcludit ergo ꝙ fili⁹ institut⁹ in quota legitimę posset illam occupare propria autori. nisi hæres vniuersalis totum occupasset: quia tunc strepitu iudiciorum seruato debet. idem Sali. in d. l. si quis in suo. dicit quòd cum filius institutus in legitima dicatur institutus in quotitate, poterit propria autoritate occupare nisi hæres vniuersalis bonorum possessionem apprehendisset: quia tunc de manu heredis petere debet, & sic intelligatur d. l. si quis. suo. alia ratione videtur prohibere: ne filius propria autoritate posset occupare legitimam, scilicet quia est incerta cum dicatur deducto ære alieno vt in §. iiij. l. Papinianus. ff. de inoff. testa. nisi esset institut⁹ in certa & determinata re pro sua legitima: quia tūc posset propria autoritate occupare sicut quilibet alius vt dicit Pau. in dict. l. si quis in suo. & vide quę dixi supra in l. (ningun home titulo de las mandas) in illa q. si propria autoritate meliorat⁹ posset occupare tertiam in qua fuit melioratus.
4 c † Et non mirum de hoc [c] nam dominus vel quasi possessionē rei vacantis apprehendere potest sine alterius iniuria. l. cū quærebatur. C. vnde vi ex quo inferebat Bal. in l j. C. de seruo pigno. da. ma. ꝙ si in promissione restituēdæ dotis apponeretur precariū posset mulier propria autoritate ingredi possessionem fundi dotalis l. si seruus. C. ꝙ cum eo. idem

Bald.eleganter in l. pen.C.de d
pigno.actio.dicit quòd mor-
tuo marito mulier ꝓ dote sua
potest propria autoritate re-
manere in detẽtiõe domus in
qua cũ marito habitabat ipso
viuente:& quia ex quo deten-
tio peruenit ad eum sine vi-
tio: ergo licite retinet. l sub
5 prætextu.C.cõmoda. † Hæc
sunt vbi nemo posſidet:ſinau-
tem alius tenet & contradicit
iudex debet vetare ne accedat
hæres ad poſſeſsionem ſine il-
lius licentia l.fin.ff.de officio
procon.& l ſi ſeruus.ff.quòd
cum eo per Iac.de Areti.pro-
batur in l.ſi ſuper poſſeſsione.
C.de tranſa.in verſi. cuius rei
& in l.ij.C.de inofficio teſta.
aut alius tenet:ſed non cõtra-
dicit quia ignorat de acceſſu
vel ſcit poſſeſsionẽ ſuã vbiq;
durare,& tunc acceſſu non pu
nitur niſi probetur hũc ingre-
dientem ſcire aliũ eſſe in illa
poſſeſsione:tamẽ cum primũ
ſcit debet à poſſeſsione diſce-
dere ſine ſui præiudicio:tam
in poſſeſsione quã in proprie-
tate aliàs remanendo in poſ-
ſeſsione facit vim: & ex tunc
tranſit ignorãtia in cõſenſum
& efficitur dolus.l.clam poſsi
dere.§.qui ad nundinas de ac-
quir poſ.alius caſus eſt quan-
do nemo tenet tamẽ vterque
properat ad occupandũ, tunc
ſi veriſimiliter poſſent veni-
re ad arma ſequeſtratur poſ-

ſeſsio [d] ſinautem non eſt ti-
mor armorum,non intromit-
tit ſe iudex cùm non ſe intro-
mittat de facto & ita nec ve-
tat,nec permittit,vt ait Inno.
in capi.in præſentia de proba.
niſi in beneficialibus,hæc Bal.
in di.l.fin.in prin.C.de edi.di.
Adria.tollen.quòd ſatis pro-
batur per illam l.& totum tit.
nam ad hoc eſt proditũ illud
remedium edi. diui Adria.vt
per illum autoritate iudicia-
ria ſuccurratur hæredi contra
occupantem bona hæredita-
6 ria. † Per hanc l.limitantur
eleganter omnia prædicta vt
obtineant,niſi filius eſſet ab-
ſens tempore mortis patris:
nam tunc poteſt ingredi pro-
pria autoritate poſſeſsionem
bonorum paternorũ pro ſua
portione hæreditaria dato,ꝙ
alius frater ſuus occupaſſet bo
na omnia paterna. Verũ eſt
quod olim diſputando quan-
dam arduã quæſtio.ſuper vil-
la de mondejar. dicebã quòd
ſi hæc l bene ponderetur:non
concedit hęredi propria auto-
ritate poſſe ingredi poſſeſsio-
nem,ſolũmodo enim (entre
en aquellos bienes) itaque
forte eſſet ſenſus, ꝙ licet de
iure hæres nõ debet mitti in
poſſeſsionem bonorũ,ſi bona
reperiantur occupata,niſi vo-
cato poſſeſſore.l.j.& fin.C.de
edi.diui Adriani.quòd ſi tem
pore mortis defuncti hæres ſit
abſens:

absens: quòd iudex dictū hæredem absentē mittat in possessionem non obstante contradictione fratris posidētis qui stat in possessione bonorū dictorum, nec admittat eius contradictionem dicēdo ego posideo, tu nō debes mitti & solum in hoc sit absens filius priuilegiatus: non tamen in hoc quod propria autoritate posset ingredi alio filio posidente cum ex hoc insurgeret occasio ad infinitas rixas & scandala: quæ ex hoc possent
7 oriri. †Nec est præsumendū quòd lex hoc permittat. l. non est singulare. ff. de regul. iur. Maximè quia cū hæc lex non loquatur multum clarè super hac facultate ingrediendi ꝓpria autoritate: non potest ex ea sumi talis intellectus per quem inducatur legum correctio vt dicit illa glo. singularis in capi. cupientes. §. quòd si per viginti. de electio. lib. vj. & vbicunque l. noua loquitur simpliciter super eodem casu super quo lex vetus: talis l. noua ampliatur & limitatur secundum regulas l. antiquo & l. non est nouum. ff. de lega. j. l. sed posteriores eod. titu. glos. not. in l. sciendum. ff. qui satisda. cogan. cum ergo hæc lex dicit (entre en aquellos biēnes) nec declarat vtrum propria autoritate, vel ne intelligi debet vt iudicis autoritate, hoc faciat, prout à iure communi erat dispositum. Hæc & alia adducebam in dicta disputatione: sed loquebar tūc tanquam aduocatus. Ideo tene cō munem intellectum si in loco reperies sic esse vsitatum cum leges huius fori (vt sæpius dictum est) capiant vim ex vsu.
8 † Hic intellectus ex huius l. dispositiōe videtur capere fundamentum à l. communis seruus. ff. de acquiren. posses. vbi text⁹ dicit quòd si vnus ex dominis posidet seruum cōmunem nomine omniū ab omnibus posidere intelligitur. Et dicit Barto. ibi post Oldr. super parte posideatur quod in dubio intelligitur nomine omnium posideri per l. merito. ff. pro socio. vbi text. dicit credendum est eum qui patris dominus est iure potius suo vti &c. itaque rem cōmunem posidens in dubio intelligitur posidere pro parte sua. Faciat etiam optimus tex. in l. qui iure familiaritatis. ff. de acquirē. posses.[e] vbi est casus quòd qui iure familiaritatis & amicitiæ fundum ingreditur nō dicitur posidere l. generaliter de fideicō. lib. & dicebat Bart. ibi singulariter ꝙ tota die occurrit casus illius l. nam mater & filius stāt: simul filius vadit ad fundum matris: postmodū cū diuiduntur dicit filius ego posedi tanto tēpo-

re talē fundum, dicit se credere ꝙ talis filiꝰ videtur ire iure familiaritatis & amicitiæ: sed non vt possideat. idem dicit in fratre & sorore simul habitantibus, & habentibus patrimonium indiuisum. frater vadit solus ad possessiones locādas & fructus solus recollegit certe communiter videtur facere, & causa familiaritatis per di l. & per l si mulieri. ff. quibus mo. vsufru. acqui. quod dicit esse bene notandum: idē tenuit ipse Bart. in l. & habet. ff. de preca. vbi per gl. illius legis dicit. nota pro mulieribus frater detinet sororem in domo viri vel vxorē, poterit ne ista vxor vel soror dicere ego possideo domum vna cum fratre vel viro? certe non magis dicuntur detineri quā detinere iure familiaritatis vt di. l. qui iure quod dicit esse notandū.

9 † Fortius dixit Alex. in dict. l. qui iure quod si plures essent hæredes qui haberēt bona cōmunia pro indiuiso. & vnus solus administrat & pcipit fructus quod dicuntur alij hæredes possidere & alius hęres cēsetur nomine communi facere. qđ est not. refert Bar. sic dixisse licet in veritate indistincte Bar. non loquitur in hæredibus, nisi inter fratres & matrē & filiū vt proxime dixi, & est not. decisio vel extensio ad d. Bart. vt procedant etiam in hęredibus habētibus bona indiuisa. Ista not.

10 † Tamē hęc lex disponit etiā in casu quo istæ præsumptiones cessassent: sed frater expresse diceret se nomine proprio possidere. Nam hoc non obstāte absens frater quādo venerit poterit possessionem ingredi: quod manifestant verba legis dicentis (& no le pueda dezir el hermano q̄ salga dellos &c.

VNum tamen tene mēti, ꝙ si per viā iustitiæ filiꝰ petiisset se mitti in possessionem ex edicto diui Adriani,

11 † quod ista missio nō prodesset alteri fratri suo. allego ad hoc notabile verbum Bald. in l fi. in ij. col. C. de bonis auto. iud. po. vbi dicit ꝙ si duo sunt hæredes in testamētó instituti etiam si essent filij testatoris eos instituētis vnus petit missionem alter non: quod missio vnius alteri nō prodest, cū remediū mittēdi ex edicto diui Adria. sit adipiscēdæ, & ex eo quia mittitur quis tāquam in rem suā, id est tanquā hæres: quod idem est quod dominus l. his verbis. ff. de hæredi. insti.

HAbes ergo ex hac l. magnum priuilegium concessum filio absenti tempore mortis patris, vt veniens posset autoritate propria accipere bonorum possessionem eorum, quæ tempore mortis patris

patris relicta sunt dato ꝙ per alium fratrem esset occupata
12 priuilegiantur. † Et secundò per leges istius regni in hoc tu ticis, & est cõmunis opinio ꝙ in suum hæredem non transfertur possessio sine apprehensione de quo in l. cùm heredes. ff. de acq. pos. & in l. in suis. ff. de lib. & posth. & in l. cùm miles. ff. ex quib. cau. maio. tamẽ hodie quædã lex huius regni. videtur eum facere possessorẽ, saltem ad hoc vt ei cõperat remedium possessorium, hæc est quædam l. singularis facta per Regem Ioannẽ in ciuitate Soriæ[f] quæ disponit quòd si aliquis occupauit possessionẽ vacantem alicuius hereditatis ad alium pertinẽtis ex testamento: vel ab intestato: perdit per talem occupationem ius suũ si quod ad eum pertinebat: & vltra hoc imponitur sibi alia pœna. & subdit l. ad propositum, quòd tenetur restituere hæredi dictã possessionẽ quam sic occupauit: per quod apertè videtur quòd ex dicta dispositione cõpetit heredi remediũ possessoriũ ante apprehensam ab eo possessionem tãquam si ab ea spoliatus fuisset quam l. & eius verba: vide quia illã multoties practicaui intentãdo libellum cõdictione ex dicta l.
13 † Et in veritate d. l. Soriæ. maximum videtur habere fundamentũ ex l. cùm quærebatur. C. vnde vi. vbi expressè disponitur quòd contra occupãtem rem vacãtem alienã detur remediũ possessoriũ vigore d. l. intãtũ: & hoc est notãdũ quòd hæredi ante aditã hæreditatẽ, & ante apprehẽsam possessionem per eum competit remedium d. l. cùm quærebatur ad possessionẽ recuperandã: hoc voluit singulariter Anto. in c. sæpè. de rest. spol. licet C in. & Sal. in d. l. cùm quærebatur. fateãtur esse verũ quòd cõtra occupantem possessionẽ vacantẽ competat heredi remediũ possessorium post aditam hæreditatem: licet ante apprehẽsam possessionem: non tamen ante aditam hereditatem: & hoc etiam voluit sentire glo. in d. l. cùm querebatur in parte per ignorantiam vbi dicit quòd illa lex & eius remedium non vendicant sibi locum in re hæreditaria vacante cùm illa sit nullius: & sic sentit quòd ante aditam hæreditatẽ si occupata fuisset, nõ daretur hæredi remediũ possessoriũ & Ang. ibi, tenet idem dicens, quòd d. gl. dicit verũ vbi possessio occuparetur hæredi ante aditã hæreditatẽ: sed vbi post aditã bene competeret ei remediũ possessorium vigore illius l. quia transiuit dominium in hæredẽ, licet possessionẽ nõ apprehẽdisset l. cùm heredes. de acq. poss. & l. à Titio. ff. de fur. & illud

istud dicit esse optimũ exemplum ad d.l. & idẽ tenuit Bar. in d.l.fin. hæc est veritas, licet glo.in §.quod autem.insti. de vsuca. sentiat quod requiritur vt hæres possessionẽ occupasset, sed nihil dicit secundum
14 omnes. †Fortius dicebat Io. Fab.in §.sui. de hære. qua. & di. Vbi tenet quod filio suo cõpetat interdictum vnde vi etiã ante apprehẽsam possessionẽ rerum hæreditariarum quæ remanserunt in bonis patris si ab aliquo occuparentur: idẽ sentit Bart. & ibi est famosus tex.in l.ij.§.filium.ff. pro hærede.ibi Seruius qui existimat filium possessionem naturalẽ
g etiam viuo patre habere, [g] idẽ tenuit Bal. in repet. l. in suis. ff.de libe.& posth. Vnde Bal. eleganter in c.j.de controuer. inter mascu.& fœ. in vsi.feud. dicit quòd suus hæres ab intestato per officium iudicis mittitur in possessionem bonorũ ea ratione secũdum eum: quia possessio eodem modo videtur continuata in suum hæredem sicut dominium: vt voluit glo.in dicta.l.in suis. & in dicto §.sui. & reprobatur in dicto §.filium. Sed ista opinio non est apud omnes vera.nam idem Bal.in l.j.in fi. C. de appellat. tenet contrarium: imò quòd nec suo hæredi detur interdictum vnde vi ante apprehensam possessionem, & idem tenuit in l.defuncto.C.ad Tertul.pro quo faciunt omnes gl. & opin.communis quæ habet quod in suum hæredem non trãsit possessio sine apprehensione: ideo cauti aduocati semper intentant conditionem ex d.l.forie.seu d.l. cùm quærebatur. quam interdictũ vnde vi in quo esset durum obtinere ante apprehensam possessionem: sed in dictis remediis sic, quod nota.

15 Sed vnum tenebis † menti. Quod si per statutũ fingatur continuata possessio à defuncto in hæredẽ isto casu bene competet hæredi interdictum ne vis fiat ei etiam ante apprehensam possessionẽ: vnde posset petere se tueri in possessionẽ sicut si à iudice missus esset secundum Bal.& Salic.in l.ea lege. C. de condi. ob causam. vnde si fateamur quòd d. l.de foria.fingit translatam esse possessionem in suum hæredem non abs re daretur ei interdictum vnde vi: sed tutior est alia practica quam proximè retuli. Faciat text.singu. in l.qui vniuersas. §. quia qui per colonum.ff.de acqui.poss. vbi est casus ꝙ si animo per me possideo: & per colonum corpore in hęredẽ meũ transit possessio si apprehendat verè vel fictè puta quia colonus ei soluat similis tex.in l.cùm venissent.de resti.spol.

Habes

16 Habes† ergo quòd d.l. de soria. quodãmodo facit filium possessorẽ ante apprehẽsionem possessionis saltim quo ad hoc vt remediũ possessorium ei competat: vt voluit Io. Fab. & alij quos proximè retuli, & etiã hæc lex multum iuris ei confert si esset absens tempore mortis patris vt nũc vidisti. Et bene valet statu-
h tum h seu lex disponẽs ꝙ post mortem defuncti fingatur possessio continuata in hæredem cùm lex posset facere quod transferatur ipso iure possessio sine apprehẽsione sicut dominium. est casus quem Bart. dicit esse non alibi, in l. raptores. C. de episc. & cleri. & in c. ij. de consue. licet ibi interuenit aliquis actus: ita dicit Bal. etiam in rub. de conten. inter me & do. & in l fi. iij. col. C. de sacrosan. eccle. facit l. quisquis. C. de donat. & l. si quis. idem Ang. in l. j. ff. de dist. pig. alleg. d. l. raptores. idem Ang. in l. qui vniuersas. §. j. ff. de acqui. poss. Cin. & Bal. in l. ea lege. C. de cond. ob cau. Bal. in l. traditionibus. C. de pact. & in l. fi. col. iiij. C. de sacrosan. eccl. Alex. idem & not. in l. j xviij. col. ff. de acqui. poss. & in l. iij. col. iiij. & in l. cùm hæredes. eod tit. licet Bal. contra & malè. in l. j. C. commu. de lega. & reperies Bal. in termi. in rub. de cau. po. & pro. in col. ij. ad finem. vbi firmat valere statutum Mediolani quo cauetur, quòd hæredi continuetur possessio testatoris absque apprehensione, & dicit quòd talis possessio dicitur possessio datiua creata à lege absque præsentia corporali: & eam vocat artificialem possessionem nõ naturalem: quia nõ consistit in sensu corporeo, nec in organis corporeis: itaque concludit ꝙ si loquatur de possessione legali illa bene potest continuari sine apprehẽsione, & de corporali est impossibile nisi per
17 fictionem. † Notabis tamen quòd etiam si per statutum ciuitatis mortuo testatore fingitur translata possessio in hæredem quòd nihilominus hæres habet beneficium edicti di ui Adria. ita Cin. post aliquos antiquos in l. ea lege. C. de cõdi. ob cau. eo quia beneficium introductũ fauoris causa non debet diminuere fauorem iuris cõmunis, eos sequitur Bal. & Salic. in d. l. ea lege. vij. col. Subdit Bal. ibi notabiliter ꝙ non solùm competit ei beneficium edicti di. Adri. imò sicut missus per prætorẽ potest petere se tueri in possessione ex isto edicto. ff. ne vis fiat ei. l. si quis missum. ita etiã in casu dicti statuti cõperit ei dictũ remedium cùm sit missus per l. municipalẽ quod refert notandum: idẽ Alex. in l. cùm hæredes.

des.ff.de acqui.poss. Idem firmat Pau.de Cast.in l.si sorori. in fi.C.de iure deli. vbi determinat valere statutum, prout erat in ciuitate vbi legebat:& in aliis multis locis quòd possessio quę erat penes defunctũ continuetur in personã hæredis: ita quòd non requiritur alia possessionis apprehensio cùm possessio sit ius, & potest lex vel statutum facere quòd istud ius acquiratur sine facto
18 corporali. †Subdit ad propositum esse pulchram q.pone ꝙ bona hæreditaria detinentur per tertiũ, possessio verò quæ est ius est penes hęredẽ ex forma statuti, vtrũ talis hæres habeat interdictum adipiscendæ possessionis contra detentatores ex l.edicto.de edi.di. Adri. vel interdictum quorũ bonorum?videbatur quòd nõ, cùm illa possessoria ordinentur ad acquirendam possessionẽ: sed in casu nostro nõ potest acquirere cùm iam habet ex forma statuti cõtrariũ decidit ex authoritate Cini vbi, scilicet qa non dicitur habere perfectè quousque habeat detẽtationẽ corporalẽ: ita residet quẽ etiã ibi sequitur Alex. Idẽ firmat ipse Bal.in rub. de causa poss. & propri.ad fin.vbi dicit quòd pręsupposito dicto statuto quo cauetur vt in hæredem continuetur possessio testatoris nihilominus hęres poterit petere se mitti in possessionem ex edicto diui Adria.in executione statuti refert quod ita prasticatur Mediolani vt qui est in possessione ficta sit in vera simili.ff.ad Trebel.l. apud Iu-
19 lianum.§.j. † Vnũ tamen dicebat singulariter Bald. ibi ꝙ in casu dicti statuti edictũ diui Adria. sapit duplicem effectũ, scilicet possessionis recuperãdæ & adipiscendę,& ideo non potest obiici ei per possessorẽ exceptio proprietatis quæ posset opponi in meo beneficio d.l.edicto. vbi probatio dominij esset in promptu quod no.

Et quærit notanter vtrũ tũc alius est citãdus: videtur ꝙ nõ cum ista sit continuatio possessionis potius quàm noua possessio.cõtrarium determinat: imò quòd alius corporaliter possidens est citandus nõ obstante:quod hæres fictè possideat.ff.si mulier ven.no.l.j.§.
20 necessario. † Aliud dicit & notabiliter quod si iste hæres vẽdidit & cõstituit se pro alio possidere nunquid sicut ipse possidet fictè:ita fictam possessionem in alium transferat & per consequens dominium rei venditæ, dicit quòd non cùm duæ fictiones non cõcurrunt, vt not.Guli.de Cu. in l.ab emptione.ff. de pact. idem si confiteatur ab alio vel pro alio possidere, quia fictio est non pedum positio. Vnum tamen

ver

verbum elegãs dicebat Raph. Cum.in l. Pomponius.§. quæsitum.ff.de acq.poss.per illum tex. quòd statuta disponentia vt possessio videatur cõtinuari defuncto in hæredem debẽt intelligi,& limitari,nisi incõtinenti mortuo defuncto possessio fuisset per alium apprehensa,& Alex.in d.l. cùm hæredes. dicit illud esse notabile verbum,si verum esset,& licet nihil plus dicat, tamen apertè Pau. tenet contrarium in d. l. Si soror C. de iure deli. in fi. & Bal.in d.rub. de causa poss. & prop. quos proximè retuli.

21 Adde † prædictis alium casum singularem,vbi per iura huius regni transfertur possessio sine apprehẽsione & estquedam l.not.in v.parti.tit. (de las donaciones) qui est tit.iiij.& est lex vij.incip.(hasta dia cierto) vbi lex disponit quod aliquis donat alicui aliquã rem, ita vt eam habeat vsque ad certum tempus, puta ad vitam suam, & post dictum tempus deueniat ad Titium quòd transacto dicto tẽpore nõ solum dominium verùm etiam possessio transfertur in dictum Titium. Quæ lex est valde not. ad bona maioricatus huius regni. nam si sit maioricatus quod talis nobilis fecit maioricatum talis villæ:ita vt eam habeat & possideat filius suus maior, & sic descendens semper maior in vita sua illam habeat, & fructus & redditus habeat in vita & post eius mortem villa deueniat ad filium suum maiorem inalienabiliter, itaque possidens maior solummodo censetur quodammodo vsufructuarius, & statim morte sua acquiritur ius descendenti maiori: nam post mortem possidentis statim transfertur dominium & possessio i in descendentem maiorem absq; noua apprehensione quod est

22 not. † Et videri meo di.l.partitæ fuit extracta à spiritu legis,quoties. C.de donat. quæ submodo: vbi est casus singularis,quòd si donaui Titio rẽ: ita quod post certum tempus deueniat ad Seium. quod illi Seio est acquisita actio contra Titiũ:& non solum ad Seium: sed etiam ad eius hæredem transfertur,hæc spes ad quam lex hæc, lex parti. addidit vt non solum actio ei competat, sed dominium & possessio in

23 eum transferatur. † Pro quo elegans verbum Bal.in l.cum antiquioribus.vj.colum.C.de iureiuran. in versicu. x. Sic ibi Bal.in col.iiij.mouet quæ. quòd Clemens quartus concessit perpetuo regnum Siciliæ Comiti Andegauensi filio Ludouici octaui Regis Francorum frarri sancti Ludouici Regis Francorum, & hæredibus ipsius

ipsius Caroli ex eo descendentibus & inuestiuit eum pro se & suis hæredibus de dicto regno. ita quòd semper primogenitus Caroli & ex eo descēdentes succedāt in regno. postea mortuus fuit Rex superstite filio primogeniti prædefuncti: & superstite filio suo secundogenito arguit pro & contra: & in quodā argumēto facto pro nepote primogeniti dicit sic quòd licet possessio ad suū hæredē non consueuit transmitti: vt in l.cū miles. ff. ex qui.c.maio. tamē in feudis quia filius viuo patre censetur inuestitus, ac etiā possidēs cōtinuatur in eum possessio sine alia inuestitura in ca.j.de feu. cog. adeo ꝙ viuo patre nō deest filio ius: sed administratio per quę verba satis videtur inferre ꝙ possessio in maioricatibꝰ mortuo patre statim trāseat in filiū maiorē absq; noua apprehensione, licet quæst. Bal. loquatur in feudo. & d. l. parti. loquitur magis generaliter. idē videtur sentire Bal. in auth. defuncto. C. ad Tertu. in col ij. versi. iij. quæstio est de inuestitura, vbi videtur tenere quòd in feudo quodāmodo ficta possessio transeat in filium dicens quòd dicta possessio ficta cōtinuata in filium non pariat possessionem recuperādę, licet pariat adipiscendæ. l.j. C. quor. bono. sed certè nihil est quòd ita satisfaciat sicut d. l. partitæ. quam semper notabis.

24 Nota† vlterius istū tex. ibi (de los bienes que les pertenecen por herencias) nā ex his verbis dicebā in curia k cōsulendo in causa ardua quòd si pater in vita possidebat aliqua castra iure maiorię, & in tali possessione di. castra tenebantur, & reputabātur: & mortuo patre filius maior ius maioriæ prætendens di. bona in solidum occupasset: ꝙ isto casu frater suus, qui tempore mortis patris erat absens, veniens nō posset possessionem dictorum bonorum occupare: quod probabam ex duobus: primò ex hac l. in verbis supra dictis quę solùm dant seu concedunt hoc priuilegium filio absenti in bonis quæ iure hæreditario ad eum pertinebāt: sed ex dicta possessione iure maioriæ satis est sublata præsumptio quòd sint hæreditaria bona. itaque licet ista possessio non esset sufficiens ad plenum maioricatum constituendum tamen bene esset sufficiēs ad tollendā huius l. dispositionē. secundò quia vt supra probaui: cùm statim mortuo patre in filium maiorē sit trāslatum dominium & possessio, non est cur alter frater posset occupare possessionem fratri suo maiori acquisitam.

Nota

Nota etiam istum tex. ibi quando quier que viniere. nam videtur ꝙ per hæc verba absq; temporis præfinitione videtur concessa filio absenti facultas ingrediendi propria autoritate, quandocunq;
25 venerit. †Circa hoc quæro de vna q. valdè vtili & necessaria ad intellectum huius l. filius aliquis tempore mortis sui patriserat absens. Vtrũ perpetuò durabit sibi hoc priuilegium, vel etiam si post viginti vel triginta annos post mortem patris veniat ad ciuitatem, posset propria autoritate possessionem bonorũ occupare: ista quæstio quærit duo. Primum si semper dum est absens, habebit hoc priuilegium: & sibi durabit toto tempore quo durabit absentia. Secũdo, si postquàm venerit ad ciuitatẽ vbi pater degebat & mortuus est, quantum tempus habebit ad occupandum propria autoritate bona hæreditaria. Ad primum videtur dicendum quòd non duret perpetuò hęc facultas, sed biennio vel quadriennio, secundum distinctionem tex. in l. fi. C. de bo. au. iud. pos. in §. vt autem. non in perpetuum. ibi enim dicit tex. quòd misso vno ex creditoribus in possessionem cæteri, eundem titulũ pretendentes venientes de iure suo docentes, missi intelligũtur, si expẽsas pro rata reficiãt. sequitur tex. & in hoc facit ꝙ tunc isti creditores habebunt communionem in possessionem rerũ, in qua alij creditores missi sunt: si venerint infra bieniũ docentes de iure suo si essent in eadem prouincia: vbi res posside̅tur si essent extra prouinciam habent quadriennium, itaq; si intra illud tempus veniunt, concurrũnt in commodo missionis & possessionis cum illo qui fuit missus. Ecce ergo casum singularem, quòd vbi misso vno in possessionem, illa missio prodest aliis eandem causam & titulum habentibus, vel perditur hoc ius, si nõ veniant intra bienniũ vel quadrienniũ.
26 †Facit etiam, ꝙ per illum tex. dicit Bar. in l. si finita. §. si quis metu: in fi. verbis. ff. de dã. inf. dicens, ꝙ ius intrãdi possessionem post decretũ interpositũ, durat vsq; ad biennium. Idem tenet in l. prætor. in §. fin. ff. de bo. auto. iu. pos. nullo alio fundamento, nisi ex d. l. fi. idem tenet Aretin. in §. quadrupli. xxxiiij. col. Inst. de actio. dicẽs, ꝙ si iudex cõcessit mihi licentiam intrandi possessionẽ propria autoritate, ꝙ vigore talis licentiæ non possum post biennium intrare possessionem: & sic ius ingrediendi propria autoritate vigore talis licentiæ expirabit biennio. hanc sententiam sequutus est idẽ Ang.

in d. §. si quis met. & in d. l. prætor. §. in eum. ꝙ iussus mitti, nisi infra biennium ingrediatur, tacitè videtur renunciare beneficio prætoris: vnde expedit secundum eum, quòd imploret de nouo decretum, vt d.l.fi. † Ex prædictis enim satis

27 videtur posse sumi rectum argumentum ad decisionem nostræ quæstionis. hæc l. dat filio absenti potestatem ingrediendi propria autoritate in possessionem bonorũ paternorum: vnde licet dicat (quãdo quiere que viniere) non est sumendus talis sensus, vt in perpetuum habeat hanc facultatem: imò iustum videtur quòd reguletur talis facultas ex dispositione d.l.fi. vt talis filius à tempore sciẽtiæ mortis patris habeat biennium, si est in eadem prouincia, si extra prouinciam, quadriennium: quod videtur æquum, ne perpetuò duret hæc facultas intrandi in hac l. concessa. Item, quia hæc lex est exorbitans à iure communi: ideò iustum est vt restringatur & limitetur secundum dispositionem illarum legum, quæ secundum ius commune concedebant licentiam occupandi possessionem propria autoritate: & quia si hoc statutum est in eo, cui à iudice fuit cõcessa licentia ingrediendi autoritate propria. Idẽ in eo cui per legẽ fuit cõcessa. Præterea sicut à iure tẽpus statuitur, id est ꝙ si quis deserat possessionem naturalẽ, videtur illã & ciuilẽ amittere: sic debet esse statutũ tẽpus ei, qui autoritate sua habet facultatem à lege occupandi possessionẽ. Præterea (vt dicebat Ang. in d. §. si quis metu.) ratio d.l.fi. fuit, quia tacitè videtur renuntiare beneficio prætoris ille, qui intra biennium non intrat possessionem: sic videtur dicendũ in casu nostro, vt ex tanto tẽpore videatur beneficio huius legis renuntiare: ista aliqualiter vrgent in proposito. † Sed

28 verius mihi videtur, [1] vt posset dici ꝙ hoc tẽpus sit arbitrariũ, considerata absentia, & eius causa, cõsiderata etiam forma possidendi alterius fratris, seu aliorum cohæredum, qui fortè omnes erant fratres, possidebãt pro indiuiso in quadam communione non separantes, sed recognoscentes se omnes in cohæredes, & quasi nomine omnium possidendo, licet hoc non cõstet clarè: quia aliàs nõ esset quo dubio si nomine cõmuni possiderent: itaq; ex his coniecturis & qualitatibus, & forma possidendi, & ex qualitate habentis, licet filius alter sit absens, non videtur hoc facere animo renuntiandi beneficio sibi cõpetendi ad possessionẽ occupandam, nec animo perdendi possessionem, quam

lex quodammodo in eum videtur continuare: bonus ergo iudex super omnibus his habebit iustum arbitrium: quia vbi à lege alicui conceditur tēpus ad aliquid faciendum, si non limitetur intelligitur arbitrio iudicantis concessum. bonus tex. in l. j. in prin ff. de iure delib. ibi. cum dicit tēpus, nec adiecit diem: sine dubio ostendit esse in ius dicentis potestate, quam diem præstituat. idem tex. in l. in venditione. §. de tempore. ff. de bo. aut. iud. pos. & in l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obli. de leg. j. l. si quis plures. ff. de effract. l. j. §. expilatores. & Bald. in d. l fi. C. de bon. auto. iud. pos. in his terminis dicit, ꝙ tempus quod à lege non determinatur arbitrio iudicis videtur committi ei, qui ex variis figuris causarum potest arbitrari. l. ij. de re iud. & Aristot. ait in 1. Ethic. quicquid enim per legē in incerto dimittitur iudici cōmitti videtur: de quo idem Bal. in cap. j. ij. col. de confu. rect. feu. & hoc credo verum, quòd cùm per hanc legē non sit determinatum tempus, imò loquitur sine temporis præfinitione, scilicet, (quando quier que viniere.) quòd relinquatur arbitrio iudicis: & hoc de j. du-
29 bio.† Secundū dubiū est, postquā filius venit de absentia: & sic est iam præsens in loco vbi mortuus fuit pater suus, quātum durabit sibi facultas ingrediendi propria autoritate quæ sibi propter absentiā à lege fuit cōcessa: & certè eo ipso ꝙ filius iam venit, & est præsens ista quæstio, tunc videtur quærere tanquam si filius esset præsens tēpore mortis patris: crederem ꝙ isto casu sic debeat fieri consideratio, tanquā si eo tempore quo venit, mortuus esset pater, & possessio bonorum suorum esset vacans: itaq; si statim cū venit, accepit possessionem, propria autoritate hoc facere potuit vigore huius l. dato ꝙ filius frater suus occupasset iam possessionem, sed si postquàm venit hoc non fecit, imò stat per aliquos dies vidēs fratrem vel cohæredem possidere insolidū nomine proprio: & ex actibus apparet eū se dominum appellare insolidū: nā tunc si hoc frater videns nō ingrediatur possessionem, crederem eū amittere ius ingrediendi proptia autoritate, & debere ingredi possessionem via ordinaria, siue per edictum diui Adriani: siue per aliud remedium, si de iure sit cōpetens tanquā ex dicta taciturnitate & negligētia videatur perdidisse ius sibi competens ad ingrediendum propria autorita-
30 te. Moueor propter hoc, nam certum est quòd etiam si possessionē apprehensam habuis-

set, tamen si sciens naturalem ab alio occupatam illam perdidit, si suspicatus est se posse repelli: ergo à fortiori perdidit dictũ ius ingrediendi, siue hanc possessionem fictã si velles dicere ꝙ l. de Soria. fingit in hæredem suum translatam possessionẽ arg. l. iij. §. si quis nunciet. ff. de acquir. posses. vbi tex. dicit, ꝙ si quis nunciet domum à latronibus occupatã, & dominus timore cõterritus, noluit accedere amisisse possessionẽ placet l. si id quod in §. fi. & l. clam possidere. in §. fi. cum l. seq. ff. eod. Et si dicas si hoc non repellit filium à priuilegio sibi per hanc l. concesso: dato quòd dum est absens, sciat per cohæredem occupatam esse possessionẽ: cùm hæc l. concedat ei licentiam seu facultatem, vt quandocunq; venerit, posset possessionẽ occupare, non obstante contradictione fratris vocantis se possessorem insolidum: nam concedo quando tempore mortis patris erat absens: quia tunc quãdocunq; venerit, potest ingredi, vt dictum est, sed postquàm iam est presens: & est ibi per aliquod tempus, vidẽs insolidum possidere fratrem suum, qui insolidum vocat se dominum, faciendo actus domini in solidum: & non adadmittendo fratrem: ita quòd fratrem ad possidendum non admitteret, etiam si vellet cõmuniter possidere, vt ex eius actibus constat: nã iudicamus tanquã de præsente, nõ de absente.

31 †Itaq; iste est casus omissus per hãc legẽ, quæ solùm priuilegiauit filiũ absentem: ergo postquàm est presens, remanet in dispositione iuris cõmunis: & sic iudicandum est tanquam si tempore quo venit pater esset mortuus: nam tunc posset ingredi possessionem propria autoritate: sed si non facit, & frater suus ingrediatur possessionẽ insolidũ, ꝙ ipse non contradicit nec ingreditur: quia suspicatur se posse repelli, bene priuatur potestate ingrediẽdi: & posset alter cohæres eũ priuare possessione, occupãdo totum: & non admittendo eum: & tunc via ordinaria agendum est secundum formam magistraliter à Bal. traditam in d. l. fi. C. de edict. diui Adri. in prin. Allego ad hoc famosum tex. in l. si quis suo. §. j. C. de inoffic. test. vbi tex. loquitur in duobus filiis hæredibus institutis, quorum vnus totum occupauit: & sic etiam legitimam alteri pertinentem. dicit ibi Imperator, quòd strepitu iudiciorum seruato, compellitur m illam alteri restituere [m] cum pœna, de qua ibi: ergo si strepitu iudiciorum seruato, filius debet petere legitimam ab alio fratre occupatam, non

potest

potest propria autoritate occupare. Ratio est secundum gl. ibi. in parte munusculam. vel quia vnus ex fratribus erat vniuersalis hæres, alter solùm in legitima: vel quia vnus eorum totũ occupauit, vt dixi supra. Et illum tex. extollit Bal. ibi. dicendo illum esse valdè singularẽ ad hoc, quòd si filius petat legitimam in processu, debeat seruari ordo iudiciorũ, quod est notandũ, quia licet legitima succedat loco alimentorum, & in alimẽtis procedatur summariè & de plano: tamen
32 secus in legitima. † Fateor tamen ꝙ si iste filius qui occupauit totum in absentia alterius fratris, postquàm dictus frater suus venit, & est præsens nomine communi faciebat coli hæreditates, recognoscens alterum fratrem in cohæredem, cessat tunc quæstio: ex quo omnes tunc dicuntur possidere, vt dicebat sing. Bar. in d. l. qui iure: & in his etiam multum credo operari iudicis arbitrium: vt etiã doct. dicunt in illa quæstione, quomodo perdatur ciuilis possessio, quæ in animo consistit: & per consequens naturalis. cogitabis in omnibus.

33 Secundò quæro: † Filius qui erat absens tẽpore mortis patris, venit de absentia patrem mortuum reperiens: vult ingredi possessionem propria autoritate ex facultate sibi cõcessa per hanc l. vtrum posset ingredi nulla informatione habita vel saltem sit necesse, ꝙ summarie faciat fidem qualiter est filius: & ꝙ illa bona remãserunt à patre: & ista quæst. non est tantum dubia in filio, cùm in filiis semper ferè sit notum. vtrum sit filius vel ne, sed maius dubium est in aliis consanguineis, cùm hæc lex disponat idem esse in hæreditate aui, seu alterius consanguinei. Videtur dicendũ, ꝙ aliqua informatio debeat præcedere tã super filiatione, seu consanguinitate, quàm etiam super bonis quę remãserunt à patre. hoc videtur determinari in simili per Bar. in l. creditores. C. de pig. in iij. q. principali, dicẽs ꝙ ius iurandũ propria autoritate cõpetẽs alicui ex pacto, potest absq; dubio exerceri, vbi debitũ esset liquidũ: sed si nõ esset liquidũ ex partiũ conuentione, puta quia promisisti mihi non venire contra aliquam promissionem sub pœna mille, pro quibus obligasti mihi omnia bona tua adiecta clausula, quòd possem illa propria autoritate occupare: nam tunc si debitor, seu promittens contra veniat, non potero propria autoritate possessionẽ ingredi, nisi prius petã. ꝙ hoc liquidetur à iudice, scilicet, dictũ promissorẽ contraue-

nisse. Iste est casus singularis in l.j.C.si mancipiũ ita fuerit alienatũ ne prost.quia ex quo ibi non erat notoriũ ancillam esse prostitutã non potuit ancillam deducere sine iudice: quia si esset notoriũ bene posset.ff.de contrahen. emptio.l. si quis sub hoc pacto. ꝙ nota licet Sali in d.l creditores xj. quæst.conetur impugnare dicta Barto.tamen vera sunt,& mihi videntur rectè considerata.
34 † Præterea hoc suadent clarè verba huius l.quæ fundamentum faciũt in duobus, scilicet in filiatione vel cõsanguinitate:itẽ in bonis q̃ ad filios pertinẽt iure hereditario: quia in bonis patris remanserunt tẽpore mortis patris:ergo saltim summariè hoc probandũ est [n],scilicet illum esse filiũ vel proximum cõsanguineũ & bona,in quib⁹ vult ingredi remansisse in hæreditate paterna.sed vbicunq;.l.vel statutum concedit priuilegiũ fundans se super certo, illud certũ super quo lex facit fundamentũ probandũ est.l.iij.§. condemnatũ.ff.de re iudi. Barto.in l.j.§.parui.ff. quòd vi aut clã,& in d.§.cõdemnatũ text. & ibi Bart.in l.non putauit.§. nõ quãuis.ff.de bon.poss.contra ta.& in l.ij.§.pretor.ff.qui satisd.cog.Bal. notãter in l.j. C.de iureiuran.& in l.præscriptæ.C.si contra ius vel vti.pu. vbi autẽ esset notoriũ esse filium & bona esse hæreditaria non esset alia informatio necessaria.
35 † Ad prædicta facit q̃d in simili voluit Bal.in l.fin. C.de edicto diui Adri.vbi firmat licèt titubãs,quòd ab intestato habeat locum beneficium edicti diui Adri.habitat informatione:de qua per glo. licet Cyn.ibi teneat cõtrariũ, sed idem Bal.posuit hoc absq; dubio in filio in c.j. de cõtrouers.inter mas.& fœmi. dicẽs, quòd suus hæres ab intestato per officium iudicis mittitur in possessionem bonorũ:ex eo, quia quodammodo in eum videtur continuata possessio l. in suis de libe.& posth.

36 TErtio quæro:† Hæc lex concedit filio facultatẽ ingrediẽdi possessionem propria autoritate etiam si alius frater occupasset totũ vtrũ poterit etiam ingredi,& accipere possessionẽ nemine reperto in possessiõe,quia fortè ad aliũ locũ possessor recesserat: dico ꝙ sic imò à fortiori poterit cum possessionem etiã altero existẽti in possessione occupare posset:itaque cum licẽtia sumpta ex hac lege excuset à vitio violentiæ:quod est maius multo magis excusabit à vitio clandestinitatis, quòd est minus:ita dixit Bart.in l. creditores.C.de pign. quẽ ibi sequitur Sali.in col.v.ver.pro cuius

cui⁹ declaratiõe mouetur per l.credior.ff. de fur.attento ꝙ furta plærunq; fiunt clam.

37 Quarto † pone ꝙ filius vel alius cõsanguineus volens ingredi possessionẽ ꝓpria autoritate timens aliquã resistentiam, vadit ad iudicem non cum intentione perdendi priuilegiũ sibi concessum per hãc legẽ, scilicet ingrediendi propria autoritate: sed vult licentiã iudicis ad ingrediendũ vtrũ debeat pars citari antequã concedatur talis licentia? vide Bart.& Sali.latiùs in d.l. creditores.xiij. quæstio.C. de pigno.Bal in l j in princ.C.de execu.rei iudi.

38 Attende tamen: ꝙ quẽadmodũ non prodest possessio præsentis cõtra absentem ad excludẽdũ eũ à possessione adipiscenda: ita etiã nec diuisio facta inter cohæredes præsentes iuri cohæredis absentis & ignorantis aliquo modo potuit præiudicare: imò diuisiõe nõ obstãte portio sua cũ fructibus ei restituenda est, casus est in l.cohæredibus, & in l.nõ ambiguũ.C.fami.ercis. & ⁹ est nota. tex.ille dictę l.nõ est ambiguũ. vbi disponitur, ꝙ si inter me & te erat cõmunis hæreditas licèt in bona fide possidens totã hæreditatẽ credens te in solidum hæredẽ fructus præcepisti & consumpsisti, ego peto hęreditatem diuidi, & te cõdemnari ad fructus perceptos ex mea dimidia, tu opponis quòd illos cõsumpsisti & bona fide, & quòd bonæ fid.possessor non tenetur restituere fructus consumptos etiã si sit effectus locupletior in §. si quis à nõ domino instit.de rerum d.l ex diuerso in princi.ff.de rei vendic.nã illud est in rei vendicatione, quæ est actio particularis & stricti iuris sed in petitione hæreditatis quæ est vniuersalis, & bonæ fidei veniunt fructus consumpti si possessor bonæ fidei est effectus locupletior.l.item veniũt.§ pridie.ff. de petitio. hære.idẽ ergo disponit tex.in d.l.non est seruandũ esse in actione familiæ her.quæ similiter est bonæfidei, & vniuersalis actu & aptitudine, & plus quã petitio hæreditatis.l.si filia.C.fami.erci.licèt Bar.in d.

39 l.ex diuerso. † Videtur tenere, quòd etiã in rei vẽdicatione veniunt fructus cõsumpti. si ex eis bonę fidei possessor sit effect⁹ locupletior ex hoc ex æquitate.l.si me & Titiũ.ff.si cer.pet.nõ solum in fructibus naturalibus quorũ nõ fuit factus dominus: sed etiã in industrialibus, quorũ dominus effectus fuit, & eum referẽdo videtur sequi Pau.de Castr.in dict.l.non est. Habes igitur ex dict l.quòd portio hæreditatis indiuisa augetur fructi-

bus, sicut de tota hæreditate disponitur in l.ij. & iij.C. de peti.hęre.& hunc intellectum sequutus fuit ibi Accursius,& Cynus:& omnes reputãtes notandum,quòd in iudicio vniuersali,vt est familiæ her.bonæ fidei possessor teneat fructus consumptos restituere.

40 † Per prædicta infertur ad quæstio.notab.& quotidianã, filius qui debet habere legitimam in bonis patris ratione illius legitimæ sibi debitæ,petit diuisionem rerũ paternarum,quod potest,nunquid veniant fructus consumpti à bonæ fidei possessore? & si dicamus,quod proponat iudicium familiæ hercis,veniunt per dictas leges non est,& l.cohæredibus:quia veniũt tanquã redditus,non tanquã fructus extantes d.l.cohæredibus,sed si diceres ꝙ esset iudiciũ singulare cõmuni diuidũdo:cũ hæres in legitima,nõ est hęres in quota hæreditatis sed in quota bonorũ:P secus videretur, quia fructus bonæ fidei consumpti non veniunt in restitutione.ff.fin. regũ.l.iiij. §. post

41 litem.† Finaliter Bald.in dic. l.nõ est ambiguum residet in hoc,quòd veniunt fructus consumpti à bonæ fidei possessore:ex eo quia filius pro legitima habet petitionẽ hæreditatis,quia in ea habet nomẽ hæredis ergo & habet iudicium fami.ercis.l.ij.§.j.ff.eod. nam licèt non sit per omnia hæres, est tamen hęres secundũ quod vt latius per eum in authẽ.nouissima.C.de inoffi.testa.pro quo bene facit text.in l.scim⁹. C.de inoff.test.vbi text.dicit, ꝙ filius debet habere legitimam,& fructus legitimæ melius in d.authen.nouissi.glos. magistralis & no.in l in fideicõmissaria in fi.glo ff.ad trebel.& in l.papinianus.§ si conditioni ff.de inoffi.test. idem consuluit in fortiori casu. Alexã.in j.volu.consiliorũ consi. lxix.incipit sup primo dubio, quæritur an dicta Agnes, vbi cõcludit,quod filius potest petere legitimam & fructus legitimæ,dato ꝙ essent cõsumpti à bonę fidei possessore,etiã in casu quod mortuo patre filius acceptasset legatũ sibi relictum pro legitima sua, quod non erat æquiualẽs legitima per §.cæterum.vt cum de appellatione cognoscitur.

42 ADde † etiã satis ad propositum huius l.quia filius qui diu tacuit nõ propter hoc videtur hæreditati pater nę renunciasse,ne longo tempore præscribatur contra ius immiscendi:est casus in l.licet C.de iure delibe.& idẽ in iure adeundi cũ antiquioribus eodem titu. Ex quo infert Bal.in d.l.licet in princi. quòd si duo essent fratres à patre hæredes insti

instituti vnus ipsorum altero sciente & patiente insolidum possidet bona paterna omnia & fructus percipit longo tempore, puta x. vel xx. annis ꝙ nihilominus alter frater poterit adire hæreditatē paternā, & ad illā admitti: non obstante dicta longa possessione alterius fratris cum scientia & patientia sua. Probatur hoc, quia in hæreditate repudianda requiritur verus hominis actus, & volūtas sicut in acquirenda. l. potuit. C. de iure delibe. cū cōtrariorum eadem debeat esse disciplina: sed in negligēte nō apparet verus hominis actus, quia negligentia non est animus volēdi sed nolendi: ideo in negligente inducitur media iuris dispositio, nec aditionē inducens nec repudiationem inferens: & quia patientia non habet aliquam dispositionē præcedentē, secundum quam reguletur ad aliquod extremorū: ideo talis patientia nil noui inducit, sed rem dimittit in media iuris dispositione. Vnde cū scientia & patientia illius fratris sit quoddā silentiū ab omni actu repudiationis abstractū: sequitur quòd nō videtur repudiare, & ita residet dicens hanc

43 esse veritatem. † Satis probatur etiā hęc cōclusio ex d. l. licet, quæ dicit, ꝙ licèt fili' nō immisceat se bonis patris tamen longi temporis præscriptione excludi nō potest: verū est ꝙ loquitur tex. ibi in filio ignorāte delatā esse hęreditatem sibi patris: sed dic. idem in filio sciente: vt probatur in l. fi. in fi. C. de præscri. lōg. tem. nulla scientia vel ignorantia secundū Barto. & omnes in d. l. licèt. Hoc idem ibi Pau. de Castr. quòd refert notandū & frequēter cōtingit secundum eū, quòd remanent duo fratres vnus maior, alter minor, ille maior immiscuit se hæreditati paternæ omnia gessit tanquā solus dominus altero fratre sciente & patiēte, qui nūquā aliquid administrauit, nec fecit aliquā actū, ex quo indicatur immixtio: nā nō perditur ius immiscendi licèt per longus tēpus hoc passus sit: & sic nō videtur repudiasse hæreditatem paternā, licèt passus fuerit fratrē omnia gerere insolidū ac si esset solus hæres, prout Bald. dixerat quòd refert not. & menti tenendum.

44 † Hoc intellige verum, si per longū tempus tacuisset, scilicet decē vel xx. ann. sed si per xxx. annos tacuisset filius bene esset exclusus a iure immiscendi & adeundi hæreditatē. ista est gl. sing. in d. l. licèt quā approbauit ibi Bal. Ang. Pau. de Cast. & dominus Alex. excepto Salic. qui conatus est tenere opin. cōtra gl. Hæc opi-

nio glo. videtur magis cōmunis: quia simplici facultati prę scribitur tanto tempore, vt dicit glo. not. in l. cū notissimi. C. de presc. xxx. ann. in §. eo. iure in vers. conatur: & si dicatur ꝙ in suo nō videatur vllo tēpore præscribi potentię immiscendi cū non sit necessaria aditio, seu immixtio cū sit hæres ipso iure, vt in §. sui de hære. qua. & differen. respōdetur illud esse verum ante beneficium prætoris, sed cū per dictū beneficium sit cōcessum ei ius abstinendi, cessat dictum arg. vnde nimirū si postea cursu temporis censeatur facta repudiatio tacitè, q̄ est fortior quam verbalis repudiatio, vt vult glo. in l. si quis suus. ff. de iure delib. optime facit tex. in l. furtū. §. fundi. ff. de vsuca. vbi cursu longi tēporis inducitur obliuio quædā, & sic videtur quòd cursu xxx. ann. inducitur quædā tacita repudiatio.

45 † Adde tamen, quòd gl. j. in l. vnica. C. quā. non petent. par. in versi. si autē essent in potestate. videtur contrariū sentire: dicit enim, ꝙ si filij essent in potestate, & sic esset legitima successio perpetuò admittuntur: quia sunt sui & necessarij hæredes vt in d. §. sui. & illā gl. extollit ibi Ang. dicēs, ꝙ illa gl. est cōtra gl. & tex. in d. l. licèt. vnde ipse Ang. cōcordat illas sic, ꝙ à potētia agnoscendi nūquā excluditur filius etiam si viueret mille annis, quia licet nō agnoscat tamen hæres est ipso iure: vnde sufficit, quòd nō repudiet sed bene excluditur xxx. ann. à potētia aduocandi hæreditatē per petitionē hæreditatis ab extraneo possessore: quia tāto tēpore præscribitur illi actioni l. hæreditatis petitio. de pe. hære. & sic dicit deberi intelligi. d. l licèt secundū eū. hoc idem videtur sentire Bal in d. l. vnica. col. iiij. versi. venio ad versi. si autē, & causa vtilioris intellect⁹. & Roma. in l. iij. ff. de acquiren. hæredi. etiā dubitauit multū in suo: nā cum filius sit suus & necessarius hæres l. j. §. qui in potestate. ff. si. quis omis. cau. testamē. videtur nō posse præscribi: hoc etiā tanquā verius sequutus est Alexā. in l. vnica. iiij. col. quan. nō peten. par. vbi firmat expressè ꝙ à iure immiscendi filius non excludatur per lapsum xxx. ann.

46 † Habēt isti pro se hoc fundamētū ꝙ filij à iure ciuili sunt ipso iure hæredes sui & necessarij & inuiti: vnde perpetuo potest se immiscere cū huic immixtioni nō sit præfixū tēpus à iure ciuili & merito per lapsum tēporis non excluditur, cū inuitus hæres effectus est, quæ fuit ratio gl. sing. in d. l. vnica: quæ forte non est alibi: & si dicatur quòd à iure

preto

prætorio datum est sibi beneficium abstinendi, respõdetur quòd per hoc non desinit esse hæres de iure ciuili.l. j. §. qui in potestate.ff. si q̃s omis.cau. test.Item,quia beneficiũ abstinẽdi filio cõcessum à iure prętorio nihil operatur,nisi circa quæ sunt in fauorẽ filij in aliis nihil operatur.l. si filius qui patri.& ibi hoc not. Bar.ff.de vulg.sic videtur, quòd inconti nenti filius sit hæres à iure ciuili:vt voluit Bar. in l.fi.ff. de condi.inst. Ex istis redditur dubius iste singularis articulus, tam inter Accur. qui fuit sibi contrarius, quàm inter a- q

47 lios scribentes. † Vnde consi dera,ꝙ in hæredibus non suis certum est,quòd excludũtur à iure adeũdi per lapsum trigin ta ann. cõmunis est opi.quam tenuit gl.& doct in l.licet. tenuit etiã gl.not.in l.iij. incip. quandiu.ff.de acquir. hæredi. quam ibi Bart. Bal.Alex.Pau. & Imol. approbant, & in aliis locis, & in l. vnica.C. quando non pet.par.iiij. col. per Alex. idem tenuit Bart.in l.j. ij. col. ff.de cõdi.ex l.per Bar.& alios notabiliter in l.filio pręterito. ff.de iniust.test. circa pen. col. communis est sentẽtia,quæ satis probatur in d.l.licet.à contrario sensu inquantũ solummodo fundat se in longi temporis præscriptione quasi non excludat triginta anno. præ-

48 script. † In suis hæredibus stat difficultas inter eundem Accur. qui fuit sibi cõtrarius: nam in d.l.licet.firmauit eum excludi triginta annis in d.l. vnica.dixit perpetuò eum admittendum:& hoc etiã voluit sentire in l. cũ antiquioribus. C.de iu.delib.in gl.super parte beneficio,licet loquatur satis intricatè nec bene se firmet in vno vel alio. Mihi videtur, ꝙ opinio gl.in d.l. licet. & sequaciũ sit verior, quia est com munior,[q] & illam glo. d.l. licet. approbat etiã, & sequitur Pau.de Cast.in l.filio præterito.iij. col. in princ.ff. de iniu. test.dicens, ꝙ est verior quàm gl.in d.l.vnica.mouet etiã me multũ tex.in d.l.licet. vbi loquitur tex. in suis hæredibus, & dicit Imperator ꝙ à iure immiscendi nõ excluditur filius lõgo tẽpore: itaq; solũmodo filium priuilegiat in hoc quòd nõ excludatur lõgo tem pore: ex quo à cõtrario datur intelligi,quòd bene excludetur à iure immiscendi longissimo quod est triginta annorũ. Præterea licet ius adeũdi sit quædam facultas tamen est talis, quòd per eius exercitiũ acquiritur ius:ideo potest præscribi,vt dicimus in iure offerẽdi.l.in bello.§.si quis seruũ. ff.de capti.l. cùm notissimi.§. eodẽ iure.ff. de præscri.trigin ta anno. per quæ repelluntur

moti

motiua Salic.prout latius illa expellit Imo.in d.l. quandiu.

49 †Facit etiam tex. singu.in l. si mater.C.de insti. sub condi. fact. ibi ius adeundæ hæreditatis cum sua causa quæsitis. vbi probatur apertè quòd potentia adeundæ hęreditatis dicitur ius non facultas, quē ad hunc effectum ponderauit ibi Pau.quòd præscribatur triginta annis,cùm omne ius illo tēpore tollatur l.sicut.C.de pręscrip.triginta annorum idem probatur in l.omnis.eod.titu.

Item quia in istis iuribus incorporalibus negligētia exercitij præiudicat non vtenti, & illa causat præscripti. l. sequitur.§.si viam.ff.de vsuca.l.j.ij. col.C.de serui.cum aliis. Præterea in effectu hęc videtur esse intentio Ang. in d. l. vnica. dum dicit, quòd licet filius excludatur à potentia agnoscendi:tamē bene excluditur à potentia aduocandi hæreditatē à possessoribus: & etiam Alex. in d.l.quādiu.dicit, quòd licet existentia suitatis nō præscribatur,& sic verificetur glo. in d.l.vnica.tamen facultati immiscendi bene præscribatur per tex.in d.l.licet non violando literam:& sic dicit concordari opiniones. Præterea hoc reperio expresse firmare Bar. in d.l.filio præterito.xvij. col. vbi loquendo in filio dicit, ꝙ iuri immiscēdi & adeūdi præscribatur spatio triginta ann. cùm paria sint quē excludi repudiatione, vel tēpore. l.ij.§. expectāda.ff.de bo.poss.secundum tab. Idē tenuit expresse Pau. de Cast. in l. si quis suus.

50 ff.de iure delib. †Nec obstat gl.in l. vnica. quia respōdetur dupliciter. Primò, quia potest intelligi inquantū dicit, quòd perpetuò duret, scilicet vsque ad viginti annos: quia sic loquitur text.instit. de perpe.& temp.act.quē glo. allegat pro suo fundamēto: & sic illū intellexit Alex.in d.l.vnica. Respōdetur secundò,quia illa gl. si rectè pōderetur habuit sensum loquēdo de iure ciuili secundū quod filius erat necessarius,& inuit⁹,nec ius prętoriū proditū erat:nā tunc cùm etiā si expresse vellet repudiare nō poterat:multominus excludebatur tēpore per taciturnitatem:illud enim quod cōsensus expressus non poterat operari multominus poterat tacitus: sed cùm hodie per ius prætorium beneficium abstinēdi filio sit concessum,& sic non est hæres necessarius iustū est eū excludi lapsu temporis,& hoc ibi sentire vult glo. maximè: quia attento dicto beneficio abstinendi hodie per ius prætorium inducto bene est dare medium in suo hærede inter mortem & aditionem,vt Bar. dicit in l.fin.ff.de condi.insti.

In

51 †In ſimili facit, quòd ſi quis renunciaret ſimpliciter hæreditati videtur renunciaſſe iuri ſuccedendi, tam de iure ciuili, quàm de iure prætorio: ita dicunt Pet. & Cin. in l. ſuum. C. de iure delibe. & Bar. in l. nec his. §. j. ff. de acqui. hæred. Bal. in rub. qui admi. ad bon. poſſ. vj. quæſt. accedit glo ſingu. & vnica, in l. j. §. videndum. ff. de ſucceſſo. edi. quæ dicit, quòd ſi aliquis expreſsè & ſimpliciter repudiaſſet hæreditatem, talis repudiatio trahitur & extenditur ad cauſam teſtati, & inteſtati. Per quæ iſta opinio videtur magis iuridica, vt filius tacẽdo per triginta annos excludatur à iure adeundi & immiſcendi.

52 HAc† opinione præſuppoſita pro vera limitabis eã eleganter hoc modo: nam ſi filio fuit hæreditas patris delata ex teſtamento, & filius non adiuit eam, infra triginta annos ex teſtamento, certum eſt eum eſſe excluſum ab adeundo ex teſtamento, vt proximè dictum eſt, dicit tamen, quòd hoc non obſtante poteſt adire ab inteſtato intra alios triginta annos: ex eo quod cauſa teſtati deficiente de nouo incipit naſci cauſa inteſtati: ergo ei non eſt præſcriptum: ita eleganter inquit Bal. in d. l. licet. col. iij. referens ſic fuiſſe conſultũ per Bart. in ſimili quæſt. filia poteſt adire hæreditatem matris ex capite liberorũ excluſis tranſuerſalibus, pone quòd per triginta annos non adiuit ex capite liberorũ, nunquid habet alios triginta annos ad adeundum ex generali capite legitimorum? cõcludit, quòd ſic: vnde dotẽ matris cõſequi poterit & petere vſq; ad quadraginta annos: nã ex quo poteſt adire, poteſt agere, vt hęres: quod refert Bal. eſſe multum menti tenendum & memoriæ commendãdum maximè vtile filiis in ſucceſsione parentum.

53 † Infert ex hoc idem Bal. quòd ſi filio cui hæreditas matris erat delata eſt elapſus annus deliberãdi quẽ habebat filius, vt quòd adhuc poſſet tranſmittere ſecundum annum deliberandi, vt legitimus quod refert eſſe notatu digniſsimum. De hac deciſione facit mẽtionẽ Pau. de Caſt. in l. quandiu. ff. de acqui. hær. & tenet idem vt lapſis triginta annis, licet ſit præcluſa via adeundi ex teſtamento habeat filius alios triginta ad adeundum ab inteſtato, quod dicit eſſe mirabile. refert ſe habuiſſe ſemel iſtum caſum de facto: & dicit eſſe notab. pro mulieribus negligentibus adire.

Elegantia profectò ſunt dicta Bal. in duobus, ſeu tribus: primò inquantum dicit, quòd ſi filio cui delata eſt hæreditas ex te

ex testamento non adit, infra triginta annos, quòd potest adire, infra alios triginta ab intestato: secundò & fortius, quod solummodo in iure adeundi ab intestato est dare casum, quòd iuri adeundi ab intestato non præscribatur, in spatio sexaginta anno. puta, quia filius habebit triginta annos ex capite liberorũ & alios triginta ex generali capite legitimorum per l.j.§.videndũ.
54 ff.de succe.edi. †Primum approbat Sali. & sequitur in d.l. licet. sed non secundum, scilicet, quòd habeat sexaginta annos ab intestato: imò in hoc tenet cõtra Bal.motus ex hoc, quia Imperaror in auth.de hære.quæ ab intest. def. facit solummodo tres gradus, scilicet ascendentium, descendẽtium, & transuersalium: vnde ab intestato solùm dicitur delata filio hęreditas ex vno capite, scilicet descẽdentiũ, ergo nõ debet habere, nisi triginta annos. Nihilominus communiter moderniores has decisiones Bal. sequuti sunt: [r] illas enim sequitur & extollit Alex. in d.l.quãdiu.ff.de acqui.hær. in tertia referens dictam decisionem, vt scilicet etiã solummodo in successione ab intestato filius habeat sexaginta annos, vocat eam peregrinam secundũ quam dicit se bis consuluisse: quod satis probatur ex d.§.sed vidẽdum, & ad fundamẽtũ Sal. respondet Alex. quem vide in d.l.quandiu. has decisiones refert, & extollit etiam Alex. in d.l.licet. & eas approbat: & respondet etiam ad fundamẽta Sal. idem etiam sequitur Pau.de Cast. & Raph.
55 & Ange. in d. l. licet. † Hæc opinio fundatur bene ex argumento d. §. sed videndum. l.j. ff.de success. edi. vbi est casus, quòd si filius exclusus est à bonorum possessione: vnde liberi.tempore vel repudiatione, nihilominus admittitur ad petendã bonorũ possessionẽ: vnde legitimi. ita dicendũ in successione quę defertur à iure ciuili: quia filia vocatur de literis per Senatusconsultum Orficianum: & sic de iure ciuili. l. j. in princ. ff. ad Tertu. itẽ vocatur, vt de numero cognatorũ, de iure ciuili per nouissimam constitutionem positam in §. nullum. in auth. de hęr. quę ab intest. defe. Itaque prout dispo nitur in successione à iure prętorio vt exclusus ab vno capite ex alio admittatur, ita in successione quæ defertur à iure ciuili.
56 †In simili facit elegans verbum Bal. in rubri. de præscrip. col. iij. versic. quæro pater possidet decem anis. vbi dicit vnum ab alio nõ tactum, scilicet quòd licet filius vt illius hæres non posset vsucapere vel præscribere titulo pro

hære

hærede.l.nihil.C.pro hęrede. l.ij.§.filiũ.ff. pro hære. tamen hoc est verũ, nisi filius veniat ex capite agnatorũ, & ita possideat: nam sustinebitur præscriptio ex hoc titulo, quòd refert Bal. nõ esse dictũ ab alio: & de hoc dicto reperio facere festum dominum Alex. in l.j. col.fi. C. qui admit. Accedit etiam alia conclusio similis ad prædictorũ corroborationem quam posuit idem Bald. in l.si emancipati.col.ij.C.de collat. vbi dicit, quòd si omnes liberi essent exclusi à capite liberorum veniunt ex alio capite, id est ex secũdo capite edicti: vnde cognati vel ex tertio capite, id est vnde cognati. non habet locum collatio, quæ cessat in succedentibus ex alio capite quod est notandum.

57 ATtende † tamen quòd si hæredes sunt absentes executores, bene possunt in eorum absentia exequi testamentum, secundum formam traditam in l.(si el home) quę est xj. in hoc lib.iij.tit.(de las mandas.)


FINIS.

Series chartarum operis.

aa bb cc dd ee ff. a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z. A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z. Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll.

LVGDVNI,

Excudebat Iacobus Forus.


BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

